



IOHANNIS HARPRECHTI, IC. ET ANTECESSORIS IN INCLYTA TVBINGENSI ACADEMIA ORDINARII.

AD IVLII CLARI RECEPTARVM SENTENtiarum Librum III. & IV.

ADDITIONES ET ANNOTATIONES, QVÆ COMMENTARIORVM VICE FVNGI POTERVNT, accuratæ & perspicuæ

OMNIBVS NON TANTVM NOBILISSIMAE IVRISPRVDENTIAE Studiosis, & Professoribus publicis, sed etiam Causarum Patronis, Aduocatis & Iudicibus oppido quam vtiles ac necessariæ.

CVM SVMMARIIS, AVCTORVM FIDELITER ALLEGATORVM, rerumque verborum in INDICE satis locuplete.

Cum gratia & privilegio Cæs. Maiest. Special. ad decennium.







Ex Legato

FRANCOFVRTI,

Sumptibus GODEFRIDI TAMPACHII.

M. DC. XXII.



SERENISSIMIS ET FLORENTISSIMIS PRINCIPIBVS AC DOMINIS:

DOMINO IOHANNI VVILHELMO, ET DOMINO FRIDERICO VVILHELMO: FRATRIBVS GERMANIS: Ducibus Saxoniæ, Iuliæ, Cliviæ & Montium: Landgravijs Thuringiæ: Marchionibus Misniæ. Burggravijs Magdeburgi: Comitibus Ravenspurgi & Mörsæ: Dynastis in Ravenstein, &c. Dominis suis Clementissimis,

SEMPITERNAM FELICITATEM P.



Prodiit haud ita dudum IVLII CLARI Practica criminalis, serenissimi iuxta ac florentissimi Principes, Domini Clementissimi: quam nobilis ille Parmensium Iurisconsultus, BAIARDVS, additionibus suis insignioribus pariter atque solennioribus ita illustrauit: vt eas non modo legum Studiosi, earundemq; Interpretes, Professores, Causidici, & rerum capitalium Iudices summo exceperint desiderio & applausu: verum etiam vbique distractæ iam altera vice recudendę prælum desiderarint. Proinde cum Iohannes Bassæus, Typographus, rei literariæ non parum interesse existimaret, si in gratiam Fori & Scholæ reliqua eiusdem Clari opera nonnullis additionibus aucta & locupletata luci exponerentur: magno me iterum atque iterum rogauit opere, vt hoc in me deriuato labore, literariæ Reipubl. commodis consulerem; atque adeo publici studij incrementa, non degener Naturæ filius, promouerem. Huius tam industrij viri literis inseruiendi ardens studium cum animaduerterem: honestissimæ tandem petitioni lubens meritoque annuere volui, collectis in eam rem annotationibus tam ex meis iampridem publicatis lucubratiunculis, quam doctissimis ingeniorum & veteri & recenti seculo clarorum monumentis. Atque hoc quidem expeditius feci, & promptius: quod non defuerunt Viri & amplitudine præcellentes, & literarum gloria præeminentes, qui cum me subinde ad hoc idem hortationibus crebris animarent: eorum stimulos subterfugere non potui, nec auctoritatem deprecari. Tametsi vero ignorare non possum: inuentum iri vespertiliones quosdam, qui ad hunc laborem meum statim aduolaturi sint, linguæque suæ maledicæ veneno conspurcaturi, eo maxime nomine, quod nihil ex proprij ingenij pharetra depromptum huc attulerim: in eam tamen spem firmiter erigor, futurum, vt æquis rerum censorib.

hic

hic qualis qualis meus conatus approbetur. Non enim, quod ingenue fateor, inter ingenij mei curtam supellectilem hæc enata: sed ex gazophylaciis probatissimorum Auctorum deprompta sunt, & concinnata. Proindeque morus sane sim, si istorum morsus morer, qui maledictis tantum assueti, tribunitiis linguis aliorum specimina flagellant: atque interea gloriosi isti Thrasones nouis suis inuentis linguam aut calamum præconem conducunt, seque ipsos amant sine riuali. Neque est, quod quispiam hic mihi insultare possit: si hæc aliunde compilata consarcinasti: nihil artis propriæ ostentabis, nullamque ipse laudem merebere. At at, siste paulisper: non ego hic plausum capto, aut fumos aliquos inanes auræ popularis: publici boni curam gero, cui omnes nati sumus, & destinati: & quisquis hoc naturæ fideicommissum interuertit, teste cœlo malitiosus est, & terræ progeniem se esse probat. Præterea & illud artis esse videtur: Auctores bonos cum iudicio legere, ex iisdemq; lecta & intellecta colligere, collecta suum in locum & vsum redigere. Et quid multis? Si hæc mea tenuis opella ob hanc causam rigida quorundam Catonum censurâ examinatur, quod aliunde transcripta est: certe non video, quomodo non quoque obiurgandi sint omnes communium Opinionum Collectores grauissimi. Sed & tu Tiraquelle, tu Farinaci, tu Mascarde, tu Schtadere, tu Rosenthali, tu Dominice Cardinalis Tusche, vosque omnes omnino, de Republ. literariâ præclarissime meriti, qui egregia vestra opera maiori parte ex aliis indefesso studio collegistis, reprehensionem effugere haud poteritis: quos tamen nemo vnquam non candido famæ calculo æternum dignos censuit: tantum abest, vt maledico linguæ plectro consciderit.

Vobis vero, Serenissimi Principes, Domini Clementissimi, tanquam Dîs tutelaribus, hoc quicquid est operæ, consecratum eo: quorum tanta in me est à primo statim aduentu vestro clementia, quantam capere vix potest animus, aut voluntas candida fateri. Me etenim indignum principali mensa dignati, benignissimo vestro alloquio compellare voluistis. Nimirum non satis erat, vos in excelso ætatem agere, nisi magnitudinem vestram inusitata humanitate temperaretis. Vnde non amplius admiratio animum subit, cur primus hanc virtutem heroicam vocarit Aristoteles, quæ heroicarum animarum esset ornamentum. Hanc in Nato suo Priamus commendat: nos in ipso vultu vestro & in oculis videmus. Nemo enim est, quem non solo prope intuitu lubentiorem reddatis. quem non bona spe perfundatis: quem non de amore vestro erga studia literarum, & earundem Professores, securum esse iubeatis. Quas virtutes, & præsertim istum erga literas affectum, cum ipso lacte imbibisse, aut Patre vestro, maximo Heroe, accepisse, & quasi cum hereditate adijsse videmini. Cuius in rebus gerundis prudentiam, grauitatem, solertiamque exteri pariter prædicant, atque subditi. Quem si pietatis exemplum, religionis vindicem, perfugium doctrinæ, sapientiæ asylum appellâro: minus dixero, quam dignitas eius postulat.

Accedit, quod hoc ipsum referendæ gratiæ testimonium à me exigit iure quodam suo inclyta Domus Saxonica: cuius serenissimi Septemviri nulla non clementiæ, nulla non gratiæ in me meosque luculentissima signa dederunt, atque argumenta. Illa enim beneficia, illa merita, quæ partim ab augustissimæ memoriæ AVGVSTO, partim christianissimi pectoris CHRISTIANO, partim prudentissimæ solertiæ IOANNE GEORGIO cumulatissime accepimus, recenti memoriæ infixa animum permouent & exstimulant, vt

nullo non tempore de gratiæ referendæ occasione cogitet. Itaque cum & vos Rutæ istius Saxonicæ virentissimi surculi sitis, atque propagines: sine capitali aliquo piaculo, & publicæ ingratitudinis euidente macula, hunc meum laborem vobis interuertere non debui. Quo chartaceo dono affectum meum sistere non dubitaui, tanquam submissionis obside & sponsoria tabella: quod etsi tenuiculum est, & in literaturæ iuridicæ noualibus enatum: non tamen vos despecturos, mihi plane persuadeo. Ea namque est ingenij vestri alacritas & bonitas: vt etiam adolescentuli de literatorum monumentis nullo non tempore rectissime iudicetis. Tempero autem mihi à laudibus vestris, Maiorumque vestrorum: ne adulationis suspectus videar. Nam quæ virtutes omnium quotidie oculis notantur: cur vnius, & paupertini quidem, culpâ ingenij deterantur: quæ suis stricturis & radijs Sueuos quoq; nostros circumfundunt? Ad quarum decus & ornamentum enitentibus domesticus hortator ductorque calcar subiicit genere & genio nobilissimus Vir, Dn. WILHELMVS à Wense: qui id negocii sibi vnice dari credit, vt quas virtutes amœnissimi sui pectoris sinu complexus est, nõ cesset eas quotidie vobis inculcare: adeo, vt sublimi & animosa voce gloriari possit: RECTE EGO HANC NAVIM.

Accipite ergo, Principes benignissimi, læti lubentesque hoc qualecunque munusculum meum; & pleno, quod facitis, gradu in hoc calle perseuerate: vt in antiquissimam gloriosissimamque familiam vestram, præter virtutes ac laudes illas omnium maximas, quibus orbis Christianus personat, præcipue sapientiæ, constantiæ, magnanimitatis ac pietatis, ipsi nouum atque augustum hoc trophæum inferatis:

DOCTRINÆ ET LITERARVM.

Scribebam Tubingæ, Calend. Ianuar. Anni, post natum Saluatorem, supra millesimum sexcentesimum, vigesimi: qui cum reliquis (si qui per IEHOVÆ voluntatem secuturi sunt) tam toti Christiano orbi, quam vobis, & vniuersæ præcelsissimæ Domui Saxonicæ auspicatissimus & fortunatissimus decurrat, à DEO, per IESVM CHRISTVM, in Spiritu Sancto, votis flagrantissimis exopto.

Serenis. CC. VV.

Addictissimus,

IOHANNES HARPRECHTVS, IC.

CATALOGVS

AVCTORVM, IN HISCE ADDITIONIBVS PASSIM ALLEGATORVM:

A.

Abbas Panormitanus, alias Nicolaus Siculus de Tudeschis.
Adrianus Gylmannus.
Ægidius Bossius.
Aymo Crauetta.
Albericus de Rosate.
Albertus Brunus.
Albertus Gentilis.
Alexander de Imola.
Alexander Trentacinquius.
Aluarus Valascus.
Ambrosius Schurerus,
Andreas Alciatus,
Andreas Barbatias.
Andreas Cludius.
Andreas Fachineus.
Andreas Gail.
Andreas Gerhardi.
Andreas de Isernia.
Andreas Knichen.
Andreas Laurentius.
Andreas de Pisis.
Andreas Rauchbarus.
Andreas Siculus.
Andreas Tyraquellus.
Angelus Aretinus.
Angelus Matthæacius.
Angelus de Perusio.
Antoninus Tessaurus.
Antonius de Butrio.
Antonius de Canario.
Antonius Capycius.
Antonius Conti:s.
Antonius Corsetus.
Antonius Faber.
Antonius Gabrielius Romanus.
Antonius Gomezius.
Antonius Goveanus.
Antonius de Guevarra.
Antonius Hennchmannus.
Antonius Matthæus.
Antonius Menesius.
Antonius Negusantius.
Antonius de Padilla.
Antonius Rubeus.
Antonius de Tremolis.
Antonius Winterus.
Aristoteles.
Arius Pinelus.
Arnulphus Auzeus.
Ascanius Clementinus.
Augustinus Berous Aretinus.
Aulus Gellius.
Aurelius Corbulus.
Azo Bononiensis.

B.

Baldus Nouellus.
Baldus de Vbaldis.
B.lthasar Meisnerus.
Bartholomæus Capolla.
Bartholomæus Camerarius.
Bartholomæus Chassençus.
Bartholomæus Salicetus.
Bartolus de Saxoferrato.
Benedictus de Capra.
Benuenutus Straccha.
Bernhardus Grævæus.
Bernhardus Waltherus.
Bernhardus Wurmbserus.
Bonifacius de Vitalibus.
Borgninus Caualcanus.

C.

Cæsar Vrsillus.
Carolus à Kirchberg.
Carolus Molineus.
Carolus Ruinus.
Catellianus Cotta.
Celsus Hugo.
Christophorus Besoldus.
Christophorus Porcius.
Claudius de Battandier.
Claudius Cantiuncula.
Claudius Chifletius.
Claudius Dauid.
Claudius Galenus.
Claudius de Seysello.
Conradus Ofemannus.
Conradus Rittershusius.
Constantinus Harmenopolus.
Constantinus Rogerius.
Cynus Pistoriensis.

D.

Daniel Mollerus.
Daniel Nebelius.
Didacus Couarruuias.
Diogenes Laertius.
Dionysius Gothofredus.
Dominicus Arumæus.
Dominicus Cardinalis Tuschus.
Dominicus de Magdalenis.
Dynus Muxellanus.

E.

Eberhardus Bronchorst.
Eberhardus Speckhan.
Eguinarius Baro.
Elbertus Leoninus.
Elias Roberus.
Emanuel à Costa.
Emanuel Soarez.
Erasmus Vngepaur.
Ericus Hedemannus.
Ernestus Cothmannus.

F.

Fabianus de Monte S. Sabini.
Felinus Sandæus.
Fernandus Loazes.
Fernandus Vasquius.
Floranus de S. Petro.
Fortunius Garzia.
Franciscus Accursius.
Franciscus Aretinus.
Franciscus Balduinus.
Franciscus Beccius.
Franciscus Bursatus.
Franciscus de Caldas.
Franciscus Connanus.
Franciscus Curtius, senior.
Franciscus Curtius, iunior.
Franciscus Daydargente.
Franciscus Duarenus.
Franciscus Hotomannus.
Franciscus Mantica.
Franciscus Personalis.
Franciscus Porcellinus.
Franciscus Ripa.
Franciscus Sarmientus.
Franciscus Sonsbeccius.
Franciscus Turzanus.
Franciscus Viuius.
Fridericus Pruckmannus.
Fridericus Schenck, Baro à Tautenberg.
Fulvius Constantinus.

G.

Gabriel Palæotus.
Gasparus Caballinus.
Gasparus Schifordegherus.
Georgius Acacius Enenkelius Baro.
Georgius Natta.
Georgius Obrechtus.
Goffredus.
Gothofredus Antonius.
Gregorius Rolbagius.
Guarnerus de Castallo.
Guerrinus Piso Soacius.
Guido Papæ.
Guido de Suzaria.
Guilielmus Benedictus.
Guilielmus Budæus.
Guilielmus Cassiodorus.
Guilielmus de Cuneo.
Guilielmus Hannetonius.
Guilielmus Maynerus.
Guilielmus Ranchinus.
Guilielmus Redoanus.
Gurreius.

H.

Hartmannus Hartmanni ab Eppingé.
Hartmannus Pistoris.
Helfricus-Vlricus Hunnius.
Henningus Arnisæus.
Henningus Góden.
Henningus Wegnerus:
Henricus Bocerus.
Henricus Cornelius Agrippa.
Henricus à Rosenthal.
Henricus Schulbock.
Henricus à Suerin.
Hermannus Meyrerus.
Hermannus Vulteius.
Hesiodus.
Hieronymus B.

[redacted] R E M

[redacted] Castilio
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted] de [redacted]
[redacted]
[redacted] Landor[redacted]
[redacted]
[redacted] Gaphani[redacted]
[redacted] ccardus.
[redacted] Co[redacted]s.
[redacted] Conel us

I.

[redacted] d S. [redacted]
[redacted] A[redacted] annus
[redacted] Al[redacted]u[redacted]
[redacted] us de [redacted]
[redacted] us d[redacted] A[redacted]
[redacted] Ay[redacted]
[redacted] Be[redacted]
[redacted] B[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]us C[redacted]
Iacobus M[redacted]
Ia[redacted]bu[redacted] M[redacted]ou
[redacted]bus de N[redacted]
Iacobus Po[redacted]
Iacobus de R[redacted]uen[redacted]a.
Iacob[redacted] R[redacted]
Ia obu[redacted] Sch[redacted]
Iacobus S[redacted]
Iacobus [redacted]
[redacted]
Iaso[redacted] Ma[redacted]
Ieremias Se[redacted]
[redacted]
[redacted]
Ioachimus [redacted]
[redacted]
Iohannes [redacted]
Iohann[redacted] de A[redacted].
Io[redacted] A[redacted].
Iohan[redacted] Rub[redacted]us.
Io[redacted] B[redacted]
Io[redacted] [redacted]a de Cac[redacted],
[redacted]o.
[redacted]ptista Co[redacted]a.
Ioh[redacted] F[redacted]s.
Iohann[redacted]os.
Iohannes [redacted]
Io[redacted] Ba[redacted]
Iohannes Bla[redacted]
Iohanne[redacted] B[redacted]
I[redacted]haun[redacted] B[redacted]n.
Iohann[redacted] Bo[redacted]us.
Io[redacted] une lus.
Io[redacted] Bu[redacted] na herus
Ioh[redacted]us.
Iohannes C[redacted]
Iohann[redacted]us.

[redacted]
[redacted]
[redacted] o.
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted] us.
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted] Lucki[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted] Lo[redacted]
[redacted] an[redacted] Mont[redacted] llus
[redacted]
[redacted] Niel[redacted]
[redacted]es O[redacted]s.
[redacted] O[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]trus Su[redacted]s.
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]ynau[redacted]s.
[redacted] Robe[redacted]us
[redacted] Ronche[redacted]us.
[redacted] Rudin[redacted]
Ioha[redacted]
Ioha[redacted]
[redacted]
Ioh[redacted]dus.
[redacted]
[redacted] Thomas de Marin[redacted].
[redacted] Vaudus.
Io[redacted]annes Vincentius H[redacted]
Io[redacted] Z[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
Iu[redacted]us.
[redacted]
[redacted]
Iustus [redacted]

L.

Lælo[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
La[redacted]
L[redacted]
La[redacted] S[redacted]anus.

[redacted]
L[redacted]
Lucan[redacted]
L[redacted]
[redacted]
[redacted]
Ludo[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
L[redacted]

M.

Marcus A[redacted]us P[redacted]
M[redacted] Ant[redacted]
M[redacted]us A[redacted] Cu[redacted]
M[redacted]toni[redacted]
M[redacted] Antonius Eugen[redacted]
Ma cu[redacted] Antonius Natta.
[redacted]arcu[redacted] Anto[redacted]ius P[redacted]
[redacted]
Ma[redacted]
Marc[redacted] V[redacted]
M[redacted] C[redacted]
M[redacted]mus, senior.
M[redacted] Sn[redacted] junior
M[redacted]
M[redacted] C[redacted]s.
Martinus [redacted] orantiquus.
M[redacted]
[redacted] Sch[redacted]us.
[redacted]
[redacted] Affl[redacted]
M[redacted] Gribald[redacted].
M[redacted] Matthe[redacted]lanus.
M[redacted] We[redacted]us.
[redacted]
[redacted]
M[redacted] llus.
[redacted] Co[redacted]a
Me[redacted] Kl[redacted]
[redacted]s.
Mo[redacted] Pi[redacted]

N.

N[redacted]s de S.[redacted]ano.
[redacted] Voet[redacted]a.
N[redacted] B[redacted]nus.
Nico[redacted]aus Be[redacted].
N[redacted]us Everhar[redacted] a Midelburgo
N[redacted]
N[redacted]
N[redacted]laus R[redacted]
N[redacted]icolaus Rober[redacted]s.

O.

Octauianus C[redacted]
O[redacted]
[redacted]
O[redacted]lphus [redacted]us.
O[redacted]erus

P.

[redacted]s de Pu[redacted]
[redacted]
Paul[redacted] Bufius
[redacted] de Castro.
Paul[redacted]
P[redacted]lus P[redacted]
Petrus [redacted] de [redacted]

Petrus

P[illegible] A[illegible]us Mo[illegible]
P[illegible] A[illegible]
Pe[illegible]e Bo[illegible]ap[illegible]
P[illegible] de Ben[illegible]
[illegible] C[illegible]
[illegible]
Pe[illegible]
P[illegible]us
P[illegible]
[illegible]
P[illegible]
P[illegible]
[illegible]
Pe[illegible]
P[illegible] P[illegible]
[illegible] C[illegible]meus.
P[illegible] R[illegible]
P[illegible] R[illegible].
P[illegible] D[illegible].
P[illegible]
P[illegible] H[illegible].
P[illegible] M[illegible]æus.
P[illegible]rcius.
P[illegible]
P[illegible]
P[illegible]
P[illegible]
Præp[illegible] Me[illegible]olanensis.
Prosper Farinacius.

Q.

Quintilianus M[illegible]
Q[illegible] K[illegible]bachius.

R

R[illegible]
Ra[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
R[illegible]
R[illegible]
R[illegible] S[illegible]
[illegible]
R[illegible]
R[illegible]
[illegible]
[illegible]

S

S[illegible]
[illegible]
S[illegible] Mon[illegible]
Se[illegible] peni [illegible]
S[illegible]
S[illegible] L[illegible]
Signor[illegible] d[illegible] H[illegible]
S[illegible] P[illegible]
S[illegible] d[illegible]xt[illegible].
S[illegible]ardius.
Speculator alias Guibel[illegible]us Durandi dic[illegible].
Stephanus A[illegible].
Stephanus B[illegible]dus.
Stephanus Bertrandus.
Stephanus Bodeus.
Stephanus Bonaccursius.
Stephanus F[illegible]catulus.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] A[illegible]

T

T[illegible]
T[illegible]
[illegible]
T[illegible]
T[illegible]
T[illegible]
T[illegible]

V

V[illegible]
V[illegible]
V[illegible]
V[illegible]lerus, [illegible]
V[illegible]
V[illegible]
V[illegible]
V[illegible]
V[illegible]
V[illegible]
V[illegible] M[illegible]
V[illegible]

W

W[illegible]
W[illegible] Provinciale.

X

Xenophon A[illegible]

Z

Z[illegible]bar[illegible] C[illegible]

Gloria sit [illegible] que decusque Deo.

IN [illegible]DITIONEM [illegible]

NOBILIS ET CONSVLTISSIMI VIRI:
D. IOANNIS HARPPRECHTI IVRISCONSVLTI, ET ANTECESSORIS IN ACAD. TVBINGENSI CELEBRA[illegible]

D[illegible] ingenii præverteret artem
[illegible]larus, & [illegible] nobile lumen erat
Verum quæ solers aut [illegible] tradidit illic
HARP[illegible] irradiat [illegible]dua cura met,
Vt Gallus, Ital[illegible] Allemannus, [illegible]que,
Suppeditet [illegible] in commoditatis opes
[illegible] pereant, emercatique auores.
Hæc neque præconis [illegible], neque testis e[illegible]t
Clarus erat Clarus, Clarus [illegible] ab [illegible]
[illegible]larorem duplici lumine [illegible]rus habet.

M. IOAN-MARTINVS RAVSCHER
Acad. Tubing. Professor



IOHAN. HARPRECHTI,

IC. ET IN NOBILISSIMA TVBINGENSI ACADEMIA ANTECESSORIS ORDINARII,

ADDITIONES AD IVLII CLARI LIBRI III. receptarum sententiarum paragraphum,

TESTAMENTVM.

QVÆSTIO I.

SVMMARIA.

1 *Testamentum vnde appelletur.*
2 *In Testamentis mens potißimum spectanda & num. 9.*
3 *Testamenti deriuationem cur Grammatici explodant.*
4 *Grammaticorum ratio diluitur.*
5 *Notatio duplex; Grammatica & Logica.*
6 *Iuris consulti non semper ex verbis, sed plerunq; ex re ipsa, notationem vocabulis mutuantur.*
7 *Nominis definitio hoc loco tradita, quibus testamentis conueniat.*
8 *Testamentum in genere comprehendit codicillum.*
9 *Cur testamentum definiatur voluntatis sententia.*
10 *Verba dispositiua, non enunciatiua, ad faciendum testamentum idonea.*
11 *Testamentum metu factum, an ipso iure nullum.*
12 *In testamentis liber requiritur stylus.*
13 *Voluntas coacta, an & quatenus voluntas,*
14 *Vis & metus libera voluntati repugnant.*
15 *Prætor metu factum non habet ratum.*
16 *An & quatenus vltima defuncti voluntas blanditiis impediatur.*
17 *Testamentum in alterius voluntatem non conferendum.*
18 *Consilium testatoris debet esse certum.*
19 *Voluntas seu dispositio captatoria non valet.*
20 *Quæ voluntas captatoria dicatur.*
21 *Dispositio captatoria piscationi similis.*
22 *Duo se inuicem heredes instituere possunt.*
23 *Iusta sententia quomodo accipiatur.*
24 *Heredis institutio caput testamenti.*
25 *Quatenus codicillis hereditas detur.*
26 *Legatum quatenus voluntatis iusta sententia.*
27 *Testamentum post mortem testatoris perfectionem suam accipit.*
28 *Testatoris voluntas ambulatoria vsq; ad obitum.*
29 *Nemo sibi eam legem dicere potest, vt a priori voluntate non recedat.*
30 *Varia testamenti appellationes.*
31 *Quam re testamentum differat à contractu.*
32 *Appellatione testamenti non continetur contractus, & vice versa.*



TEstamentum.] Hic primo addendum;
quod testamentum non male ex
eo appellatur, quod † testatio mentis 1
sit, auctore Imp. Iustiniano *in princip.*
tit. Inst. de testament. ordinand. propter-
ea quod † de mente atque vltima te- 2
statoris voluntate testetur: & in testa-
mentis, qua quisque mente fuerit, potissimum spectetur.
l. 2. l. in aduersa. 17. ff. qui testam. fac. poss. l. in conditionibus. 19. in
princ. ff. de conditionib. & demonstrat. l. ex facto 35. §. rerum. 3. ff.
de heredib. instituend. Quam † testamenti etymologiam ac 3
deriuationem, & natura & effectu illius deductam, Gram
matici plerique, vt ineptam, rident atque explodunt, se-
cuti A. Gellium *lib. 6. noct. Attic. cap. 12.* & Laurentium Val-
lam *lib. 6. elegant. c. 37.* eo quod sicut vestimentum, calcia-
mentum, pauimentum, medicamentum, & consimilia
vocabula † à mente deriuari nequeant, ita nec testamen- 4
tum. Verum ad hoc recte respondent Iuris interpretes,
consequentiam negando. Licet enim quibusdam in vo-
cabulis additio ista syllabica (*mentum*) sit ociosa, vt in vesti-
mento, calciamento, &c. non tamen protinus conse-
quens est, quod idem in omnibus contingat. Calciamen-
tum quippe, vestimentum, pauimentum, & id genus in-
numera fere vocabula, cum mente parum, vel nihil com-
mune habent: vnde etiam non, nisi insulsissime, à mente
deriuarentur. Testamentum autem cum mente pluri-
mum habet commune: quoniam (*vt paulo ante monitum*)
ad hoc illud comparatum est, vt de mente siue voluntate
defuncti vltima testificetur. Sed † & duplex notatio seu 5
deriuatio perhibetur: Grammatica vna, altera Logica.
In illa vox magis, quam res voce significata spectatur, ma-
gisque attenditur, quomodo vox a voce, quam quomodo
res illis vocibus significatæ, ab inuicem deriuentur ac de-
ducantur: hæc vero (*Logica notatio*) magis ad mentis in-
telligentiam refertur, & rem ipsam significatam potius,
quam vocem, explicat. Itaque quamuis fortassis præsens
testamenti notatio non sit Grammatica: eam tamen Lo-

gicam esse statuendum est; vt quæ ad rem ipsam magis
declarandam, quam ad nudam vocem explicandam per-
6 tineat. Et sane † Iurisconsultus non semper ex verbis,
sed plerunque ex re ipsa notationem vocabuli mutuari,
constat *ex l.1.in princ.ff. de in,lit.& tur.l.1.in princ.ff de acquir.*
vel amit.possess.l.damn.num.3.ff.de damn.infect. l. cnatus. 35.§.1.ff.
7 *de mortu caus.donat. l.1 ff. de nouationib.* Cæterum † isthanc
nominis definitionem & notationem non tantum testa-
mento proprie sic dicto, quod perfectum & solenne est;
sed codicillis etiam, aliisque minus solennibus, & imper-
fectis testamentis conuenire, notant *glo. final.in l.1.ff.qui*
testam.fac.poss.ibique Baldus num.4.Bologuet ad rubr.tit.ff.de li-
ber.& posthum.heredib. instituend. num.12 Ruinus & Iason ad
rubr.ff.de legat.1.& Bellonus ad d princip.tit Instit. de testament.
8 *ordinand.num.3.* Hinc & testamentum † in genere com-
plecti codicillum, certum est: quippe ex quo non minus,
ac ex testamento, defuncti voluntas cognoscitur: & vt in
testamento, ita in codicillo, testatoris mentis consideratur:
adeoque vtrumque hoc testandæ mentis causa confici-
tur. *Sedes de re consulantur Viglius, Nonius. Mynsingerus,*
Schneidevvinus, Hegius, Vult.ius. & alij ad d princip.tit.Instit.de
testament.ordinand.Couarruuias lib.9 com.inex.iur.ciu.c.1.num.1.
Forcatulus Necyom.initia dialog.73.num.4. & 5. Couarruu. ad
rubric.ext.de testament.num.2.Cuiac.lib.11.obseruat.c.37.& lib.
26.c.40. Reusner.in tract.de testam. part.1.cap.7. Ioan.Dauth.in
tract.de testament.nu.9. Hunnius lib.2.variar.resol.iur.ciu.tract.
5.quæst.1.aliique, quos citat nimius in d.princ.Inst.de testament.ordi-
nand.num.19.& seq.

9 Deinde hoc loco addendum est: testamentum † recte
definiri *Voluntatis sententiam.l.1.ff.qui testam.fac.poss.* Tum
quia voluntatis mentisque integritas, non corporis sani-
tas, in testante exigitur. *l.2.ff.eod.* Tum quia testamentum
non censetur, nisi quis se hoc, vel illud fieri velle decer-
10 nat. Vnde vulgo dicitur: verba † enunciatiua (quibus
quid affirmatur, vel negatur) non esse idonea siue apta ad
faciendum testamentum, sed solummodo dispositiua.
Duaren.ad d.titu.ff.qui testament.fac.poss.sub cap.quid sit testam.
Hilliger.in Donell.enucleat.lib.6.c.4.lit.C. Hinc quoque con-
11 cludendum videtur: testamentum † metu factum, ipso
iure nullum esse: cum voluntas metu illato exclusa intel-
ligatur, *arg.l.qui testamento 20. §.fin.ff.qui testam.fac.poss. l.qui*
in aliena.6.§.vltim.ff.de acquir.vel omitt. heredit.l.1.C.de SS.Ec-
12 *cles.* vbi in testamentis † liber stylus & libera voluntas re-
quiritur. Sed contrarium verisimilius est: quoniam in te-
stamento metu facto voluntatem testatoris adesse, nega-
13 ri nequit: cum † coacta voluntas etiam sit voluntas; &
principium agendi sit in eo, qui metu coactus est, nec o-
mnino inuitus facere dici possit. *l.si patre cogente.22.ff.de rit.*
nupt.l.si mulier.21 §.si metu. ff. quod met. caus. late, post alios,
Dauth.in d.tract.de testament.num.20.& seq. Hancque com-
munem & veram esse sententiam, testatur Fachineus *lib.*
10.controuers. iur. cap.15. Enimuero proprie voluntas coa-
cta non est voluntas: etiam non plane libera sit & integra.
14 Vis † eterim & metus liberæ voluntati repugnant. *l.nihil*
consensui.116.ff.de reg.iur. Ideoque testamentum istud iure
prætorio, per in integrum restitutionem, rescindi potest:
15 quia † prætor ratum non habet id, quod quis metu com-
pulsus fecit. *d.l.si mulier.21 §.si metu.& tot.tit.ff. quod met.*
caus. [illegible] vltim.C.de his, quæ vi metusue causa [illegible] sunt.l.in-
ter[illegible].13.C.de transactionib. Hoc dictum [illegible] Spiritum San-
ctum in ore prætoris [illegible], & vocem Dei ab homine
prolatam esse, asserit [illegible]us *in l.n.m.inationes. [illegible] num.5.C.*
de appellationib.Paris.cons.[illegible]num.48 vol.4.Bocr.[illegible].100 num.1.
[illegible] referens Franciscus Mantic. in tract.de coniectur. vltim.vo-
16 *lunt.lib.1.tit 3.num.12.* Diuersum † autem est, si quis blan-
[illegible] verborumue lenociniis & illecebris in se defuncti
voluntatem prouocet. *l.vltim.C.si quis aliquem testari pro-*
hibuerit Siquidem eo casu libera voluntas non impedi-
tur; sed tantum incitatur & promouetur. *d.l.vlt.ibique Ia-*
son num.5 C.eod.& l.vltim.vbi Bartol.& Castrens.ff.d.tit. Vasq.
de success.creat.lib.2.§.17 num.13. & seqq.Alciat.lib.2.parerg.ca.
31.Cephal.cons.276.num 41.Gail.lib.2.obseruat.117.nu.4. Nisi
forte contrarium ex circumstantiis appareat: vt si pater
nouercalibus delinimentis & instigationibus inductus,
contra proprium suum sanguinem, suæ voluntatis iudi-
cium dedisset. *l.non est.4.ff.de inoffic.testam.Petr.Gregor.in syn-*
tagm.iur.vniuers.lib.42.cap.2.num.6.D Obrecht. disp.19.de suc-
cess.testamentar. th 51.& seq. Aut nisi ad blanditias verbo-
rum minæ, dolus, aliæve fraudulentæ machinationes, &
violentæ persuasiones accedant. *l.1.§.persuadere.3.ff.de seru.*
corrupt. Matth.de Afflict.decis.69.num.7.Decius consil. 489.nu.
2.& 9. Marian. Socin.iun. cons.32.num.5.lib.4.Molineus cons.31.
num.7 & 8.Reusner.d.tract.de testament.part.1.cap.9.num.67.
Schurff.cons.49.num.9.cent.2. Menoch.lib.2.de arbitr.iud. quæst.
cent. 4.cas 395.num.42. Tiber.Decianus cons.65.nu.6.7.14.cum
seqq.lib.2.& consil.70.num.24.lib.3.Gabriel.Roman. lib.4.com-
mun.conclus.tit.de testament.conclu.1.hosq; citans Dauth.d.tract.
de testam num.13.

Præterea addendum ad vocabulum *nostræ*: quod † te- 17
stamentum ex propria duntaxat voluntate proficisci, nec
in voluntatem alterius conferri debeat. *l.illa institutio.32.*
ff.de heredib.instit. Quare hoc genus institutionis heredum
improbatur: *Ego illos heredes instituo, quos Titius voluerit.* E-
iusq; manifesta est ratio: quia † certum esse debet testan- 18
tis consilium, auctore Vlpiano *in fragment.Institut.tit.22.§.*
incerta persona, &c. ac proinde legitimum testamentum
non dicitur, quod ex alieno arbitrio pendet. *d.l.illa institu-*
tio.32.in princ.ff.de heredib.instit. Vnde † quoque captatoria 19
voluntas seu dispositio nullius momenti esse creditur. *l.*
captatorias.70.ff.eod. & l.captatorias.11. C.de testament.milit.
Est † autem captatoria voluntas illa, quæ fit captandæ al- 20
terius hereditatis causa: veluti, *instituo Titium heredem ex*
ea parte, ex qua me heredem instituerit. Vel: *Titius, si mihi tabu-*
lis testamenti sui heredem à se scriptum ostenderit, heres esto.l.1.ff.
de his, quæ pro non scriptis habentur. Hæc mea dispositio ca-
ptatoria putatur: quia captat Titii hereditatem, & fraude
quidem: cum semper meum testamentum mutare va-
leam. Hancque captatoriam † dispositionem, non insci- 21
te nonnulli autumant genus quoddam piscationis, eosq;,
qui talem dispositionem faciunt, piscatores esse; qui frau-
dibus & dolis alienas hereditates captant. Vt enim pi-
scatores hamum in mare aut flumen mittunt, non vt il-
lius faciant iacturam; sed vt hamum cum pisce ad se retra-
hant: ita qui captatorias conficiunt dispositiones, heredi-
tates suas in hamo deferunt, vt vberiores illiciant. *Dauth.*
d.tract.de testament.num.26.& seq. Ex quo perspicuum fit:
si duo † instituerint se inuicem heredes mutua affectione 22
ducti, non esse captatoriam voluntatem vltimam: quo-
niam tunc nulla est talis conditio, quæ conferatur ad de-
cretum alienæ voluntatis. *d.l.captatorias.70.ff.de heredib.in-*
stit.ibiq; Duaren.in cap.3.circa finem.Couarruu.in c.cum tibi.13.
num.1 ext. de testam.

Insuper addendum ad verbum *iustæ*: quod † iustam sen- 23
tentiam communiter Doctores interpretantur pro *per-*
fecta, vt † sic heredis institutio, quæ caput testamenti est, 24
includatur. *§ ante heredis.34.Instit.de legat. Bartol.Bald.& a-*
lii in l.1.ff.qui test.fac poss.& Giachariis hoc in suis addit.lit.B.
Ast huic interpretationi obstat, quod & codicillus in suo
genere perfectus sit, tametsi ex paucioribus requisitis
constet. *l.vlt § vltim. C.de codicillis.* Quocirca vt saluetur hæc
testamenti definitio, & ab omni contrarietate vindice-
tur: rectius dici poterit, iustam sententiam pro intacta,
illibata, omnibusque modis rata, exponendam esse. Se-
cundum quam significationem & interpretationem co-
dicillus iusta sententia non iudicatur. Nam † cum here- 25
ditas codicillis directe dari nequeat, sed tantum per fidei-
commissum.

commissum. *§. fin. Instit. de codicill. l. 2. C. eod.* & de fideicommisso deducatur quarta Trebellianica, *tot. tit. ff. & C. ad SC. Trebellian.* consequens est, voluntatem codicillorum non satis esse ratam, intactam & illibatam. Eadem interpretatione remouetur etiam, quod de legato vulgo obiici-
26 tur. Quamuis † enim legatum sit voluntatis nostræ iusta sententia, non secus, ac testamentum. *§. 1. Inst. de legat. l. verbu legat. 120. ff. de verb. significat. tot. tit. ff. de legat. 1. & aliquot titt. seqq.* Illibata tamen, intacta, cunctisque modis rata & firma non est: cum legata patiantur Falcidiæ legis detractionem, si vniuersorum bonorum legata fuerint. *tot. tit. Inst. de leg. Falcid. & tot. tit. ff. & C. eod. Vasq. de successiõn. creat. in præfat. nu. 26. & seq.*

27 Denique addendum ad illa verba, *de eo, quod † quis post mortem suam fieri velit*: testamentum non nisi post mortem demum testatoris valere, perfectionemque suam accipere. *l. qui hereditatem. 19. & l. neminem. 27. ff. de acquir. vel o-*
28 *mitt. heredit.* propterea quod † eius voluntas vsque ad obitum ambulatoria & reuocabilis est. *l. quod si iterum 4. ff. de adimend. vel transfer. legat. l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. cap. cum Martha. 6. § nonnullimum etenim. ibique gloss. super vers. non valet.*
29 *de celebrat. miss.* in tantum, vt nemo † eam sibi legem dicere possit, vt à priori voluntate non recedat. *l. si quis. 32. in princ. ff. de legat. 3.* Hinc † testamentum vocatur iudicium
30 mortuorum. *l. quoniam. 15. C. de testam.* suprema voluntas. *l. cum hic status. 32. § ait oratio. 2. ff. de donat. inter vir. & vxor.* supremum & postremum iudicium. *l. vilites 5. C. de religios. & sumpt. funer. d. l. quoniam. 15 & l. omnium. 19. C. de testament.* morientis supremum arbitrium. *l. volumus. 20. C. eod.* item vltimum elogium. *l. furiosum. 19. in princ. C. qui testam. fac. poss. l. cum furiosus. 7. §. & si quidem. 5. C. de curatore furiosi. l. cum lege 56. C. de episcop. & cleric. Reus. prædicto tract. de testam. part. 1. cap.*
31 *1. num. 10.* Quin † & hoc illa definitionis verba indicant: sufficere consensum eius, qui testamentum condit, ad testamentum faciendum: quo nomine a contractu testamentum discernitur. Etenim contractus mutuo duorum consensu constat. *l. 1. §. 2. & 3 ff. de pact. l. si & me. 32. ff. de reb. credit. si cert. pet.* At testamentum ab vnius consensu pendet, nec in alienum arbitrium confertur. *l. 1. vbi Gothofred. ff. de legat. 2. l. fideicommissa. 11. §. quanquam. 7. ff. de legat. 3. l. verum. 7. §. 1. ff. de reb. dub. l. nonnunquam. 52. ff. de condit. & de-*
32 *monstrat.* Et † propterea appellatione testamenti non continetur contractus, nec appellatione contractus testamentum. *l. verba contraxerunt. 20. ff. de verb. significat. Duaren. ad tit. ff. qui testament. fac. poss. cap. quid sit testamentum ante finem.*

QVÆSTIO II.

SVMMARIA.

1 *Recensentur Auctores, qui statuunt, testamentum iuri ciuili adscribendum.*
2 *Auctores, qui concludunt, testamentum quoad originem & inuentionem, iuris gentium; quoad formam vero, iuris ciuilis esse.*
3 *Huius sententiæ fundamenta & rationes.*
4 *Illud, quod confirmat, nihil noui aut proprij tribuit.*
5 *Quisque dominus liberam habet de rebus suis disponendi facultatem.*
6 *Dispositio per vltimam voluntatem fauorabilior dispositione inter viuos.*
7 *Beneficia iure ciuili quæsita, quilibet paciscendo amittere potest.*
8 *Facultas testandi nulla conuentione amittitur.*
9 *Coniunctio maris & fœminæ cui iuri adscribatur.*
10 *Ius succedendi ab intestato est iuris gentium & naturalis.*
11 *Princeps potest tollere, quæ sunt iuris ciuilis.*
12 *Forma dat esse & originem rei.*
13 *Forma testandi quatenus debeatur iuri ciuili.*
14 *Beneficia iuris ciuilis quæ.*
15 *Legata & fideicommissa quas actiones pariant.*
16 *Effectus huius quæstionis, vtrum iure ciuili, an gentium testamentum sit introductum.*
17 *Vnum ius ciuile tollit alterum.*
18 *Iura gentium semper immutabilia.*
19 *Princeps ex plenitudine potestatis nequit derogare priuatorum testamentis.*
20 *Princeps sine iustâ causa alicui ius quæsitum auferre non potest.*
21 *Suprema hominum iudicia exitum habere, publice expedit.*
22 *Liber debet esse stylus vltimæ voluntatis.*

DE *iure ciuili.*] Adde † huius sententiæ plures Auctores: *Accursium in l. 1. in verb. ciuitatis nostræ. ff. de acquir. rer. domin. & in l. sunt quidam. 17. in verb. non habeant. ff. de pæn. & in l. 2. in verb. non possunt. C. de heredib. instit. ibiq. Baldum, Salicetum, Fulgosium, & Franciscum Aretinum: Alciatum in l. Gallus. 29. in princ. num. 1. ff. de liber. & posthum. hered. instit. & ibidem Marcum Aquilinum in §. & quid, si tantum. 5. num. 62. Paulum de Castro in l. 3. num. 3. ff. qui testament. fac. poss. Fernandum Vasquium de testator. potent. §. 1. circa princ. Bellonium & Tobiam Nerium in principio, num. 7. & 21. Instit. de testament. ordinand. Bronchorst. cent. 2. ἐναντιοφανῶν assert. 27. edit. 1. Guilielm. Forsterum lib. 2. disp. 12. thes. 3. Goeddeum in commentar. de contrah. & committ. stipulat. cap. 2. conclus. 1. num. 22. Ant. Fabrum part. 2. de erroribus pragmaticor. Decad. 36. err. 2. Hænonium disp. 7. controuers. 1. Matthiam Stephani cent. 2. quæst. 51. Martinum Schickardum disp. 7. thes. 1. lit. B. & Hunnium lib. 2. variar. resolut. iur. ciuil. tract. 5. quæst. 3.* 1

De iure gentium.] Hanc † Iulij Clari assertionem, præter Doctores ab eo laudatos, sequuntur Vigilius *in §. sed prædicta. 2. num. 4 & seqq. Instit. de testament. ordinand. Theophilus in §. ius autem ciuile. 1. Instit. de iur. nat. gent. & ciu. Connanus lib. 9. Commentar. iur. ciu. cap. 1. num. 3. Cramerus disceptat. 11. posit. 9. Gutierrez in l. nemo potest. 55. num. 79. ff. de legat. 1. Turzan. in thesaur. commun. opin. in dictione, testamentum. num. 1. & 2. Villalobos in eadem dict. num. 20. & Soarez. num. 11. Duarenus ad tit. ff. qui testam. fac. poss. c. 1. vers. hinc tractatur quæstio, &c. Pinelus in rubr. C. de rescind. vendit. part. 1. cap. 1. num. 23. Vulteius in §. sed vt nihil 1. num. 1. Instit. de testam. ordinand. Arumæus exercitat. Iustin. 7. th. 3. Schneidewinus num. 12. cum seqq. & Petrus Riccard. num. 153. ad princ. Instit. de testam. ordinandis. Treutler. vol. 2. disp. 10. thes. 2. Dauth. in tract. de testam. num. 82. Schegkius in delibat. iur. disp. 9. th. 1. Angel. Matthæac. lib. 1. de via iur. cap. 34. num. 26 Hilliger. in Donello enucleat. lib. 6. cap. 4. lit. A. Hackelman. Disput. illustr. 16. th. 1. Reusner. in tract. de testam. part. 1. cap. 4. num. 1. & 17. Cuiac. ad l. 1. & 3. ff. qui testament. fac. poss. Paulus Berens Disput. 6. ad Instit. thes. 1. quæst. 1. Heyman. Meyrer. in tract. de testament. et successionib. lib. 1. tit. 2 num. 1. Andreas Gerhard. Exercitat. Iustin. 7. quæst. 1. Iacobus Rickius in tract. de vnione prolis cap. 3. num. 44. Hieronymus de Cauallos in speculo aur. opinion. commun. contra commun. quæst. 512. Gilkenius in tractat. de præscriptionib. part 3. capit. 3. numer. 150. cum seqq. & ad l. 1. Cod. de heredib. instit. num. 5. & seqq. pluresque alij, ab his citati* 2

Videmus enim &c.] Præter hanc † rationem, afferuntur & aliæ, quibus ostenditur, testamentum quoad originem suam & inuentionem, iuris gentium; quoad formam vero & solennitatem, iuris ciuilis esse. 3

Primo † enim id, quod confirmat, nihil noui aut proprij tribuere intelligitur. *l. & quia 5. ff. de iurisdict. capit. cum inter. 13. de exc. & re iudic. cap. cum dilecta. 4. de confirm. vtil. vel inutil.* Ius autem ciuile eam hereditatem, quæ testa-

mento

mento defertur, confirmat. *l. lege obuenire. 130. ff. de verbor. significat.* Ergo ius ciuile nihil proprii tribuit testamento:
& consequenter testamentum non ex iure ciuili, sed ex
5 communi omnium gentium iure descendit. Deinde †
quisque dominus iure gentium liberam habet de rebus
suis disponendi facultatem inter viuos. *§. per traditionem. 40. Institut. de rer. diuis. l. inter mandata 21. C. mandat.* Multo
igitur magis eodem iure quilibet potestatem habere de-
bet de rebus suis per vltimam voluntatem disponendi:
6 cum † dispositio per vltimam voluntatem longe fauora-
bilior sit dispositione inter viuos, *argum. totius tit. Instit. de*
7 *leg. Fus. Canin. tollend.* Insuper † quilibet beneficia, iure ci-
uili quæsita, paciscendo amittere potest. *l. penult. C. de pact.*
8 At qui † facultas testandi nulla conuentione aut renun-
ciatione amittitur *l. pactum. 15. C. de pact. l. vlt. ff. de suis & le-*
9 *git. heredib. l. hereditas. 5. C. de pact. conuent.* Adhæc † qua ra-
tione maris & fœminæ coniunctio iuri naturali adscribi-
tur, *in princ. tit. Instit. de iur. n. at. gent. & ciu.* quamuis forma
coniunctionis ex iure ciuili descendat, *initio tit. Institut. de nupt. tot. tit. ext. de sponsalib.* eadem quoque ratione testa-
menta, quæ originem suam à iure gentium, formam au-
tem a iure ciuili acceperunt, non iuri ciuili, sed iuri omniũ
10 gentium adscribi debent. Præterea † cum ius succeden-
di ab intestato iuris sit gentium & naturalis, propter vo-
tum ac voluntatem parentum. *l. nam etsi 15. in princ. ff. de inoffic. testam. l. cum ratio. 7. in princ. ff. de bonis damnator. l. scripto. 7. in fine ff. vnde liberi l. vlt. C. quorum bonor. can. ius naturale. 7. distinct. 1.* Eidem iuri naturali omnino consentaneum est,
vt expressa etiam voluntas decedentis rata habeatur. De-
11 nique † cùm princeps possit tollere ea, quæ iuris ciuilis
sunt, *arg. l. princeps. 31. ff. de legib.* non tamen possit testamen-
tum iure perfectum rescripto suo rescindere. *l. si testamentum. 10. C. de testam.* inde consequens est, testamenti factio-
nem, ipsumque testamentum ex iure gentium, & non
ex iure ciuili originem habere.

Huicque verissimæ, & crebrioribus Doctorum vatis
12 receptæ sententiæ non aduersatur, quod † forma dat esse
& originem rei. *l. Iulianus. 9. §. sed si quis in fine. ff. ad exhibend. l. si is, qui 80. §. 1. ff. ad leg. Falcid. l. cum his. 8. in princ. & §. si prætor. 17. ff. de transactionib. l. mulieris. 13. §. 1. ff. de verbor. significat.* Te-
stamenta autem formam ex dispositione iuris ciuilis ac-
cipiunt. *l. hac consultissima. 21. C. de testam.* Proindeque te-
13 stamenta iuris ciuilis esse putantur. Nam † licet forma te-
stamenti condendi inter ciues Romanos iuri ciuili debea-
tur, vna cum suis beneficiis. *l. 1. ff. ad leg. Falcid.* aliud tamen
fuit in testamentis nationum externarum, quæ iure gen-
tium, & propria forma conficere testamenta potuerunt:
vt fuerunt Græci, Syri, Ægyptii, &c. Hos enim ante con-
stitutionem Imp. Antonini, *l. in orbe 17. ff. de stat. homin.* te-
stamentum facere potuisse, non dubitandum est: tametsi
14 eorum in testamentis beneficia † iuris ciuilis locum ha-
buisse, probabile non videatur: veluti ius accrescendi. *l. triplex. 142. ff. de verbor. significat.* dominii, sine apprehen-
sione possessionis, transferendi. *l. cum heredes. 23. in princ. ff. de acquir. vel amitt. possess.* quacunque lingua testandi. *d. l. hac consultissima. 21. §. fin. C. de testament.* legis Fal[illegible] *d. l. 1. ff. ad leg. Falcid.* senatusconsulti Trebelliani. [illegible] *ad SC. Trebellian.* certæ portionis duntaxat filiis, aut heredibus institu-
tis relinquendæ, & de cæteris bonis libere disponendi. *d. l. 1. ff. ad leg. Falcid. l. verbum. 20. ff. de verbor. significat. l. parentibus. 8. [illegible] de inoffic. testament. Nouel. [illegible] cap. 2. ver. disponat.* item
15 † quod legata & fideicommissa nedum actionem in per-
sonam, sed etiam in rem, & hypothecariam pariant. *l. 1. & 2. C. communia de legat. & fideicommiss.* Reliqua plura, quæ
huic assertioni opponi solent, argument[illegible] inde refuta-
uimus *ad princ. tit. Instit. de testament. ordinand. num[illegible] & sequentib.*

16 *Hæc quæstio sit maxim[illegible] [illegible]*] Adde rationem: quia †
si affirmetur, testamentum introductum esse iure ciuili:
poterit statuto disponi, vt nemo condere testamentum
valeat: cum † vnum ius ciuile tollat alterum, *argum. l. nihil* 17
tam naturale. 35. ff. de reg. iur. Si vero dicatur, iure gentium
illud introductum esse: non poterit statuto tolli testa-
menti factio: cum † iura gentium semper firma perma- 18
neant, & iure ciuili tolli haud queant. *§. penult. Instit. de iur. nat. gent. & ciu.* Huic consequens est: ne quidem † Prin 19
cipem ex plenitudine potestatis priuatorum testamentis
derogare, aut succedendi modum à testatore ordinatum
alterare vel immutare posse. *d. l. si testamentum. 10. C. de testament. l. rescripta. 7. C. de precib. Imp. offerend. l. si donationem. 5. C. de reuocand. donationib.* Huiusque ratio est perspicua:
Tum † quia ea, quæ iuris gentium sunt, à Principe sine 20
iusta causa immutari nequeunt. *d. §. penult. Instit. de iur. nat. gent. & ciu. l. omnes populi. 9. ff. de iustit. & iur.* Tum quia in-
iuriosum est, & indignum maiestate regnantis, alicui quæ-
situm ius vigore cuiusdam rescripti auferre, *argu. l. id. quod nostrum. ff. de regu. iur. l. cum te. 9. C. de donationib. ante nupt. l. ius ciuile. 12. C. de rei vindicat.* aut contra ius, cum [illegible]terius iniu-
ria, vana atque inania beneficia conferre. *l. nec auus 4. C. de emancipat. liberor.* maxime † cum publice expediat, supre- 21
ma hominum iudicia exitum habere. *l. vel negare. 5. ff. testament. quemad. aperiant l. 1. in princip. ff. si quis omissa caus. testamenti, &c.* nec † quicquam magis hominibus debeatur,
quam vt supremæ voluntatis, postquam iam aliud velle
non possunt, liber sit stylus; & licitum, quod iterum non
redit, arbitrium, *rescribente Constantino Imp. in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles.* Atque ea de re videantur *Fernandus Vasquius lib. 1. controuers. illustr. cap. 5. num. 21. Didac. Couarru. lib. 3. variar. resolut. cap. 6. num. 5. & seq. Pinel. in rubr. C. de rescind. vendit. part. 1. cap. 2. num. 16. Gail. lib. 2. obseruat. 58. num. 9. Dec. consil. 357. num. 5. & consil. 557. num. 4. &c. Reusner. part. 1. de testament. cap. 4. num. 33. & seqq. Menoch. consil. 20. num. 2. & consil. 321. nume. 35. Franciscus Mantica lib. 11 de coniectur. vltim. voluntat. tit. 12. num. 31. Cephalus consil. 111. num. 38. & consil. 186. num. 37. Michael Graff. lib. 1. recept. sentent. §. 1. num. 8. & Pruckman. in tract. de Regalib. cap. 4. memb. 3. effect. 8. vbi plures vtramque in partem allegat.* Inspici quoque poterunt illa, quæ de Principis po-
testate fusius annotaui *ad principium tit. Inst. de rer. diuis. num. 95. & multis subsequentib.*

QVÆSTIO III.

SVMMARIA.

1 *Quæ olim fuerint testamentorum genera.*
2 *Testamentum aliud solenne, aliud minus solenne.*
3 *Solenne vel scriptum, vel nuncupatiuum dicitur.*
4 *Solenne scriptum testamentum quid.*
5 *Solenne nuncupatiuum testamentum quid.*
6 *Minus solenne testamentum quid, & quotuplex.*
7 *Paganum quid.*
8 *Militare testamentum quid.*

M*Vlta possunt enumerari diuisiones testamentorum*] Ad-
de, † quod ex antiquis illis tribus testamentorũ ge- 1
neribus quorum vnum calatis comitiis, alterum in pro-
cinctu, t[illegible]um per æs & libram fiebat, *de quibus in §. sed vt nihil antiquitatis. 1. Institut. de testament. ordinand. vbique Theophilus, [illegible]iglius, Hotomannus, Mynsingerus, Borcholt. Hergius. & alii de iisdem interpretantur. A. Gellius lib. 15. noct. Attic. cap. 27. M. Cicero lib. [illegible] de Orat. & lib. [illegible] de natura Deor. Plutarchus in Coriolano. Vlpian. in frag[illegible] Institut. titu. 20. [illegible]rasius. lib. 5. M[illegible]cellan. iur. ciui. 12. [illegible], Com[illegible] iur. ciuil. cap. 1. num. 4. [illegible] [illegible]uersf. capitul. Forcatul. [illegible] 14 [illegible] in [illegible]*
medio

nello enucleat. lib. 6.cap.6.ad lit.B.)· ſublatis & abolitis, alia
2 † duo Diuorum Principum conſtitutionibus conforma-
ta defluxerunt : ſolenne, ſcilicet, & minus ſolenne. *Domi-
nicus Arumaus Exercit.Iuſtin.7.th.4. Weſenbec. in paratit.ff.qui
teſtam.fac.poſſ.num.7. D.Obrecht. diſput 19.de ſucceſſ.teſtamen-
tar.th.135. Stuckius part.1.exercit. Iuſtin.decad.6. aſſert.1. lit.H.*
3 Quorum † illud vel ſcribitur, & ſcriptum; vel viua voce
nominato herede nuncupatur, & nuncupatiuum dicitur.
*§.ſed cum paulatim 3. & §.fin.ibique Dd. Inſtit.de teſtam.ordi-
nand.l.heredes palam.21.ff.qui teſtament.fac poſſ.l.hac conſultiſ-
ſima.21.in princ.& §.per nuncupationem.2.l.in teſtamentis.26.*
4 *& l.iubemus.29.C.de teſtam.* Solenne † ſcriptum teſtamen-
tum eſt, in quo heredis nomen ſcribitur : quodq; ſeptem
teſtium ſubſcriptionibus & ſignaculis vnico contextu ce-
lebratur. *d.§.ſed cum paulatim.3.Inſtit.de teſtam.ordinand.* So-
5 lenne † nuncupatiuum teſtamentum eſt, quo heredis
nomen palam & aperte coram ſeptem teſtibus nuncupa-
tur, & vnico contextu abſoluitur. *d.§ fin.Inſt.d.tit.d.l.here-
des palam.21.ff.qui teſtam.fac.poſſ.d.l.hac conſultiſſima 21.§.2.&
d.l.iubemus.24.C.de teſtam. Donell.lib.6. Commentar.de iur.ciu.*
6 *cap.10.* Minus † ſolenne teſtamentum dicitur, quod certa
quidem, at non communi & conſueta iuris teſtamentarii
forma conficitur. Hocque vel paganum perlubetur, vel
7 militare. Paganum † eſt, quod fit à paganis, ea forma, quæ
ſingulari iure eſt conſtituta. *Dn. Obrecht.d.diſp. 19.theſ.162.*
vt eſt teſtamentum à ruſticis, vel à parentibus inter libe-
ros, vel ad pias cauſas, &c. confectum; *de quibus ſuis locis our
8 buiq; copioſius acturi ſumus.* Militare † teſtamentum eſt, quo
miles in expeditione cõſtitutus, quoquo modo de rebus
ſuis diſponit, quid de iis poſt mortem ſuam fieri velit. *l.1.ff.
de teſta.milit.l.3.C.eod totoq tit.Inſt.de milit.ari teſtam.*

Item adde ad hanc quæſtionem videndum Nicolaum Reuſnerum *in tract.de teſt.part.1.c.11.*& Iohannem Dauthũ *in tract.de teſtam. num.116.& ſeq.pag.mihi 115.qui varias teſtamentorum diuiſiones diligenter recenſent.*

QVÆSTIO IV.

SVMMARIA.

1 *Teſtamentum nuncupatiuum vnde ſic appelletur.*

2 *Nuncupatiuum teſtamentum quæ habeat cum ſcripto communia, quæ item ſingularia.*

3 *In teſtamento nuncupatiuo teſtator voluntatem ſuam teſtibus reuelare cogitur : non item in ſcripto.*

4 *Si teſtator plures heredes palam nuncupare voluerit, & quibuſdam nuncupatis, priuſquam cæteros exprimeret, obmutuerit : an teſtamentum eius ſaltem ex parte ſubſiſtat.*

5 *Mens & ſententia l.iubemus. 29.C.de teſtam.*

6 *Separatorum ſeparata ratio.*

7 *An teſtamentum factum ab eo, qui volebat teſtari in ſcriptis, non ſeruatis ſolennitatibus requiſitis, valeat vt nuncupatiuum, remiſſiue.*

8 *Nunquid teſtamentum factum per relationem ad aliquam ſchedulam, teſtibus non lectam, ſubſiſtat, remiſſiue.*

1 N*Vncupatiuum*] Adde, quod † teſtamentum nuncu-
patiuum inde ſic eſt appellatum, quod teſtator pa-
lam coram ſeptem idoneis teſtibus, ad id nominatim ro-
gatis, nullo alieno actu interpoſito, heredis nomen, to-
tamq; ſuam voluntatem nuncupet ſiue exponat *§ vlt.Inſt.
de teſtam.ordinad. l.heredes palam.21.ff.qui teſtam. fac.poſſ.l.hac
conſultiſſima.21. §.per nuncupationem.2. & l.iubemus. 29. C.de
teſtam.late Reuſner.in tract.de teſta.part. 3.c.29.num.2.* Ex quo
2 haud obſcurè liquet : nuncupatiuum † hoc teſtamentum
non ſolum cum ſcripto habere commune, vt ſeptem ido-
nei & rogati teſtes adhibeantur, teſtatioq; vno contextu
fiat : ſed etiam duo habere ſingularia : *primum*, quod fieri
poſſit ſine vlla ſcriptura, vel ſubſcriptione aut ſubſignati-
one teſtium : *alterum*, quod fiat nuncupatione : quæ in eo
vertitur, vt teſtator vltimam voluntatem ſuam palam, hoc
eſt, clare & intelligenter, ita vt à teſtibus exaudiri poſſit,
nuncupet atque declaret. *Donell.lib.6.Commentar.de iur.ciu.
cap.10.pag.19. D.Obrecht.diſp. 19. de ſucceſſ.teſtam. th.155.& ſeq.*
Itaque † in nuncupatiuo hoc teſtamento teſtator volun- 3
tatem ſuam teſtibus reuelare cogitur : in teſtamento au-
tem ſcripto celare poteſt. *d.l.heredes palam.21.ff.qui teſtam.
fac.poſſ.d.l.hac conſultiſſima.21.in princ. & §.per nuncupationem.
2.C.de teſtam.*

Quia vero ex ſupradictis colligere promptum eſt : te-
ſtamentum † nuncupatiuum vno contextu temporis, v- 4
noque actu continuo fieri debere : non abs re quæritur,
ſi teſtator plures heredes palam nuncupare voluerit, &
quibuſdam nuncupatis, priuſquam cæteros exprimeret,
obmutuerit, hoc eſt, in ſermone defecerit, vi morbi ſubi-
ta, ſiue epilepſia, ſiue apoplexia impeditus, ita vt nihil am-
plius proloqui potuerit : vtrum teſtamentum eius, ſaltem
ex parte, valeat ? Et nulla ex parte valere, reſponſum eſt *in
l.ſi is, qui 25.ff.qui teſtam.fac.poſſ.* Huiuſq; euidens eſt ratio :
quia non reputatur teſtamentum, niſi ſit ſuprema volun-
tatis conteſtatio, *l.1.ff.qui teſtam.fac.poſſ.* Atqui ſupremam
voluntatem pro parte teſtatam, pro parte inteſtatam re-
linquere non poſſumus. *l.ius noſtrum.7.ff.de reg.iur.* Cui † 5
non refragatur *d.l.iubemus.24.C.de teſtam.* vbi dum expreſ-
ſum eſt, pluribus teſtamento heredibus ſcriptis, quamuis
aliqui heredes non ſint proprio teſtatoris chirographo
ſubnotati, eos tamen heredes fore, qui ſcripti ſint manu
teſtatoris : dicendum eadem ratione videtur, ſi teſtator
quorundam heredum nomina ipſis teſtibus nuncupaue-
rit ſiue expoſuerit, quorundam reticuerit, eos ſolos, qui
nuncupati ſunt, ſuccedere. Non, *inquam*, lex iſta refraga-
tur. Præterquam enim, quod ius illud de nominibus he-
redum à teſtatore propria manu, vel teſtium, ſcribendis,
abrogatum eſt. *Nouell.119.c.9.* loquitur etiam allegata lex
in alio plane diſſimili ac diuerſo caſu. Separatorum † igi- 6
tur ſeparata eſt ratio. *l. Papinianus.20.ff.de minorib.25. annu.
l.vlt.ff.de calumniat.l.qui fundum.7.§.1.ibi, propriam ac ſepara-
tam conditionem habent.ff.pro empt.* Nam *in d.l.ſi is, qui 25.ff.
qui teſtam.fac.poſſ.* idcirco nulli ſunt heredes : quia teſtator
teſtamentum quidem facere cœpit, ſed non perfecit, id
eſt, voluntatem totam non nuncupauit. Aſt *in d.l.iubemus
29.C.de teſtam.* propterea quidam heredes manent : quo-
niam teſtator teſtamentum per ſcripturam perfecerat, &
omnes, quos voluit eſſe heredes, ſcripſerat : ſed non o-
mnium heredum nomina proprio chirographo ſubno-
tauerat, aut nuncupauerat : & ſic rectè Imperator cenſet,
non † totum teſtamentum per hoc infirmari : ſed eos dun- 7
taxat heredes, qui ſubnotati aut nuncupati non ſunt, ab
hereditate repelli. *Ita bene explicat Nicolaus Reuſner. d.tract.
de teſtam.part.3.c.29.n.25.*

Sed quæro.] De hac quæſtione (an teſtamentum conditum ab eo, qui volebat teſtari in ſcriptis, non ſeruatis ſolennitatibus requiſitis, valeat vt nuncupatiuum) omninò videndi ſunt *Fernandus Vaſquius in tract.de ſucceſſion.lib.2.§.2. n.11.& ſeq.cum q; referens Iacobus Menochius in tract.de præſump. lib.4.part. 2.præſumpt 2.num.14.& ſeqq. vbi tres caſus accurate diſtinguit & declarat.*

Sed pone, aliquem ſcripſiſſe, &c] Adde † de iſta quæſtione (an 8
teſtamentum factum per relationem, ad aliquam ſchedu-
lam, teſtibus nõ lectam, ſubſiſtat) vide etiam de ſententes
*Viglium num.2.& Mynſingerum num.3.in §.vlt.Inſtit.de teſtam.
ordinand.Dn.colleg.m Rocerum claſſ.3.diſp.2.theſ.48.edit.2.Arumaeum Exercit.Iuſtin.8.theſ.5.Reuſnerum.d.cap.29.num.18.& 27
Hartmannum Piſtor.lib.1.quæſtion.iur. quæſt.2. num.10. Maſcardum in tract.de probationib.volum.3.concluſ.1352.num.73. Calcaneum conſil. 90. num.5. Gozadin. conſil.3.numer.16. Pariſium*

consil.19 num.26.vol.3. Couarruu.in c.cum tibi num.5.de testam. Alciatum consil.126.num.1.& 2.lib.9. Grassum lib.1.receptar.sent. §.institutio.quæst.16.num.3. Mantic.de coniectur.vltimar.volunt. lib.4.titul.3.num.11. Anto.Gabriel.lib.4.commun. conclus.titu.de testament.conclus.11.num.4. Boerium decis.249. Thadeum Pisonem lib.2.variar. resolut. cap.2. num.2. & alios plures, ab his designatos.

QVÆSTIO V.

SVMMARIA.

1 *An pupillus pubertati proximus, vt statuto, ita & Principis priuilegio habilitari possit ad testamentum faciendum.*
2 *Cur prodigo testamenti factio statuto vel lege municipali indulgeri possit.*
3 *Dispositio iuris ciuilis tolli sine mutari potest lege municipali aut principali.*
4 *Reipublicæ interest, ne quis re sua male vtatur.*
5 *Statutum, vt quælibet alia lex, sanctum & honestum esse debet.*
6 *Prodigalitas quales mores respiciat.*
7 *Regula de non abutendo rebus suis, quando procedat.*
8 *Furiosus cur ad pias causas non possit testari.*
9 *Furiosi nulla voluntas.*
10 *Testamentum quid.*
11 *Furiosus, dilucida interualla habens, an & quatenus testari possit.*
12 *Damnatus ad mortem testari nequit ad pias causas.*
13 *Quare filiusfamilias testamentum ad pias causas condere valeat.*

1 *Hinc infertur, quod pupillus, &c.*] Sane † de pupillo pubertati proximo, dolique capace, verior receptiorque videtur esse sententia eorum, qui existimant, illum vt statuto, ita & principis priuilegio habilitari posse ad testamentum faciendum, præsertim ad pias causas: propterea quod tunc numerus ætatis magis sit solennitatis ciuilis, quam rationis naturalis. *Bartol. in l.si quæramus.4.num.6.ff. qui testam.fac.poss. Angel.& Alexand. in l.vlt.C.de testam. milit. Iason in l.rescripta.7 nu.12.C.de precib.Imp.offer. Andr.Sicul.cons. 19.col.6.lib.1. Decius in l.pupillum.111.num. 6.ff.de reg.iur. ibique Cagnolus nu.11. Hostiens.in c.si cui tatus.13.de rescriptis. Reus.in tr. de testam.part.2.c.5.nu.34.& seq.*

2 *Prodigus.*] Hic addendum est, quod † non solum pubertati proximo, *de quo iam dictum*, sed etiam prodigo, testamenti factio statuto vel lege municipali concedi possit: eo quod in eo magis sit ciuilis, quam naturalis, testamenti faciendi prohibitio, hoc est, non quia prodigus (vt furiosus & infans, & similes personæ) mente ac intellectu omnino careat: sed quia bonis ei à prætore interdictum sit. Quo generali interdicto simul quoq; potestas testa-
3 menti conficiendi adempta esse intelligitur. Posse † autem iuris ciuilis dispositionem lege municipali vel principali tolli aut mutari, constat ex *§.sed naturalia 11. Instit.de iur.nat.gent.& ciu. Bartol.in d.l.si quæramus.4.num.6.ff.qui testam.fac.poss. Reusner.d.part.2.cap.11 nu.21.& seqq.*

Nec huic assertioni obstat, quod statutum istud non modo bonis moribus naturalibus *l.1.ibi, bonos mores receperit.ff.de curator.ib.furios.& alijs extra minor. dand.* sed etiam iu-
4 ri & commodo publico aduersari videatur: cum † Reipublicæ intersit, ne quis re sua male vtatur. *§.2.vers. sed & maior. Instit.de his qui sui, vel alieni iur. sunt.* At illiusmodi statutum non valere certum est: siquidem non solum san-
5 ctum & honestũ, vt † lex alia quælibet, sed etiam tale debet esse statutum, quod a prudentissimis redargui nequeat. *c. erit autem lex. distinct.1. l.ex facto.43.in princ. ibiq, Dd. ff.de vulg.& pupill.substit.* Illud, inquam, non obstat. Quando-
quidem † prodigalitas respicit potius bonos mores, quos 6
vocant ciuiles, & non naturales: quoniam in prodigo nulla turpitudo, quæ peccatum concernat, versatur. Sed &
† regula illa de non abutendo bonis suis procedit, si nul- 7
lum prorsus commodum ex iis alius sit percepturus; veluti si quis pecunias in mare proiicere velit: ex quo abusu nullum cuiquam accedit emolumentum: secus vero est, si quis re sua abutendo interim alteri commodet; in quo nihil incommodi Reipub. affertur: quia tametsi pecunias hoc modo alteri largitus sit: nihilominus tamen eæ in Republica permanent, *argu.l.sed & si lege 25.§.consuluit.11.ff.de her.petit. Reus.d.c.11.nu.28.& seqq.*

Sed an furiosus.] Cur † furiosus ad pias causas testari non 8
possit hæc etiam reddi solet ratio: quia legata pia licet regulariter non regulentur iure positiuo: regulantur tamen iure naturæ & gentium *c.cum esses.10.& c.relatum.11. de testam.* Sed testamentum à furioso factum peccat in iure
naturali: quia in eo deficit voluntas: cum † furiosi nulla 9
sit voluntas. *l.furiosi.40.ff.de reg.iur.* Ergo si deficit voluntas, & sic substantiale: deficiet quoque causatum ab ea:
cum † testamentum nihil sit aliud, quam voluntatis no- 10
stræ iusta sententia. *l.1.ff.qui testam.fac.poss.* Plane furiosus,
qui † dilucida interualla habet, si tempore cessantis furo- 11
ris fecerit testamentum, & perfecerit; quin id valeat, non dubium est. *l.furiosum.9.C.dicto tit.* Notanter dixi, *perfecerit*: quia si post cœptum testamentum, ante perfectionem furor superuenerit: id tanquam imperfectum non valere, ne quidem ad pias causas, crebrius obtinuit, *vti testantur Imola in d.c.relatum.11.de testam. Grassus lib.2.recept.sentent. §.testam.quæst.17 num. 4. eosque referens Thadeus Piso lib.1.var. resolut.cap.5.num.3.*

In damnato ad mortem.] Quod † damnatus ad mortem 12
testari non possit ad pias causas, præter Doctores hic allegatos, affirmant quoque *Baldus, Castrens. Fulgosius.& Aret. in l.eius, qui 8.§.1.ff.qui testam.fac.poss. Couarruu.in rubric.de testam.part.3.num.27. Capra concl.102.num. 106. Grassus d.§.testamentum, quæst.16.nu.5. Peregrin.de iure fisc.lib.3.tit.2. num.3. Farinac.de var.ac diuers.quæstionib.q.102.inspect.2.num.115. hos q; citans Piso d.lib.1.var.resol.c.3.nu.5. Eaq, de re susius, Deo propitio, dicturi sumus infra, quæst.21.*

Filiusfamilias poterit testamentum condere ad pias causas.]
Ratio † huius receptissimæ opinionis hæc assignari po- 13
test: quia testamentum ad pias causas est res spiritualis, quæ iuris ciuilis dispositioni non subiacet. *d.c.relatum.11. ibi, non secundum leges.de testament.cap.licet.4.de sepulturis in 6.* qua constitutione derogatur iuri ciuili: quia permittit iudicare, id est, testari pro anima, si pater consentiat, vt glossa ibidem in *verb.iudicare*, significat, & arguit *cap.1 in princ. de prohibit.feud.alienat.per Frideric.lib.2.tit.55 feudor.* Hancque rem, post alios quos recitant, latissime vtramque in partem persequuntur *Thadeus Piso d.lib.1.cap.6 num.13.& Andreas Tiraquellus in tractat.de priuilegiis piæ caus.priuileg.78. vbi circa finem hanc opinionem & communiorem & æquiorem esse pronunciat.*

QVÆSTIO VI.

SVMMARIA.

1 *Num per dispositionem l.1.C.de SS.Eccles. omnis solennitas iuris ciuilis, in testamentis ad pias causas, sublata esse censeatur.*
2 *Iuri Canonico, si de causis piis agatur, in vtroque foro standum.*
3 *In relictis ad pias causas duo sufficiunt testes.*
4 *Piæ causæ quæ dicantur.*
5 *In testamentis ad pias causas cur rogatus testium non requiratur.*
6 *Mens & intellectus c.relatum.11.de testam.*

An

7 *An mulier poßit eſſe teſtis in teſtamento ad pias cauſas.*
8 *Fœmina in cauſis etiam criminalibus à teſtimonio non repellitur.*
9 *Nunquid duæ fœminæ in teſtamento ad pias cauſas ſufficiant, remißiue.*
10 *Diſpoſitio teſtatoris captatoria valet in relictis ad pias cauſas.*
11 *Libertas pia cauſa cenſetur.*
12 *Fauore piæ cauſæ teſtamentum nutu conditum valet.*
13 *In diſpoſitionibus ad pias cauſas attenditur ius diuinum, vel gentium.*

1 NOn enim eſt veriſimile, &c.] Quod † per diſpoſitionem
l.1.C.de ſacroſanct. Eccleſ. non cenſeatur omnis ſolen-
nitas iuris ciuilis, in teſtamentis ad pias cauſas, ſublata,
contra Bartolum in d.l.1.num.6.& Raphaelem Cuman.conſ.169.
viſo teſtamento.column.1. defendunt *Albericus de Roſat. Baldus,*
Franciſc.Aretin.Cynus, Odofredus, & nouiter Gilkenius nu.4. &
ſeqq.in d.l.1.C.de ſacroſanct.Eccleſ.Boerius deciſ.93.nu.1.& Fran-
ciſc.Mantica de coniectur. vltim.volunt. lib.6. tit.3.num.4. Per-
moti potiſsimum textu *in l.generali lege 13. ibi, quod tamen a-*
lia omni iuris ratione munitum ſit.C.dicto tit. & textu *in l.quan-*
do.35.in princ.C.de inoffic.teſtam. ex qua patet, principem
concedentem liberam teſtandi facultatem, nihil de iuris
diſpoſitione mutaſſe videri. Quibus teſtibus accedit,
quod ratio ab Imp. Conſtantino *in d.l.1.verſ.nihil enim eſt.*
C.de SS.Eccleſ. ſubiecta, generalis ſit, & ad omnium teſta-
menta pertineat. Vnde ſi hæc legis iſtius verba (*ſupremæ*
voluntatis liber ſit ſtylus) à Bartolo adſcriptam ſignificatio-
nem reciperent: illa abſurditas conſequeretur, quod ſo-
lennitas in omni teſtamento ſublata eſſet. Verum quam-
uis hanc in rem plura adminicula afferri poſsint: tamen
2 † ea rectè prætermittuntur: propterea quod iure cano-
nico (cuius deciſioni, ſi de cauſis piis diſceptetur, nedum
in foro eccleſiaſtico, ſed & ſeculari, inhærendum eſt) ali-
ter expreſſe in cauſis piis ſit definitum. *c.relatum 11.de te-*
ſtam.ibique Abbas Panormitan. & Couarruu num.1. Boer. d.de-
ciſ.93.Bald.Salicet. & Caſtrenſ.in d.l.1. C. de ſacroſanct. Eccleſ.
Graſſ.lib.1.recept.ſentent §.teſtamentum.quæſt.18.nu.1.Fernand.
Vaſq.lib.2.de ſucceſſ.creat.§.1.nu 26.limitat.4.
3 *In relictis ad pias cauſas ſufficiunt duo teſtes.*] Quam † ſen-
tentiam probat *d.c.relatum.11.de teſtam.* eamque ſequuntur
ibi *Couarruuias num.2.& Bald.num 14.Boerius d.deciſ.93 num.*
3. Iohan. Dilectus Durantes in tract.de arte teſtand. tit.2.cautel.2.
num.5.Graſſus d.§.teſtam.quæſt. 8.num.2. Vaſquius lib.3.de ſuc-
ceßio.creat.§.21.limitat.4.num.26.& §.21.limitat.12.nu.1.Gil-
kenius in d l.1.C.de ſacroſanct.Eccleſ.num.8.& in l.hac conſultiſ-
ſima.21.num.30.C.de teſtam. Tiraquellus in tract. de priuileg.piæ
4 *cauſæ priuil.1.aliique per hunc citati.* Piæ † autem cauſæ repu-
tantur, ſi quid Eccleſiæ, ſi Scholis, ſi Xenodochiis, ſi pau-
peribus, ſi in redemptionem captiuorũ, &c. relinquitur.
Graſſ.d.§.teſtamentum.qu.17.n.1.Donell.lib. 6.Comment. de iur.
ciu.c.9.in fin.D.Bocer.claſſ.3. diſput.2.theſ.75. edit.2. Reuſner.in
tract.de teſtament part.4 cap.11 num 2 & ſeqq Idemque ſan-
ctum reperitur iure renouato Wirtembergico *part.3.tit.*
6.pag.346. & ſeq.
In teſtamentis ad pias cauſas non requiritur.quod teſtes ſint ro-
5 *gati.*] Pro † qua ſententia hæc præcipue militat ratio:
quod conſtet ex diſpoſitione *dicti c.relatum 11.de teſtament.*
quæſtiones, ratione teſtamenti ad pias cauſas conditi na-
tas, eſſe decidendas, non ſecundum leges, ſed ſecundum
decretorum ſtatuta; id eſt, eſſe exigendas ad merum ius
gentium, vel legem diuinam, *Couarruu iisdem nu.4.Graſſ.*
6 *d.q.18.Gilken.ad d.l.1. num.11.C. de SS. Eccleſ.* Nec † mouet
quicquam in contrarium, quod in caſu *d.cit c.relatum.* o-
porteat teſtes eſſe rogatos, *ibi, teſtibus requiſitis.* Nam non
male negatur, verbum iſtud (*requiſitis*) eſſe accipiendum de
perſona teſtatoris, ſed iudicis: cum teſtes ſponte ſe inge-
rentes ſuſpecti videantur, *argu.l.quæ omnia.25.ff.de procurat.*
Sed vide ea de re, pluribus in vtramque partem relatis au-
ctoritatibus, explanatius diſſertantem Tiraquellum *d.tra.*
de priuileg.piæ cauſ.priuileg.3.
In teſtamento ad pias cauſas mulier poteſt adhiberi.] Adde † 7
plures auctores ita ſentientes, *Didacum Couarruu. in d.c.re-*
latum.11.num. 5.de teſtam. Viglium in § teſtes.6. num.3. Inſtit.de
teſt.ordinand. Villalobos in theſaur.commun.opin.in verb. mulier.
num.144. Decium in l.fœmina.2.n.27.& ſeq.ff de reg.iur.Proſpe-
rum Farinac.in tract.de teſtib.lib.2.tit.6.quæſt.59 nu.70.Mantic.
de coniect.vltim. volunt.tit.3.num.5. Emanuelem Soarez in theſ.
recept.ſent verb.mulieres.nu.260. Ioſephum Maſcard.vol.2.de pro-
bationib.concluſ.763.num.10. Tiraquellum d.tract. de priuileg.piæ
cauſ.priuileg.5. & leg.9.connubial.num.57.& ſeq.quibus in locis
complures, diuerſimode ſentientes, more ſuo cumulat. Qui inter-
pretes hac maxime ratione nituntur: quod † de iure gen- 8
tium fœmina à teſtimonio non repellatur: & in cauſis et-
iam criminalibus admitti ſoleat. *l.ex eo.18. ibiq; Gothofred.ff.*
de teſtib.l.2.ff.de accuſationib.l.in quæſtionibus 8 ff.ad leg.Iul.ma-
ieſt. Anton.Gomez.tom 3 var reſolut.c.12.de probatione delictor.n.
13.Soarez d.verb.mulieres.nu.258.Ilico Vinnius diſp.16.de proceſſ.
iudic.th.4.n.29.Reuſner. in tract.de teſtam.part.3.c.16 num.6.&
ſeqq. Idem ſtatuit Clarus noſter *lib.5 ſent.§.fin. quæſt.24.n.2.*
vbique Baiardus *in ſuis addit.nu.7.& ſeqq.* Eaque de re vbe-
rius diſputat Gilkenius *in d.l. .nu.13.& ſeqq.C.de ſacroſanct.*
Eccleſ.vbi num.15. exponit, an † duæ fœminæ in teſtamento 9
ad pias cauſas ſufficiant.
In relictis ad pias cauſas valet diſpoſitio teſtatoris captatoria.]
Hæc aſſertio † videtur probari poſſe per textum *in l.fidei-* 10
commiſſa libertas.46.in princ.& §.ſed & ſi 2.ff.de fideicommiſſa.
libertat. vbi † libertas, quæ pia cauſa cenſetur, in volunta- 11
tem alterius conferri poteſt, item *per cap.cum tibi.13.ibi, non*
videtur inteſtatus decedere. ext.de teſtam ibique Dd.communiter.
Eamque, poſt memoratos hic interpretes, amplectuntur
Cynus in l.ſenium.3. C.qui teſtam.fac. poſſ.Franciſc. Aretin d.l.1.
col.penult.in 2.priuilegio.C. de ſacroſanct. Eccleſ.Baldus, Angel.&
Imola.in l.illa inſtitutio.32.ff.de hered. inſtituend. Reuſ d. tract de
teſtam.part.2 cap.5.nu.37.Tiraquellus d.tract.de priuileg.piæ cauſ.
priuileg.64.vbi plures Auctores, & ſuffragantes & contradicentes
huic aſſertioni, adducit.
Fauore piæ cauſæ valet teſtamentum nutu conditum.] Hæc o-
pinio † vti communior eſt, ita & verior: propterea quod 12
in diſpoſitionibus ad pias cauſas attenditur, (vt iam ali-
quoties monitum *ſupra nu.1.5.& 8.*) ius diuinum, vel gen-
tium, in quo prohibitio teſtamenti nutu faciendi non re-
peritur. *Ita poſt plures, à ſe citatos, ſentit Tiraquellus d.tract. pri-*
uileg.8. vbi tamen quoſdam limitationes ſubiicit. Eidem
ſententiæ ſubſcribit Petrus Gilkenius, *in d.l.1.num.32.C.*
de ſacroſanct. Eccleſ.

QVÆSTIO VII.

SVMMARIA.

1 *Vtrum teſtamentum imperfectum ad pias cauſas ſuſtineatur, ſi teſtator in ſchedula integre voluntatem ſuam ſcripſerit, & deceſſerit, priuſquam eam coram teſtibus & Notario publicauerit, remißiue.*
2 *Quid iuris, ſi teſtator curauerit ſcribi ſuam voluntatem per alium, eamq; ordinauerit coram duobus teſtibus; & poſtea ipſe accerſiit Notarium, vt de dicta voluntate ſua publicum faceret inſtrumentum, ſed priuſquam id fieret, deceſſerit, remißiue.*
3 *Quid, ſi teſtator cœpto teſtamento, ſed nondum completo, mortuus fuerit remißiue.*

ALiquando † vero teſtator ſcripſit in ſchedula integre volun- 1
tatem ſuam.] De hoc caſu videantur etiam *Alexan.conſ.*
114.num.7.vol.7. Cephalus conſ.99. num.3.Vaſquius in tract.de

successeion. creat. §.22.sub num.6.vers.quid dicendum.& Michael Grassus lib.1.recept.sentent.§.testamentum.quæst.19.num.3. Tiraquellus in tract.de priuileg.piæ causæ priuileg.6. aliique per eum relati.

2 *Aliquando † & tertio, testator fecit vocari duos testes, &c.*] Hoc de casu consulantur *Decius consil.159 Ruinus cons.11.vol.3.Couarruu.in c.relatum.11.num.9.de testa.Ludouic. Zanthus in respons.pro vxore n.191.Anto. Gabriel.commu.conclus.lib.4.concl.9.Grassus d.§.testam quæst.19.n.4.& Gilkenius in l.1.num.17.& seqq.vbi hunc casum latius examinat.*

3 *Aliquando, † & quarto, testator incepit facere testamentum, &c.*] De isto casu inspiciantur quoque, præter allegatos à Claro nostro, *Fernandus Vasquius d.tract.de successiõn. creat.§.22.nu.6.cum seq.& Grassus modo dicta quæst 19.n.2.* vbi infert, si testator iusserit fieri capellam vel templum certo modo & cum veller vltra procedere, decesserit, antequam testamentum perficeret: id testamentũ non valere, etiam quoad illam capellam, quicquid in contrarium, *post Bartolum & Decium hic citatos,* attulerit Didacus Couarru.*d.c.relatum num.10.de testam.Huc referri poterant ea, quæ annotauimus supra quæst.4.num. 4.& seqq.*

QVÆSTIO VIII.

SVMMARIA.

1 *In testamento inter liberos condito sufficiunt duo testes.*
2 *An in isto testamento mulier possit esse testis.*
3 *Nunquid in testamento inter liberos testes debeant esse rogati.*
4 *Et an tale testamentum valeat, si vnus ex filiis in eo sit præteritus.*
5 *In testamento inter liberos filiis omnibus debet aliquid relinqui iure institutionis, remissiue.*
6 *Ecquid in testamento inter liberos subintelligatur clausula codicillaris.*
7 *Et vtrum testamentum inter liberos nutu conditum sustineatur.*

1 IN † *testamento condito inter liberos sufficiunt duo testes.*] Adde ad huius conclusionis confirmationem textum *in l. hac consultissima 21.§.ex imperfecto.1 ibique Bartolum, Alexandrum, Baldum, Angelum, Iasonem, Corneum, Sichardum. Donellum & Gilkenium C.de testam. Didacum Couarruu.in c.relatum.11.nu.4.& 5.ext.eod.Vasquium in tract.de success.creat.§.21.num.58.Franciscum Viuium commun. opin. lib. 1. opin.43. vers. interpretatur quoque &c.Ludouicum Zanthum.in responso seu cons.pro vxore nu.63. Mantic.lib.6.de coniect. vlti.volunt.at.c.2.Gail.lib.2.obs.112.nu.1.Grassum lib.1.recept.sentent.§.testamentum,quæst.11 num.4.Meyrer.in tract.de testamentar.successioni.lib.1 tit.14.nu.8 & Hartmannum Pistoris lib.1.quæst.iur.q 1.n.1.Petrum Gregor. in Syntagm.iur.vniuers.lib.42.c.5.num 5.& Iohannem Dauth. in tract.de testam.tit.de testib.testament.num.430. vbi plures citat.*

2 *In testamento confecto † inter liberos fœmina potest esse testis.*] Adde, quod sufficiat, etiamsi vterque testis sit fœmina; *secundum Baldum in Auth. quod sine.num 2. C de testam. Couarruu.in d.c.relatum.11.num.5, ext.eod.tit. Hartmannum Pistor.d.quæst.1.num.3.Vasquium d.tractat.de success.creat. part.1.lib.3.§.21.num.58. hosque referentem Thadeum Pisonem lib 1.var. resolut. cap.7.num.5. Adde quoq; Farinacium in tract.de testib.q 59. num.68. & seq.*

3 *Debeant esse rogati, &c.*] Quod † in testamento inter liberos testes non debeant necessario esse rogati, tenent etiam, præter hic adductos, *Bald. Salicetus & Fulgosius in d.auth.quod sine C.de testam. Sichardus in d.l. hac consultissima. 21.§.ex imperfecto.num 1.C.eod. Thadeus Piso d. lib.1 var. resolut. cap 7.num.6. Grassus d. §.testam. quæst.11.num 6. & Hartman. Pistor.d.quæst.1.num.2.*

In tali testamento, in quo vnus ex liberis sit præteritus, &c.] Si vnus † ex filiis in ipso testamento sit præteritus, tunc tale 4
testamentum etiam inter liberos conditum, ex vitio præteritionis, nullius momenti esse, hæc euincit ratio, quod dispositio *dicta l.hac consultissima.21.§.ex imperfecto.C.de testament.* non dispenset, nisi in defectu solennitatis probatoriæ, *vt post Clarum nostrum, & alios ab ipso citatos,* docent *Grassus d.§.testamentum. quæst.11.num.9. Mantica d.lib.6.de coniect. vltimar.volunt.tit.2. & Piso dicto c.7.n.39.*

In testamento † inter liberos debet omnibus filiis aliquid relin- 5
qui iure institutionis.] Adde idem sentientes *Didacum Couarruu.in c.Raynutius.16.§.1.nu.2.de testam.Carolum Molineum in addit.ad Alexandr.cons.158.lit.a.vol.5.Gailium d.lib.2.obs.112.num.11.& 12.Hartmannum Pistoris d.quæst.1. num.14. Grassum d.quæst.11.num.10.& Thadeum Pisonem d.c.7.num.40.* Tametsi, *post Iasonem in Auth.nouissima. num.16.C.de inoffic.testam.* contrarium teneat Sichardus *in d.l.21.§.ex imperfecto.num.3.C.de testam. qua de re vberius disputabitur infra ad quæstio.38. num. 8.*

Vnum tamen scias in hoc proposito, &c.] In † testamento 6
imperfecto inter liberos semper intelligitur clausula codicillaris (*vt, si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum*) etiamsi expresse à patre apposita non erit. *Ita tradunt Alexand.cons.176.num.5.vol.5.& cons.103.vol.7.Gail.d.lib.2.obs.112.num.1.Reusner.in tract.de codicill.c.13.num.9.Curt.sen.consil.75.Marian.Socin.cons.144.num.36.vol.2.& Ioseph.Ludouic.decis.2. num.31.* Quinimo & alia magis generalis clausula subintelligitur; videlicet, *vt si non valet, quod ago, vt ago, valeat omni meliori modo, quo valere potest:* vt, post alios, annotarunt *Grassus d.§.testamentum, quæst.11 num.11.& Piso prædicto cap.7.num.42.* Hucq; pertinent, quæ annotaui *ad §.1.num.7.Instit.de codicill.*

Nunquid valeat testamentum inter liberos nutu conditum.]
Quod † testator, qui in extremis positus loquelam amis- 7
sit, nutu & signis inter liberos testari non possit, probari videtur per textum *in l.iubemus.29. vers.si enim talis est testator, &c. C.de testam.* vbi Iustinianus disertè rescripsit: testatorem, qui neque scribere, neque articulatè loqui potest, mortuo similem esse. *Qua de re vide Grassum d.lib.1.recep.sent.§.institutio.qu.17.num.3.Tiraquellum de priuileg.piæ causæ priuil.8.Vasquium in tract.de success.creat.§.22.nu.15.& Thadeum Pisonem d.lib.1.var.resol.c.7.nu.38.*

QVÆSTIO IX.

SVMMARIA.

1 *An & quatenus testamentum ratione voluntatis inter liberos subsistat, tribus casibus explicatur.*
2 *Primus casus est, si testator illud iam cœptum plene perficere non potuit.*
3 *Secundus est, si testator aliquid dicendum in aliud tempus reseruauit.*
4 *Tertius, si testator fecit scribi suam voluntatem, & iussit vocari plures testes, & antequam venirent, decessit.*

S*I sit imperfectum ratione voluntatis, non sustinetur.*] Pro euidentiori resolutione huius quæstionis (qua discetitur, an & quatenus † testamentum ratione voluntatis inter liberos valeat) tres præcipuè considerandi veniunt
casus. *Primus* † *est*: quando constat perspicue de imperfe- 2
ctione voluntatis: vt quia testator incepit inter liberos testari, & aliqua disposuit, puta institutionẽ, vel legata quædam, & dum circa alia versaretur, antequam perfecte cõpleret testamentum, mortuus est, sensumve amisit, vel loquelam. Hoc casu dubium non est vllum, quin talis dispositio non valeat, *per textum apertum in l.si is, qui testamentum.25.ff.qui testam.fac.poss.* Et hanc esse communem opinionem, *præter Doctores hic num.2.à Claro nostro allegatos,* testantur

ſtantur *Fernandus Vaſquius in tract. de ſucceſſion. creat. §. 21. nu. 67. & de ſucceſſion. progreſſ. § 30. num. 44. verſ. quid, ſi teſtamentum, &c. Boerius deciſ. 240. Franciſc. Viuius commun. opin. lib. 1. opin. 339. Gail. lib. 2. obſeruat. 112. num. 14. Michael Graſſus lib. 1. recept. ſentent. §. teſtamentum, quæſt. 12 num. 2. Thadeus Piſo lib. 1. var. reſolut. cap. 7. num. 36. Mynſinger. cent. 5. obſ. 28. num. 4. Fachineus lib. 4. controverſ. iur. c. 4. in princ. & Gilkenium ad l. hac conſultiſſima. 21. § ex imperfecto. num. 27. C. de teſtam.* Secundus
3 caſus eſt: quando † teſtator in ipſo teſtandi actu aliquid amplius non erat dicturus: ſed dixit omnia, quæ tunc voluit, iſtum actum pro abſoluto habens: Veruntamen reſeruauit quippiam dicendum in aliud tempus: vt ſi dixit, ſe velle poſtea conditiones adijcere, vel deliberare, an cõſanguineis aliquid relinquere vellet. Hoc caſu reſeruatio iſthæc non arguit voluntatis imperfectionem, nec efficit, quin teſtamentum ſuſtineatur. Ita, *poſt Aretinum in l. ſi teſtamentum. 8. C. de inſtit. & ſubſtitut. & Ludouicum Zunt in reſponſ. pro vxore num. 302.* ſentiunt *Graſſus d. quæſt. 12. num 4 &*
4 *Piſo d. cap. 7. num. 37.* Tertius caſus eſt: quando † teſtator fecit ſcribi ſuam voluntatẽ, eamq; ordinauit coram duobus teſtibus, & iuſſit vocari Notarium, & plures teſtes, vt eo ea eſſent rogati, & antequam venirent, deceſſit. Hoc caſu licet quidam exiſtiment, tale teſtamentum ratione voluntatis imperfectum & inualidum eſſe, *Oldradus conſil. 319. Iaſon conſ. 155 vol. 4. Ruinus conſ. 11. col. 4. volu. 3. & alij*, contrarium tamen (quod videlicet tale teſtamentum non dicatur imperfectum ratione voluntatis, ſed ſolennitatis tantum, & conſequenter talis ordinatio habeat vim teſtamenti inter liberos) probabilius & receptius putatur. Siquidem cenſetur teſtator voluiſſe, vt de voluntate ſua publicum conficeretur teſtamentum, adhibitis teſtibus & Notario, ad faciliorem potius probationem, quam quod voluerit ſe reſtringere ad certum modum teſtandi in ſcriptis. *Alex. in d. l. hac conſultiſſima 21. §. ex imperfecto. num. 4. C. de teſtam. Boer. d. deciſ. 240. Vaſq. d. tract. de ſucceſſio. progreſſ. §. 30. nu. 44. verſ. quid, ſi teſtamentum, &c. Graſſus d. § teſtamentum, q. 12. nu. 6. & Thadeus Piſo d. lib. 1. var. reſolu. c. 7. nu. 37. Qui duos & alios caſus recenſent.*

QVÆSTIO X.

SVMMARIA.

1 *An teſtamentum imperfectum inter liberos ſuſtineatur etiam in fauorem extraneorum, remiſſiue.*
2 *Et quid, ſi vni ex filiis teſtator ſubſtituat aliquem extraneum, remiſſiue.*
3 *[illegible] pater filio poſſit dare tutorem extraneum, remiſſiue.*
4 *[illegible] in teſtamento minus ſolenni a patre vel matre datus, [illegible]modo confirmetur.*
5 *[illegible] diuerſitatis inter dationem tutelæ à patre & matre factam.*
6 *Mater non tam prouide, ac pater, liberis ſuis conſulere poteſt.*

1 S[illegible] *habetur pro non appoſito.*] Quod illud, quod † in teſtamento imperfecto inter liberos extraneis relictum eſt pro non appoſito, ſiue nullo habeatur, & filiis accreſcat, tradunt *Fernandus Vaſquius in trac. de [illegible] creat. §. 24. nu 118. Michael Graſſus li[illegible] receptar. [illegible] § teſtamentum, quæſt. 14. num. 1. Thadeus Piſo lib. 1. var. reſolut. cap. [illegible] num. 33. & Petrus Gilkenius ad l. hac conſultiſſima. 21. §. ex imperfecto. num. 25. C. de teſtam.*
2 *Si illis ſubſtituat aliquem extraneum, non ſuſtinetur.*] Adde † de hac concluſione varias ſententias explicantem Michaelem Graſſum *d. quæſt. 14. nu. 2.* Adde quoq; Sichardum *in d. l. 21. § ex imperfecto nu. 8. C. de teſtam.*
3 *Non tamen poterit † pater dare filiis tutorem extraneum.*] Hanc diſtinctionem (quia ſcilicet ex liberis [illegible] extraneo, vt illic tutelæ datio valeat, hic non item) probant etiam *Cynus num. 1. Baldus num. 9. Angel. circa finem. Caſtrenſ. num. 5. Fulgoſ. num. 2. Salicet. nu. 6. Iaſon num. 18. & Donellus num. 5. in d. l. hac conſultiſſima. 21. §. ex imperfecto. C. de teſtament.* quamuis eandem diſtinctionem reſpuat Gilkenius *ibidem num. 10.*

Tutor datus à patre debeat poſtea per iudicem in tutorem confirmari.] Hic addendum, quod tutor in teſtamento mi- 4
nus ſolenni à patre datus, à prætore ſeu Magiſtratu confirmetur omnimodo ſiue abſolute, id eſt, ſine vlla morum, probitatis, facultatum inquiſitione: à matre autem datus non confirmetur, niſi cum inquiſitione. *l. pater 4. ff. de teſtament. tutel. l. 1. C. de confirmand. tutor. l. 2. 3. 5. 8. & duabus ſeqq. ff. eod.* Ratio diuerſitatis eſt: quia † patris re- 5
uerentiæ & recto iudicio de filii commodis hoc tributum eſt; vt quem filio impuberi tutorem ſuprema voluntate, non vt lege præcipiebatur, dederit; puta non iuſto teſtamento, aut codicillis, aut non, quomodo dari oportet: is tutor omnimodo confirmari debeat; perinde ac ſi ex teſtamento ſolenni datus eſſet. *d. l. 3. ff. de confirm. tutor.* Mater autem, propter ſexus & iudicii imbecillitatem fragilita- 6
temq; non tam prouide conſulere liberis poteſt in tutore deligendo, quam pater. *l. 2 §. 2. ff. ad ſenatuſconſult. Vellean. l. ſi mulier. 22. C. eod. & l. ſi pater. 4 in fine. C. de ſponſalibus.* Verum de tutorum confirmatione copioſius diſſerui *in §. ſed & ſi emancipato. 5. Inſt. de tutelis.*

QVÆSTIO XI.

SVMMARIA.

1 *Qui Auctores teneant, teſtamentum imperfectum inter liberos non valere niſi ſit in ſcriptis confectum.*
2 *Referuntur Auctores, exiſtimantes, teſtamentum imperfectum inter liberos, etiam nuncupatiuum, ſuſtineri.*

M*Vlti tenuerũt.*] Inter † quos reperiuntur *Martinus antiquus Gloſſator. Fulgoſius, num. 2. Salicetus, Cynus, Albericus de Roſate, & nouiſſime iſtos referens, Petrus Gilkenius, nu. 3. in l. hac conſultiſſima. 21. §. ex imperfecto. C. de teſtam.* 1

Sed tamen in practica tenenda eſt contraria opinio.] Quod, ſicut † valet teſtamentum inter liberos in ſcriptis, licet ſit 2
imperfectum ratione ſolennitatis, ita etiam ſuſtineatur, ſi nuncupatiue conditum ſit, *poſt Auctores hic à Claro recitatos*, tradunt *Fernandus Vaſquius in tract. de ſucceſ. progreſſ. §. 30. num 44. Ludouicus Zuntius in reſponſ. pro vxore, num. 62. Michael Graſſus lib. 1. recept. ſentent. §. teſtamentum. quæſt. 11. num. 3. Andreas Gail. lib. 2. obſeru. 112. num. 4. Hartmannus Piſtor. lib. 1. quæſt. 1. numer. 1. & Thadeus Piſo lib. 1. variar. reſolut. capit. 7. num. 3.*

QVÆSTIO XII.

SVMMARIA.

1 *Ecquid teſtamentum imperfectum ſubſiſtat etiam inter liberos naturales tantum.*
2 *Appellatione filij qui intelligantur.*
3 *Mens & ſententia l. vlt. C. de confirmando tutor.*
4 *Intellectus l. parentes. 6. ff. de in ius voc[ando].*
5 *Filiis naturalibus alimenta tantum debentur.*
6 *Senſus l. ex facto 17. §. 4. ff. ad SC. Trebelian.*
7 *Dubia filii naturalis ſignificatio.*
9 *An mater inter liberos naturales teſtamentum minus ſolenne condere poſſit, remiſſiue.*

D Num

9 *Num testamentum imperfectum sustineatur inter liberos legitimatos.*
10 *Matrimonium purgat omnem praecedentem maculam.*
11 *Liberi naturales, imperiali rescripto legitimati, quibus iuribus & commodis fruantur.*
12 *[illegible] ... l.vlt. C. de his qui veniam aetat. impetrant.*
13 *... testamentum minus solenne ... inter liberos, à successione per statutum siue pactum exclusos, ...*
14 *... idem testamentum valeat inter liberos, primum successionis locum non tenentes, ...*
15 *Et an testamentum imperfectum sustineatur, si filiusfamilias inter parentes testetur, ...*

1 Inter liberos naturales tantum.] ... pronunciatio liberorum generalis videtur. l. liberorum. 120. ff. de verb. signif. ac proinde nonnulli existimant, patrem etiam inter liberos naturales tantum, siue spurios, testamentum sine solennitatibus, aliòqui requisitis, condere posse, Specul. at. tit. de instrum. edit. §. compendiosè vers. quid, si pater naturalis, &c. Roman. consil. 179. amplissimè Doctor. num. 16. Castren. in l. hac consultissima. 2. ... ex imperfecto. num. 6. C. de testament. & Salicet. in l. fin. C. famil. erc. Contraria tamen
2 sententia longè probabilior & receptior est. Cum † enim appellatione filij intelligantur ij, qui ex iustis nuptiis sunt procreati leg. filium. 6. ff. de his, qui sui vel alieni iur. sunt. idem quoque in dubio intelligi debet in pronuntiatione liberorum, vt post Doctores hic à Claro memoratos, sentiunt Angelus, Alexand. Iason, Curtius Iunior num. 16. Sichardus num. 4. & Gilkenius num. 28. in d. l. 21. §. ex imperfecto. Cod. de testam. Vasquius in tract. de successiôn. progress. lib. 3. §. 21. limit. 7. num. 53. Gail. lib. 2. obseru. 112. num. 14. Graffius lib. 1. recept. sent. §. testamentum, q. 15. n. 1. Hartman. Pistor. lib. 1. quaest. 1. num. 19. Fachineus lib. 4. controuers. iur. cap. 3. Reusner. in tract. de testam. part. 4. c. 6. num. 5. cum seqq. & Thadeus Piso lib. 1. var. resolut. cap. 7. num. 44.
3 Hanc conclusionem non † infringit l. vlt. C. de confirmando tutor. vbi Iustinianus rescripsit, patrem posse naturalibus liberis quocunque modo, & consequenter etiam ex testamento minus perfecto & solenni, relinquere. Nam verba illa (quocunque modo eis dederint, vel reliquerint) non eum habent sensum, vt parenti liceat quoquo modo, etiam legis forma neglecta, filiis naturalibus testamento relinquere: sed ita accipienda sunt: quocunque modo, id est, siue dederint, siue reliquerint per modum donationis, siue donationis causa mortis, siue per codicillos, siue denique per testamentum: [illegible] tamen legitimus numerus testium in cōficiendo testamento [illegible] adhibeatur.
4 Similiter † con lusionem istam non euertit parentes. C. ff. de in ius vocand. ... respondetur, parentes naturales in ius vocare neminem posse: eo quod [illegible] omnibus parentibus reuerentia sit seruanda. Lex enim illa de reuerentia naturali, quae omnibus omnino debetur parentibus, ex-
5 audienda est. Quod † cum nostra conclusione nullam affinitatem habet. Siquidem filius naturalis [illegible] hereditas non debetur. l. ... num. 8. ... de nat. ... sed alimenta tantum. ... et ... d. l. t.
6 Pr[illegible] ... conclusionem nostram l. ex facto. 17 ... vlt. ... tam. vbi conditio, ... vide ... ilium ... naturalis filii ... designantur, ... etiam ... legitimi ... habent: cum ... lex ... non ... nupt. sed solo ... naturales appellari, de quibus: ... 10. Instit. de nupt. & l. adoptiuus. ... ff. de in ius nupt. Atque hoc in significatu accipiendae sunt d. l. ex facto. 17. §. 4. ff. ad SC. Trebel. l. Lucius Titius ff. §. Dama. 12. ff. de lega. 2. & similes. Quemadmodum accuratius declarant Franciscus Connanus lib. 10. Commentar. iur. c. 1. n. 6. Couarruu. lib. 1. Miscella. cap. 7. n. 8. & Gilkenius in l. generaliter. 6. §. cum autem num. 17. C. de institutionib. & substitutionib.

Sed quid in matre.] Matrem † inter liberos naturales perinde, ac inter legitimos testamentum absq; solennitatib⁹ condere posse, defendunt, post Doctores hic citatos, Michael Graffius praedicto §. testamentum, quaest. 15. num. 2. Gail. d. lib. 2. obs. 112. num. 20. & Thadeus Piso d. lib. 1. var. resolut. cap. 7. nu. 35. & Hartmannus Pistor. d. q. 1. n. 20. 8

Sed quid in legitimatis.] De † liberis naturalibus, per subsequens matrimonium legitimatis, non dubitatur, qui inter eos pater testamentum sine solennitatibus conficere possit: quoniam matrimonium omnem maculam praecedentem purgat & abstergit. a. tanta est vis 6. qui filii sint legitim. Caeterum † de legitimatis per rescriptum Principis controuertitur; an idem statuendum sit circa testamentum imperfectum, quod inter liberos ex iusto matrimonio procreatos constitutum est? Et statuendum esse, haec suadet ratio: quod † liberi naturales, qui Imperiali rescripto legitimi efficiuntur, iisdem iuribus & commodis frui debeant, quibus fruuntur caeteri, ex legitimo matrimonio progeniti. Nouell. 89. c. 9. §. si igitur licentia, &c. Nec obstat textus in † l. vlt. C. de his, qui veniam aetatis impetrauerunt, vbi Iustinianus in haec verba rescripsit: Si quis aliquid dari vel fieri voluerit, & legitimae aetatis fecerit mentionem, vel si se absolutè dixerit perfecta aetate: illam tantummodo aetatem intellectam esse videri volumus, quae & vigintiquinq; annorum curriculis completur, non quae ab imperiali beneficio suppletur. Haec namq; difficilia & diuersa sunt: quia minorem annis vigintiquinque Princeps facere maiorem nequit: at eum, qui legitimus non est, legitimum efficere potest. Ita docent Baldus in c. de causis. 4. n. 34. de offic. & potest. iudic. delegat. Iason in d. l. hac consultissima. 21. § ex imperfecto. nu. 3. C. de testam. Gail. d. lib. 2. obs. 112. nu. 21. & 22. Thadeus Piso d. lib. 1. var. resol. c. 7. nu. 25. & Fachineus d. lib. 4. controuers. iur. c. 3. vers. sic a. iterum si filii naturales, &c. 9 10 11 12

Qui per statutum essent exclusi à successione intestati.] Quod † testamentum imperfectum seu minus solenne sustineatur etiam inter liberos, qui aliòquin ab intestato ex peculiari statuti dispositione, vel proprio pacto non succederent, tradunt Curtius Iunior & Alexander in d. l. 21 §. ex imperfecto. C. de test. Vasqu. in tract. de success. creat. §. 21. n. 52. Cephalus cons. 99. in fin. Hiero. Zanchus in l. heredes mei. 37. §. cum ita. n. 1196. ff. ad SC. Trebellia. Ludouic. Zucth in cons. pro vxore n. 958. Graffius d. §. testamentum. quaest. 15. num. 4. Piso d. cap. 7. num. 24. & Hartm. Pistor d. quaest. 1. num. 17. 13

Inter filios non primi, sed vlterioris gradus.] Quod † testamentum minus solenne etiam inter liberos, qui primum successionis locum non tenent, valeat, contra alios plurimos tuetur Natta cons. 428. tom. 2. Hartm. Pistor. d. quaest. 1. nu. 16. & Thadeus Piso d. cap. 7. num 23. 14

Testetur inter parentes.] Testamentum [illegible] sine minus solenne non valere, si filius [illegible] parentes testetur, tenent quoque praeter [illegible] nand. Vasq. d. tract. de success. ... limitat. ... nu. 61. & ... tessaro. 41. §. 1. nu. 45. Graffius d. [illegible] testamentum, quaest. 15. nu. 6. ... d. lib. 2. obs. 112. nu. 26. Roder. ... Suarez in L. quoniam in ... 32. in vlt. amplia. C. de inoffic. test. Piso d. lib. 1. cap. 7. nu. 43. Hartm. Pistor. d. quaest. 1. nu. 18. & ... bardus in d. l. hac consultissima. 21. §. ex imp. [illegible] nu. 5. C. de testam. 15

QVAESTIO XIII.

SVMMARIA.

1 *Quomodo ex testamento imperfecto inter liberos succedatur.*
2 *In isto testamento pater pupillariter substituere, tutoremque constituere potest.*

Dicitur

Dicitur succedi ex testamento, non autem ab intestato.] Quod † in omnibus illis casibus, quibus minus so-
1 lennis patris dispositio inter liberos vim testamenti habere dicitur, non ab intestato, sed magis ex ipso testamento succedatur: atque adeo omnia, quæ de solenni testamento disposita reperiuntur, etiam hoc in testamento
2 locũ sibi vindicent; ita † vt in eo pater pupillariter substituere & exheredare, itemque tutorem constituere possit, tenent, post Clarum nostrum, & ab eo allegatos. *Alexander in l.hac consultissim.a.21.§.ex imperfecto num.2. C.de testam. Decius consil. 610. num.3. Emanuel à Costa in l.Gallus. 29.§.& quid, si tantum, 5.num.41.part.1.ff.de liber.& posthum.heredib.instit. Fernand.Vasq.in tract.de success.creat.§. 21.num. 47.cum seq. Ludouic.Zuntbus in respons.pro vxore.num.48. Michael Grassus lib.1.recept.sentent.§.testamentum.quæst.11.num.2.Hartman.Pistoris lib.1.quæst.1.num.22.& Thadeus Piso lib.1.var.resolut.cap.7. num. 21.*

QVÆSTIO XIV.

SVMMARIA.

1 *Parentis schedula, manu ipsius conscripta, valet inter liberos in vim testamenti.*
2 *Sententia l.vlt.C.famil.erciscund.*
3 *Voluntas patris inter liberos ex imperfecto testamento generaliter sustinetur.*
4 *Explicatio Nouell.107.cap.1.*
5 *Filij semper obseruare debent voluntatem parentum.*
6 *In testamentis, & codicillis, & nuda voluntate, quot requirantur testes.*
7 *Testamentum vnde deriuetur.*
8 *Mens testatoris in testamentis dominatur.*
9 *Scriptura priuata regulariter non requirit diei designationem.*
10 *Aliud in scheda siue testamento inter liberos condito obtinet.*
11 *Nota quatenus in testamentis tolerentur.*
12 *An testamentum, à patre saltem subscriptum, inter liberos valeat.*
13 *Nunquid Schedula, in arca patris reperta, non tamen eius manuscripta, in vim testamenti valeat, remissiue.*
14 *Et quid, si schedula ista ab ipsis filiis sit subscripta.*
15 *Et quid, si schedula testamenti reperiatur in libro Notarij.*
16 *An & quatenus pater liberos suos ex inæqualibus partibus heredes scribere possit, varia opiniones.*
17 *Prima opinio.*
18 *Secunda opinio.*
19 *Tertia opinio.*
20 *Confirmatio huius posterioris opinionis.*
21 *Consideratio l.filia.16. & d.l.vlt.C.famil.ercisc.*
22 *Quatenus parenti permissa sit illibata diuisio inter liberos.*
23 *Interpretatio d.l.vlt.in princ.C.famil.ercisc.*
24 *An & quatenus æqualitas inter liberos seruanda.*

1 *Talis schedula valet, &c.*] Parentis † schedulam, manu ipsius conscriptam, absque vllis testibus, inter liberos validi testamenti loco subsistere (contra Salicetum in *l.hac consultissima.21.§.ex imperfecto.C.de testam.* Alexandrum *cons.76. num.12.lib.3.* & Cuiacium *in suis consultationib. consultat.1. & Nouell.107.*) tenent Doctores communiter, Bartol.*in s.l.n.qui testamentum 25.num.4.ff.qui testam.fac.poss. Bald.Corneus, Fulgos.Castrens.Natta, Iason & Sochardus in Auth. quod sine.C.de testament. Guil.Benedict.in c.Raynutius.16.in verb. testamentum. num.85.de testament. Menochius lib.4. præsumpt. 7.num.5.Grassus lib.1.recept.sent.§. testamentum.quæst.16.num. 2.Zasius consil.1.volum.1.Gail.lib.2.obs.112.num 7.Hartman. Pistor.lib.1.quæst.1.num.4.Reusnerus in tractat.de testament.part.4. cap.3.num.18.Fachineus lib.4.controuers.iur.cap.1.Schurffius cent. 2.consil.28. Elbertus Leoninus cons.98.num.4.Bronchorst.cent.2. miscellan.controuers.assert.10.Speckhan.cent.1.quæst.48.Thadeus Piso lib.1.var.resolut.cap.7 num. 7.Barbat.consil.58.lib.4.Boerius decis.240.Arumæus Exercitat. Iustin.7.th.12. & Gilkenius in d.l. hac consultissima.21. §.ex imperfecto.num.15.Cod.de testament.*

Hæcque receptissima † opinio nititur primum textu in *l. vlt.C.famil.erciscund.* vbi Constantinus Imperator sanciuit, 2
quod quælibet dispositio patris de hereditate sua valeat inter liberos, *etiamsi solennitate legum huiusmodi dispositio fuerit destituta.* Quę posteriora verba omnem solennitatem, & consequenter etiam testium adhibendorum, complectuntur. Accedit deinde textus in *d.l.hac consultissima.21. §.ex imperfecto 1.C.de testam.* vbi Impp. Theodosius & Valent. generaliter constituerunt, ex † imperfecto testamen- 3
to valere voluntatem patris inter solos liberos. Præter- 4
ea † probatur hæc sententia *per Nouell.107.cap.1.* vbi Iustinianus; *Volumus.* inquit, *vt si quis literas sciens, inter suos filios voluerit facere dispositionem, primum quidem eius subscriptione tempus declaret: deinde quoque filiorum nomina propria manu: ad hoc vncias, in quibus scripsit eos heredes, &c.* Et paulo post: *Si tamen aut vxori, aut extraneis personis aliquibus voluerit relinquere legata, aut fideicommissa, aut libertates; & hæc propria scripta manu, dictaque à testatoribus, coram testibus, quoniam omnia consequenter in dispositione posita ipsi & scripserunt, & volunt valere, sint firma, &c.* Quibus ex verbis intelligere promptum est: Iustinianum Imp. illud velle, vt testamentum inter liberos conscriptum absque testium adminiculo, seruandum sit, si modo pater formam præscriptam obseruauerit: nisi aliquid vxori, vel extraneis legauerit: tunc enim testes adhibendi sint. Hanc denique conclusionem manifesta confirmat ratio: tum quia æquitati consenta- 5
neum est, vt † filii obseruent parentum voluntatem, tametsi omni solennitate careat: cum ipsa veritas sola inter eos spectari debeat. Tum quia frustra hic requiritur testium præsentia: cum talem fuisse parentum dispositionem, satis constet, docente Menochio *d.lib.4.præsumpt.7. num.5.ad finem.*

Huic decisioni non aduersatur, quod † nec codicillus, 6
nec testamentum dici possit ea voluntas, cui desint testes: cum in testamentis exigantur septem testes, in codicillis quinque. *d.l.hac consultissima.21.in princ.l.cum antiquitas.28. §.vltim.l.nostram.30 C.de testam.l.vlt. C.de codicill.* & in testamento rusticorum quinque. *l.fi.C.de testam.* & in nuda voluntate tres testes requirantur. *l.sancimus.27.C.eod.tit.* Etsi enim ista voluntas parentis inter liberos testibus destituta, non habet formam solennis testamenti aut codicillorum: valet tamen & sustinetur, vt testamentum imperfectum, seu minus solenne, & qualiscunque ordinatio bonorum patris inter liberos: ac proinde ex illo non ab intestato, sed ex testamento succeditur, non secus, atque ex alio solenni & omnibus numeris absoluto testamento. Satis etenim dicitur testamentum, ex quo lex illud approbat pro testamento, supplendo defectus solennitatum, *vt loquitur Clarus noster in quæstione præcedente, circa finem, & Thadeus Piso d.lib.1.var.resol.c.7.n.21.*

Non item refragatur, quod † ea voluntas, quæ testibus 7
nullis munita est, testamentum dici non possit: cum nominis testamenti substantia à testibus deduci videatur. *Etenim* testamentum non tam à testibus, quam à testatione, id est, declaratione mentis deriuatur. Mens † siqui- 8
dem testatoris præcipue in testamentis dominatur: & ex voluntate testatoris omnia pendent, quæ in testamento disposita sunt. *l. in conditionibus. 9. in princip. ff.de conditionib.& demonstrat. & expositam supra ad quæst.1. num. 1.& 2.*

In huiusmodi schedula apposita sit dies] Etsi † scriptura pri- 9
uata ad sui firmitatem regulariter non requirit diei designationem. *l.cum tabernam.34.§.1.ff.de pignorib. & hypothec.*

tamen

tamen † in scheda siue testamento inter liberos à parente condito non solum annis sed etiam diei mentio necessario facienda est. *d. Nouell.107.c.1.& d. Auth.quod sine.C.de testament.* Ratio illa assignari potest: quod si diuersæ schedulæ deprehenderetur, sciri non possit, quæ scheda vltimo exarata fuisset, si forte vna cum alia pugnaret: cum nouissima scriptura prævalere soleat. *l.si quis in principio. 22.ff.de legat.3.Gilkenius num.2. & Sichardus num.5.in d. Auth. quod sine.C.de testament. Thadeus Piso d.lib.1.var.resolut.cap.7. num. 11.*

11 *Pater omnia extense scripserit.*] Quamuis † notæ in aliorum testamentis non repudientur. *l. Lucius Titius. 40.in princ.ff.de testam.milit.n.l.quotiens.9.§.sed & si quis 4.ff. de heredib.instituend.* in testamento tamen inter liberos requiritur, vt vnciæ siue summa pecuniæ non per numeros, qui facilè mutari possent, sed per conuenientem literarum seriem exprimatur. *Idq; fusius explicant Piso d.c.7.nu 11.cum seq. Ludou.Zunthus cons.pro vxore num.52.& seq.Grassus d.§.testam. quæst.16.nu.3.Gilkenius num.1.& Sichardus n.4.in d.Auth.quod sine.C.de testam.*

12 *Schedula non sit à patre, sed ab alio scripta.*]Si † testamentum non ab ipso patre, sed ab alio conscriptum sit, à patre tamen specialiter subscriptum, adhuc inter liberos vigorem suum obtinet, *arg. Nouell.18.cap.7.& inde desumpta Auth. si modo.C.familiæ erciscund.* eo quod paria sunt, manu propria scribere testamentum, vel ei manu alterius scripto subscribere, *argum.principii, vers. in in autem, &c. Institut.de empt.& vendit.l.sicut 8.§.non videtur.15.ff.quib.mod.pig.vel hypoth.soluit.l.2.§.1.ibi, subscriptionem.ff. de constitutionib. princip. l.si ita stipulatus.126 §.Chrysogonus. ibique Iason.ff.de verb.obligat.* Atque ita, *post Clarum & Giachariam hic, aliosque ab his relatos,* sentiunt *Andreas Gail.d.lib.2.obs.112.num.8. Menochius d.lib.4.præsumpt.7.num.6.Grassus d.quæst. 16.num.5.Piso d.cap. 7.num.9.& 10.Hartm. Pistoris d.quæst.1. numer.7.& Nicolaus Reusner.d.tract.de testam part.4.cap.4.num.14.* Tametsi aliud placeat Gilkenio *in d.l. hac consultissima.21.§.ex imperfecto.n. 19.C.de testam.*& Meyrero *in tract.de testamentar.successionib. lib.1.tit.15.num.10.& seqq.*

13 *Reperiatur in arca patris schedula.*] Quod † schedula, in arca patris reperta, continens voluntatem patris, nec tamen eius manuscripta, vel subscripta, nullas prorsus vires habeat, tenet etiam Michael Grassus *d §.testamentum, qu. 16.num.9.*

14 *Sit subscripta ab ipsis filiis.*] Si reperiatur † schedula, quæ à parente nec scripta, neque subscripta sit, dum tamen à filiis sit subscripta, omnino valet, non quidem vt testamentum, sed vt contractus ex conuentione ipsorum filiorum: & ideo etiamsi talis dispositio careat solennitate *dicta Auth.quod sine.C.de testam.* vtpura anni, vel diei; nihilominus tamen tenet & subsistit, *per notata Thadei Pisonis d.li. 1.var.resolut.c.7.nu.45.Grassi d.quæst.19.n.4.& Ludouici Zunthi d.cons.pro vxore nu.53.& seq.*

15 *Si reperiatur in libro Notarii schedula testamenti.*] Quod † schedula testamenti, in libro Notarii reperta, quæ nec scripta, neque subscripta sit à testatore, neque etiam in ea sit scriptum, talem schedulam lectam fuisse coram testibus, inter liberos non sustineatur, tenet quoq; Thadeus Piso *d.c.7.num.19.*

Etiamsi filii in ipsa schedula non sint æqualiter instituti.] Circa hanc quæstionem (qua controuertitur, an † pater iure
16 singulari testando, liberos suos ex disparibus partibus heredes scribere possit) tres diuersæ Doctorum occurrunt opiniones. Sunt † enim, qui autumant, non aliter pa-
17 trem inter liberos, prætermissis solennitatibus, testari posse, quam si æqualitatem inter liberos seruet, *Romanus cons.179 incip.amplissime Doctor num.16.& cons.385.num.5.allegans Speculatorem in tit.de instrum.edit.§ compendio, e.vers.quid si pater.num.29 Barbat. cons.32.scribitur præclare.num.6.volu.1. Decius cons.105.incip.& pro tenui num.6.Crot. cons.121.num.12. Marian.Socinus cons.147.num.32.volum.2. Tiraquell.de iure primogenitor.quæst.4.num.4.& alii, ab his citati.* Rufus † non 18
desunt, qui adstruunt, testamentum paternum inter liberos subsistere, si pater non magnam & iniuriosam, sed paruam siue modicam inæqualitatem inter liberos obseruauerit. *Curtius Iunior & Iason in d. l.hac consultissima. 21.§.ex imperfecto.num.2.C.de testament. Molineus in addit.ad Alexand. cons.188.vol.5.Couarru.in c.Raynutius.16.§. 1.num.3.de testam. Anton.Gabriel.conclus.6.num.5. Meyrer.in tract. de testamentar. successionib. lib.1. tit.14.num.10.& 25.cum seqq. vbi plures allegat.* Et hanc opinionem sequitur hic Clarus noster *num. 8 in fine.* Denique † plures existimant: patrem iure sin- 19
gulari testando, liberos suos ex disparibus portionibus heredes instituere posse, siue disparitas illa & inæqualitas parua fuerit, siue magna. *Baldus in l.filii 16.num.5.C.famil. ercisc.Salicetus ibidem num.4.Paulus de Castro, Cornous & Rainald.in d.l.21.§.ex imperfecto.C.de testam. Alexand.cons.146.viso themate.num.15.volum.2.Boerius decis.240.num.10.Marianus Socin. sibi contrarius consil.24.vol.3.& 189.num.87.vol.2.Guilielm.Benedict.in d.c.Raynutium.in verb.testamentum.1.num.72. de testam.Natta cons 621.non ambigitur.vol.3.Vasquius in tract. de successionum creat. lib.3.§.21.num.67.Gail.d. lib. 2.obseruat.112. num.23.Francisc.Mantic.de coniectur.vltim.voluntat.lib.6.tit.2. num.12.Grassus d.§.testamentum.quæst.11.num.8.Hartm.Pistor. prædicta quæst.1.num.11.D.Collega Bocer.class.3.disp 2.th.70.edi. 2.Fachineus lib.4 controuers.iur.c.2. Gilkenius in d.l.21.§ ex imperfecto.num.23.cum seq.C.de testam.Reusner.in tract.de testam. part.4.c.5.num.3.cum seqq.& Thadeus Piso lib.1. var.resolut.cap. 7.num.16.& seq.* Atque secundum hanc vt receptiorem, ita & veriorem sententiam consuluit Collegium inclytum Facultatis iuridicæ Tubingensis, *25.Januar. Anno 1613.* Eandemq; confirmasse videtur ius renouatum Wirtembergicum *lib.3 tit.5.pag. 342.§.* **Es soll aber/ꝛc.** *in fin.& pag. 343.§.* **sonsten stehet/ꝛc.** Comprobatur hæc conclusio pri-
mum † textu *d.l.hac consultissima.21.§ ex imperfecto.1.C.de te-* 20
stam. vbi generaliter dicitur, ex imperfecto testamento voluntatem inter liberos valere: nec distinguitur, vtrum æqualiter, vel inæqualiter heredes instituti fuerint. Ergo nec nos distinguere debemus *l.3.in fin.ff.de offic.præsid l.1.§. 4.ff.de offic.præfect.vrbi.l.de precio.8.ff.de public. in rem act.* Se-
cundo † confirmatur isthæc opinio argumento *dicta l.filii* 21
16.& d.l.fin. C.famil.erciisc. vbi rescribitur, seruato senatusconsulti auxilio, defuncti voluntatem inter liberos custodiendam esse. Si locus senatusconsulti, scilicet Trebelliani, auxilio esse debet: vtique fieri potest, vt alter filiorum onere fideicommissi prægrauetur, ac proinde quartam ex Trebelliano deducere possit: ex quo maximam oriri inæqualitatem posse, nemo non intelligit. Tertio
hanc decisionem corroborat † textus *in l.parentibus.8.C.* 22
de inofficioso testam.l.si filia.20.§.si pater.32.& l.ex parte.39.ff. familiæ erciisc.l.quoties.10.& l.si cogitationes 21. C.eod. & l.cum pater.77.§.emictu. 8.ff.de legat.2. in quibus legibus parenti permissa est illibata diuisio, modo filios legitima portione non defraudet. Quarto accedit textus *in præallegata Nouell.107.c.1.* vbi Iustinianus iubet parentes designationem vnciarum facere, sicque cuiq; liberorum suam portionem assignare. Quod sane absurdum iudicari posset, si liberi æqualiter instituendi essent. Postremo pro eadem conclusione facit, quod alioquin hæc inuestigatio (an parentis testamentum imperfectum inter liberos seruandum sit) nullam afferret vtilitatem. Nam si liberi æqualiter sunt instituendi, nil referre videtur, vtrum seruandum sit, necne, testamentum. Si enim seruandum sit, æqualiter succedens defuncto parenti: si vero non sit seruandum, similiter ab intestato æquis portionibus vocabuntur. *Fachin.d. lib.4. controuers. iur.cap. 2.vers.ego sane in priorem, &c.*

Huic

23 Huic traditioni non repugnat *d.l.fin.* † *in princ.ibi, pares videntur esse. C.famil.ercisc.* ex qua dissentientes colligunt, parem siue æqualem inter filios hereditatis diuisionem debere esse. *Illa* namque legis verba (*pares videntur esse*) non de paritate seu æqualitate portionum, sed potius de pari succedendi iure sunt accipienda. Quasi dicat Constantinus Imp. inter omnes heredes suos, hoc est, liberos, qui ex quolibet venientes gradu, tamen pares esse videntur: id est, pares in succedendo, veluti filius & nepos ex filio præmortuo. (Hi quippe pares sunt in succedendo, licet non sint in eodem gradu) inter omnes, *inquam*, hos, qui pariter succedunt ab intestato, paris vltima voluntas custodienda erit, etiamsi solenni testamento non contineatur. Atq; ita recte glossa ibi, super verbo, *pares*, textum interpretatur. Alias etenim, si de æqualitate portionum intelligeretetur, sibimetipsi aduersaretur: eo quod deinceps senatusconsulti Trebelliani auxilium considerat.

24 Sicquoque † non resistit, quod inter liberos æqualitas sit seruanda: quæ amicitiam parit; disparitas vero discordiam & simultates, *argum.l.inter filios.11. C.famil.ercisc. auth. in successione C.de suis & legitimis liberis. Nouell.22.c.48.vers.hanc itaq; partem &c. l.cum oportet. 6.§ non autem in fine. C.de bon. quæ liberis, &c & l.maximum vitium.4.C.de liber.præt.* Quoniam ista & similia iura procedunt, si non sit expressa voluntas patris testantis in contrarium. Siquidem in dubio duntaxat lex vult seruari æqualitatem inter liberos. *l. vt liberis.17 ibiq;* Bald.*nu.1. C.de collationib.* Et iam ante ostensum est, licere parentibus plus vni filiorum, quam alteri relinquere, si modo legitimam cuique portionem relinquant. *d.l.parentibus.8.vbi* Iason, *C de inoffic.testam. & iuribus similibus allegatis supra num.22.*

QVÆSTIO XV.

SVMMARIA.

1 *Qui Auctores de militum priuilegiis scripserint.*
2 *An & quatenus in testamento militis testes debeant esse rogati.*
3 *Militis testamentum ex nuda siue sola ipsius voluntate sustinetur.*
4 *Quæ voluntas dicatur nuda & sola.*
5 *Libera testamenti factio militibus concessa.*
6 *Explicatur §.plane.1.Inst.de militari testam.& l.diuus.24.ff. de testam. milit.*
7 *Verba narratiue tantum, non dispositiue posita, nihil probant.*
8 *An in testamento militari mulier testis esse possit.*
9 *In testamento militis omnis solennitas iuris ciuilis remissa.*
10 *Homo nomen generale est, vtrumq; sexum complectens.*
11 *Milites, in expeditione agentes, priuilegiis militarib. fruuntur.*
12 *Quando milites in expeditione degere dicantur.*
13 *Pagani testamentum, in procinctu siue loco hostili quoquo modo factum, valet.*
14 *Cessante priuilegii causa cessat & ipsum priuilegium.*
15 *Num milites nostri temporis gaudeant priuilegiis militaribus.*
16 *Hodie in belli exercitu non minore, quam olim, diligentia & labore est opus.*
17 *Ob quam rationem militibus solennitates iuris communis sint remissa.*
18 *Nostrates milites pro quare pugnent.*
19 *Quatenus solennitates priscæ in deligendis militibus hodie sint immutatæ.*
20 *Milites limitanei & stationarii siue præsidiarii qui: & vtrum priuilegiis militaribus fruantur.*
21 *Vbi eadem ratio, ibi eadem iuris dispositio.*
22 *Armis magis, quam iura, scire milites dignoscuntur.*
23 *Milites quatenus peritiores consulere possit.*
24 *Equestres milites an & quatenus priuilegiis militum gaudeant.*
25 *Martiales & vagabundi milites à militaribus priuilegiis repellendi.*
26 *Scholaris vagabundus priuilegiis Studiosorum frui non debet.*
27 *Ecquid clerici, Doctores, Aduocati, & similes, priuilegiis militum vtantur.*
28 *Doctoribus & Aduocatis ius ignorare, turpe.*
29 *Clerici & Doctores militibus armatis præferendi.*
30 *Masculus licet dignior sit fœmina: non tamen eadem priuilegia habet.*
31 *Num Iurisperiti, in militia armata stipendium merentes, iure militari testari valeant.*
32 *Inter arma silent leges.*
33 *An iure nouo militare testamentum subiaceat querelæ inofficiosi.*
34 *Sententia & interpretatio Nouell. 115.c.3.& 4.*
35 *Leges veteres corrigere, & militum priuilegia minuere, durum.*

C*ollecta ab egregio Iurisconsulto, D.Petro Bello, &c.*] Adde † 1
generosum Georgium Acacium Enenkelium, Baronem Hoheneccium, *lib.1.& 2.de priuil.militum & militia.* nec non Nobilem & Clarissimum Iurisconsultum, D. Henricum Bocerum, Collegam & Affinem meum exoptatissimum *in præclaro suo tract.de* Bello & Duello *lib.1.c.18. & multis seqq. Qui non de militum priuilegiis in genere, & in specie accurate & perspicue disputant.*

Nunquid in testamento militis testes debeant esse rogati.]
Quanquam † Doctores communiter distinguunt inter 2
militem, qui in prælio seu cõflictu constitutus est, & eum militem, qui est extra prælium, in castris: illumque aiunt non teneri, vt vllos adhibeat testes, hunc vero oportere duos specialiter rogare & conuocare testes, *Gloss.&* Barto. *in l.milites.15.in verb.sub ipso tempore.C.de testam.milit.& alibi.* Mynsinger. *respons.46.num.5.& 6.decad.5.* Zasius *cons.6.nu.22 lib.1.& alii, quos sequi videtur Clarus noster inferius quæst.58. num.4.nec non* Hunnius *lib.2.var.resol.iur.ciu.tract.5. quæst.*8. isthæc tamen distinctio nusquam in iure expressa est: ac proinde rectius statuitur; militem, etiamsi extra prælium in castris positus sit, nõ teneri vllos pro forma specialiter rogare & cõuocare testes. Generaliter enim iure † nostro 3
constitutum est, vt militis valeat testamẽtum ex nuda siue sola ipsius suprema voluntate, quoquo modo declarata, *in prin.tit.Inst.de militari test.vers.quoquo enim modo voluntas, & c. 1.t.circa princ.vers.vt, quoquo modo, &c. l.in fraudem.15 §.1.& l. miles 35.ibi militis testamentum sola perficitur voluntate.ff.de test. milit.l.3 & d.l.milites.15.ibi.quomodo possint ac velint.C.eodem.* Atqui militis voluntas non esset sola, aut nuda, si ad eã pro forma duo testes specialiter rogari & conuocari deberẽt: neq; testari, quoquo modo velit, miles posset, si duos pro forma rogare specialiter testes eũ oporteret. Nuda † quip- 4
pe & sola ea est voluntas, quæ præter animi motum nihil continet, & ab omni re alia libera est, *arg.l.iuris gentium.7.§ sed cum nulla 4.ibi, nuda pactio.& l.diuisionis 45.ff.de pact.l.legem quam 10.ibi, cum pactum nudum est. C.eo.l.solent.15.ibi, conuentio non est nuda.ff.de præsc.ver.l.aduersus 3.ibi, solus princeps. C.si aduersus venditionem, & l.huius.7.C de reuoc.donat.& l 2.ibi, soli enim testes. C.de testibus.* Præterea † si milites, in castris degentes, 5
duos pro forma testes specialiter rogare necesse haberẽt, cum supremam suam ordinare volunt: non esset ipsis libera testamenti factio concessa. Sed concessam ipsis esse liberam testamenti factionem, generaliter Vlp. respõdit. *d.l.1.in pr. ff.de test mil.* Ergo necesse nõ habent pro forma duos testes ad testamenti factionem specialiter rogare. Atq; hanc sententiam, contra cõmunem, pluribus defendunt Viglius *n.5.* & Wesenb *n 1 in §.plane.1.Inst.de milit.tes.* Dn. Enenkel, *d.lib 2.de priuil.mil.priu.16.n.69.& seqq.* Nicol Reusn. *in tract. de testam.part.5.cap.10.nu.10.cum seqq.& Dn Bocer. d.lib.1.de bell. cap 24.n.12.aliq; per hos allegatis.*

Neq; hanc † conclusionem debilitat textus *in d.§.plane* 6
1.ibi, conuocatis ad hoc hominibus Inst.de mil.test.& in l.diuus 24. ibi, conuocatis ad hoc hominibus.ff.de test.mil.lit. vbi diserte scriptum est, militis voluntatem pro testamento habens, si eã

 testi-

testibus conuocatis siue rogatis exposuerit. *Nam isti textus* non hanc habēt sententiam, quasi testium rogatio de substantiali forma militaris testamenti esset: sed sensus est, quod hac potissimū ratione constet de animo militis, testamentum facere volentis. Itaq; conuocatio illa requiritur, non vt firmum sit testamentum militis (nuda siquidem voluntas eius sufficit, *vt paulo ante ostensum*) sed vt appareat, militi voluntatem fuisse testandi: ne voluntas illa calumniis obnoxia sit, & dicatur miles aut voluisse aliter, quam voluit; aut noluisse, qui voluit; aut voluisse, qui noluit. Eaque non restrictio nudæ voluntatis, sed priuilegii adiumentum est, *vt eleganter explicat* Theodorus Marcilius *in d. §. 1. Inst. de mil.*
9 *testa.* Adhæc † recepta doctrina est: quod verba narratiue tantum, non dispositiue posita, nihil probent, aut disponant, nullumq; solidum fundamentum constituant, *per notata* Iasonis *in l. vnic. n. 22. C. quādo non petent. partes. &c.* Curtii Iunior. *cons. 59. nu. 5 & cons. 123. n. 6.* Tiraq. *in l. si vnquam. in ver. libertis. n. 37. C. de reuocand. donatio. hoc q; etiam* Menochii *in tract. de recupe. possess. remed. 1. qu. 40. n. 435* Iam vero *in d. §. plane. 1. Inst. de militari test. & d. l. diuus 24. ff. de test. mil.* non dispositiue, sed narratiue duntaxat posita sunt hæc verba: *Si ergo miles, de cuius bonis apud te quæritur, conuocatis ad hoc hominibus, vt voluntatem suam testaretur, ita locutus est. &c.* Etenim repetit Legislator facti speciem, de qua lis & controuersia erat coram Catilio siue (*vt alii legunt*) Statilio Seuero iudice: qui cum dubitaret de iure illius facti, narrauit istud Imperatori Traiano, cumq; super illa facti specie de iure consuluit. Quod autem Traianus facti speciem dictis locis repetat, narretq;, sufficienter illa verba ostendunt: *de cuius bonis apud te quæritur.* Nullum ergo solidum inde produci potest, fundamentum, ad firmandam opinionem existimantium, quod miles in ipso prælii discrimine, sed castris tantum constitutus, teneatur testamēti factioni adhibere testes duos specialiter rogatos, *vti bene animaduertit* D. Boc. *d. lib. 1. de bello. c. 24. num. 15. & seq.* vbi subiicit, illam communem Doctorum opinionem in nouissimam legem transiisse, *per Recessum Imperii Coloniensem, de Anno* 1512. *pag.* 104. §. **vnd sollen die Notarien** *vers.* **aber die Ritter/ꝛc.**

8 *An in testamento militis fœmina possit esse testis.*] Quod † mulier possit esse testis in testamento militis, tenet Clarus noster *infra quæst. 55. num. 5.* ex hac ratione, quod in testamento militis remissa sit omnis solennitas iuris ciuilis,
9 *initio tit. Instit. de militari testam.* Quo fiat † etiam, quod *in d. § plane 1. Inst. d. tit. & in d. l. diuus 24. ff. de testam. milit.* dicitur, conuocatis hominibus militem suam voluntatem testari
10 posse. Homo † etenim nomen generale est: & vtrumque sexum, masculinum & fœmininum, complectitur. *l. hominu. 152. ff. de verb. significat.* Ita quoq; sentit Fernandus Vasq. *in tract. de success. progressu. § 20. num. 9. & lib. 2. de success. creat. § 12. num. 44. eumque referens* Dn. Bocer. *d. lib. 1. de bello. cap. 24. nu. 17.* item Mascard. *lib. 2. de probat. conclus. 76 1. n. 12. &* Prosper. Farinac. *in tr. de testib. quæst. 59. n 71. vbi plures citat.*

11 *Quando sunt in expeditione.*] Addendum hoc loco, † quod milites, quatenus in expeditione seu militia agunt, priuilegiis militaribus fruantur, *per principium tit. Inst. de militari testam. & l. penult. C. de testamento militis.* Cui congruenter Imp. Antoninus rescripsit: voluntatem militis, in expeditione occupati, pro iure seruari. *l. 1. C. eod.* Et Constantinus Imp. statuit: milites in expeditione degentes, quomodo possint, ac velint, recte testari. *l. milites. 15. C. hoc tit.* In ex-
12 peditione † autem milites occupati, & degere dicuntur, non solum, cum sunt in procinctu, in acie, in hostico, id est, in ipso armorum strepitu, & summo vitæ discrimine: verum etiam, cum sunt in castris, siue (*quod idem est*) in fossatis, in statiuis, in hybernis, in custodiis, in præsidiis. Alioqui nihil distaret paganus à milite. Nam & à pagano, qui † iure militari testari non potest, in procinctu, in acie, in
13 hostico siue loco hostili, quoquo modo factum testamentum valet. *l. vlt. ff. de testam. milit. & notat Clarus noster hic nu. 3.* ratione pari; quod scilicet tunc temporis sit prope apud quemlibet inter mortua memoria legum & cæterarum disciplinarum, *vt scribit Xenophon in Cyropædia sua, quem refert* Cuiacius *consult. 49.* Quod si milites non sint in expeditione, in castris, in statiuis, &c. sed in aliis locis vel suis ædibus siue sedibus (vtraque enim lectio sustineri potest: modo *sedes* accipiantur pro *ædibus*, non pro *fossatis*, id est, fossatis seu castris, *vt Suidas interpretatur*) degant: tunc minime ad vindicandum tale priuilegium adiuuantur, *vt loquitur Imperator in d. principio, vers. illis autem temporibus. Instit. de milit. testam. & in l. vlt. C. de restitutionib. milit.* hoc est, tunc minime possunt testari, quo velint modo: sed testari quidem possunt propter militiam, etsi filiifamilias fuerint; iure tamen communi; hoc est, iis solennitatibus adhibitis, quæ alias in testamentis ordinandis adhiberi solent. Huiusque ratio est perspicua: quia † cum istius pri- 14
uilegii causa (nempe simplicitas & nimia imperitia. *d. principio. Instit. de milit. testam l. quanquam. 3. C. de testam. milit. & l. 1. C. de iur. & facti ignorant.*) tum cesset: & ipsum priuilegium cessare consentaneum est, *argum. l. Geometra 22. ff. de excusationib. tutor. c. cum cessante. 60. ext. de appellationib.* Illamq; rem explicatius persequitur Dn. Enenkel. *d. lib. 2. de priuil. milit. priuil. 16. num. 11. & seqq.*

Illud † item hoc loco addendum: quod licet quidam 15
ex Doctoribus existiment, milites nostri temporis nequaquam gaudere priuilegiis militaribus circa testamentorum confectionem, Cynus & Salicetus *in l. 1. C. de iur. & facti ignorant.* Bald. *in l. in testamento. 6. in fin. C. de testam. milit. hosque citans* Angelus Aretinus *in § plane. num 4. Instit de militari testam. &* Melchior Kling. *in d. princip. Instit. eod.* vbi hanc communem opinionem esse, affirmat: Verior tamen sit & receptior, sententia asserentium, nostros quoque milites veterum militum priuilegiis frui, adeoque militari iure testari posse. Tum † quia hodie in bellis lici- 16
tis non minore, quam olim, diligentia, assiduitate, vigilantia ac labore opus est: & eisdem periculis milites nostrates cum sint expositi: merito quoque eodem fauore militari digni iudicandi sunt. *l. vnic. ff. de bonor. possess. ex testament. milit.* Tum quia non minus hodie, ac olim, milites numeris ac signis suis iugiter inhærent, & Rempublicam à qua aluntur, ab omni bellorum necessitate defendunt. *l. milites. 31. C. de locato.* Tum etiam quia eadem ratio adhuc viget in nostris militibus, ob quam Romanis militibus solennitates iuris communis remissæ sunt: quæ † ra- 17
tio est simplicitas & ignorantia iuris, siue nimia imperitia, *vt paulo ante dictum, num. 14.* Cuius simplicitatis, ignorantiæ & imperitiæ causa, est armorum occupatio: quæ facit, vt quod leges præcipiunt, non sit ocium militibus vel cognoscere, vel etiamsi cognouerint, superstitiose obseruare. *l. vltim. circa princip. C. de iur. deliberand.* Tum † po- 18
stremo, quia nostri milites non solum pro Patria vindicanda, pro laribus, & pulchrisque auitis (vt Romani consueuere) dimicant: sed etiam pro sanctissima Religione sanguinem animamque profundunt. *Ita sentiunt* Alexan. *in l. centurio. 15. num. 23. & ibidem communiter Dd. ff. de vulg. & pupill. substit.* Speculat. *in tit. de procuratorib. § 1. num. 22.* Socin. Senior *consil. 33. num. 4. volum. 3. eumque laudans hic* Giacharius *in suis additionib.* Zasius *consil. 6. num. 20. & seq. volu. 1.* Gail. *lib. 2. obseruatio. 118. num. 1. & 2.* Viglius *numer. 11. &* Schneidevvin. *num. 8. aliique ad d. princip. Instit. de testament. ordinand.* Vaud. *lib. 1. var. quæst c. 55.* Sichard. *in rubr. C. de testam. milit. num. 9.* Wesenbec. *consil. 17. num. 32.* Mynsing. *respons. 46. num. 9. cum seqq. decad. 5.* Grassus *lib. 1. recept. sent. §. substitutio. q. 66.* Dn. Enenkel. *d. lib. 1. de priu. mil. c. 3. n. 2. & seqq.* D. Bocer. *d. lib. 1. de bello. c. 28. n. 8.* Schegk. *in de. si at. me. disp. 9. th. 37.* Arumæus Exerc. Iustin. 7. *th.* 8. Hœnonius *disp. 7. controu. 10. &* Paulus Batens *disp. 6. ad Inst. them. 2. quæst. 3.*

Huic ſententiæ non obſtat, quod † ea in militibus noſtri temporis deſiderentur, quæ circa militem requirit Accurſius *ad l. penult. ff. ex quib. cauſ. maiores, &c.* Nam ſolennitates iſtæ priſcæ in probandis & deligendis militibus non multum hodie ſunt immutatæ. Duo quippe olim præcipue obſeruabantur, ſcilicet vt in numeros referrentur, ſiue matriculæ inſcriberentur. *l. ex eo tempore. 42. ff. de teſtament. milit.* & vt ſacramentum præſtarent. *l. ex militari. 11. in fine principij. ff. eod.* Illud vtrumque retinuit vſus. Siquidem & hodie in matriculis ſeu rotulis militum nomina ſcribuntur: & iuſiurandum noſtri milites præſtant, ſi non ſigillatim, ſaltem ſimul; eodemque modo & olim quandoque ſimul coniurabant; quandoque ſinguli ſacramento obſtringebantur, ſecundum diuerſa militiæ genera, quæ annotauit ex Seruio Budæus *in l. 1. §. 1. ff. depoſiti.* Cætera vero, quæ exigit Accurſius *loco præallegato*, videlicet vt milites enſe accingantur, ſtigmatis & punctis notentur, item vt examinentur, nec incumbant negociationi; non perinde ſunt neceſſaria, nec de forma, ita vt alicuius omiſſio actum vitiet, ſicuti *poſt Viglium in rubric. Inſtitu. de teſtam. ordinand. num. 11.* tradunt *Mynſinger. & Schneidevvin. num. 5. & accuratius Enenkel. d. lib. 1. cap. 14. num. 2. & ſeqq.* Sed porro, ordinem & ſolennitatem militis aſſumendi veterem plane in deſuetudinem abiiſſe: inde tamen haud conſequitur, noſtri temporis milites priuilegiis veterum militum non gaudere. Sicut enim pleræque conſuetudines, antiquitus obſeruatæ, temporis ſucceſſu mutantur, & vna ſubſequitur aliam; nec tamen propterea negocia ipſa per iſtam mutationem abuſu remouentur, ſed omnino permanent: ita quoque licet conſuetudo deligendorum militum vetus ſublata eſſet: cum tamen milites noſtrates habeant ſuas ſolennitates non minus, quam veteres olim habuerunt, quæ in locum obſeruantiæ antiquæ ſucceſſerunt: vtique ipſorum militum vſus merito remanſit: adeoq; in effectu nihil hodie noſtri milites à priſcis Romanorum militibus differre creduntur. *Mynſinger. d. reſp. 46. n. 11. D. Bocer. d. lib 1. de bello. c. 28. n. 8.*

20 Præterea hic addendum: milites † limitaneos (qui nimirum in hoſtium finitimis locis ad repentinas illorum incurſiones intenti ſunt. *l. 2. §. pro limitaneis. 8. C. de offic. præfecti prætorio Africæ. l. vlt. C. de offic. militar. iudic.*) & præſidiarios ſiue ſtationarios, (qui ad tuendam prouinciæ alicuius quietem aluntur. *l. 1. §. quies quoque popul. rium. 12. ff. de offic. præfecti vrbis*) priuilegiis militum merito quoque gaudere, ita vt iure militari, omiſſis iuris ſolennibus, teſtari poſſint. Siue enim ſolennitates deligendi milites ſpectentur; ſiue cauſa, ob quam cæteris armatis militibus priuilegia tributa ſunt, conſiderentur: parum diſcriminis inter hos, & cæteros armatos milites eſſe deprehenditur. Quandoquidem milites tum limitanei, tum ſtationarii ſeu præſidiarii quando aſſumuntur: certi ipſis militares articuli proponuntur: ſacramentum militare præſtant, quod ad arma, contra irruptionem & impetum hoſtis expedienda, ſemper parati eſſe, & malum hoſtile manu militari, etiam cum vitæ periculo, arcere & profligare velint: pro ſalute Reipublicæ in perpetua velut expeditione occupati eſſe putantur: abſque venia ſui Capitanei à limite & ſtatione ſua impune diſcedere non poſſunt: & denique diſciplina militari reguntur, pœniſque militaribus coercentur. *l. 3. §. qui ſtationis, 5. ff. de re militari.* ideoque & priuilegiis vtuntur, *arg. l. ſecundum naturam. 10. ff. de reg. iur.* Et cum ſtudium ac exercitium armorum cauſa ſit, cur ſimplicitate & iuris ignorantia laborare milites dicantur. *d. l. vlt. in princ. C. de iur. deliber. d. l. 1. C. de iur. & fact. ignorant. l. regula. 9. § ſi filiusfamilias. ff. eod.* atque ipſa ſimplicitas & iuris ignorantia efficiat, vt milites iuris communis vinculis exempti cenſeantur, & quocunque modo voluerint & potuerint, teſtamenta facere queant. *d. l. 1. ff. de teſtam. milit. d. l. 3. C. eod. & d. princ. Inſtit. de militari teſtam.* immerito ſane milites limitanei, ſtationarii, & ſimiles, qui oppidi, arcis, lociue cuiuſcunque cuſtodiendi, aut Principis, Senatus, Magiſtratus publici, ſtipandi cauſa aluntur, à priuilegiis cæterorum militum repelluntur. Vbi † ſiquidem eadem eſt ratio, ibi idem 21 quoque ius ſtatuendum eſt. *l. illud quæſitum. 32. ff. ad leg. Aquil. l. quædam, 9. § nummularios. ff. de edend. l. à Titio. 108. ff. de verb. obligat.*

Huic concluſioni nihil decerpit, quod iſtiuſmodi milites extra periculum belli verſentur. *Quoniam* ex hactenus dictis eluceſcit, non propter belli pericula, ſed propter nimiam iuris ignorantiam & ſimplicitatem, ſiue imperitiam, ex iuſta armorum occupatione procedentem, militibus ſolennia iuris remiſſa eſſe. Arma † quippe magis, 22 quam iura ſcire milites dignoſcuntur. *d. l. vlt. in princ. C. de iure deliber.* Similiter nihil mouet, quod obiicitur: illos peritiores conſulere, & plures teſtes adhibere teſtamento poſſe. *Hoc* † etenim facere poſſent, ſi armorum ſtudiis, 23 cui ſe manciparunt, & ſacramento militari, quo obſtricti tenentur, non impedirentur. Atque ita (vtcunq; ogganniant contrarium *Viglius in d. principio, verſ. illis autem temporibus. num. 2. & Weſenbecius in § 1 num. 5. Inſtit. de militari teſtam. itemque Gail. d. lib. 2. obſeru. 118. num. 13.*) *poſt alios ſentiunt, D. Bocerus d. lib. 1. de bello. cap. 28. num. 11. & 12. Dn. Enenkel. d. lib. 1. de priuileg. milit. cap. 5. num. 1. cum ſeqq. Connanus, lib. 9. Commentar. iur. ciu. c. 5. num. 9. Hegius ad d. principium. num. 6. Inſtit. de milit. teſtam. Mynſinger. d. reſp. 46. num. 11. Hilliger. in Donello enucleat. lib. 6. c. 28. lit. R. Nicol. Reuſner. in tract. de teſtam. part. 5. cap. 4. num. 16. cum ſeqq. & Andreas Gerhard. diſput. 11. de teſtam. milit. th. 21. & ſeq.*

Sed & illud hic addendum: equeſtres † milites (quos 24 Germani **Ritter** appellitant) veros eſſe milites, priuilegiisq; militum dignos, quatenus officium ſuum diligenter faciunt, & quæ ſacramento ſpoponderunt, ſedulo exequuntur, aut exequi parati ſunt, *quemadmodum multis defendit Dn. Enenkel. d. lib. 1. cap. 6.* Cæterum † ex prædictis col- 25 ligere promptum eſt: quod non ſolum Martiales illi ſtipendiarii, qui iniuſto aliquo bello exorto, propter nummos caſtra ſequuntur, priuilegiis militaribus neutiquam fruantur, *vt ex auctoritate Politi tradidit Zaſius in tract. ſubſtitution. c. 5. verſ. hæc, quæ diximus de militibus, &c. eumque allegans D. Bocerus d. cap. 28. num. 6.* verum etiam ocioſi iſti milites, qui in pagis atq; vicis vagantur & graſſantur, ruſticorumque anſeres & gallinas furantur, ab iiſdem priuilegiis penitus remoueantur. De quibus in Imperio Romano non tolerandis extat Receſſus Imperii à Carolo V. Auguſtæ in Comitiis promulgatus, *Anno* 1555. §. **Vnd damit angeregte**/ &c. De iiſdem videatur Ordinatio Ducatus Wirtembergici, *ſub tit.* **Von Gart vnnd Herrnloſen knechten**/ 2c. *pag. 49. & ſeq.* Vnde † in ſimili ſcite dicitur; 26 quod Scholaris vagabundus, qui animum in ſtudiis non attendit, nec librum cum lumine ſumit, non debeat gaudere priuilegiis Scholarium, quantumuis in album vel matriculam vniuerſitatis receptus ſit, *argum. l. ſcriniarios. 16. C. de teſtam. milit. Bald. in auth. habita. C. ne filius pro patre, &c. num. 11.* vbi ait, illos eſſe proprie Scholares, qui facto & animo ſunt Scholares, id eſt, qui ſtudent, & non vagantur, *referente* Paulo Betens *d. diſput. 6. them. 2. quæſt. 2. in fine.*

Denique † hic addendum eſt: Clericos, Doctores, 27 Aduocatos, Aſſeſſores, & ſimiles (quos vulgo togatos ſiue inermes milites vocant) nec milites proprie dici, nec priuilegia militum eis recte tribui. Potiſſima namque ratio, ob quam cum armatis militibus diſpenſatur, eſt iuris imperitia & ſimplicitas, ex militari exercitio cauſata. *dict. principio, Inſtit. de militari teſtament. d. l. 1. ff. de teſtam. milit. & d. l. 3. C. eod. cum concordantibus.* Quæ † ratio cum in Docto- 28 ribus, Aduocatis, & cæteris, quibus ius ignorare turpe

est, quique peritiores consulere facile possunt. *l. 2. §. Servius 43. ff. de orig. iur.* locum sibi non vindicet: consequens
est, eos militari priuilegio in testamentis conficiendis,
minime gaudere. Et hanc sententiam, communiter ap-
probatam, sequuntur Alexand. Socinus, Ripa, Alciatus,
Iason *& alii in d. l. centurio. 15. ff. de vulg. & pupill. substit.* Cynus
& Salicet. *in d. l. 1. C. de iur. & fact. ignor.* Fernandus Vasquius
in tract. de success. creat. §. 24. num. 32. Sichard. *in rubr. C. de testa.
milit. num. 7.* Viglius *ad d. princ. Instit. de milit. testament. num.
12.* Dn. Enenkel. *d. lib. 1. de priuileg. milit. cap. 7.* Rolandin. *in
tract. de testament. part. 1. rubr. 26. num. 2.* D. Bocer. *dict. lib. 1. de
bello. c. 28. num. 4 & 5.* Donell. *lib. 6. commentar. de iur. ciu. cap.
28. pag. 105.* Arumæus Exercit. Iustin. *7. th. 9.* & Paulus Be-
rens *d. disp. 6. them. 2. quæst 4.* Hanc opinionem non tur-
29 bat, quod † clerici, Doctores & Aduocati, tanquam di-
gniores & sanctiores, præferantur militibus armatis, qui
plerunq; sunt impii, perfidi, immanes & auari, *iuxta illud*
Lucani *lib. 10. de bel. ciuil.*

Nulla fides, pietasq; viris, qui castra sequuntur:
Venalesq; manus: ibi fas, vbi maxima merces.

Quamuis enim digniores sint milites togati, quam ar-
mati: aliunde tamen præmium petere debent, non in eo,
quod ipsis relaxetur testandi solennitas, quæ iis parum v-
tilis esset, *argum. §. plane. 1. Instit. de milit. testam. & l. diuus. 24.
ff. de testam. milit.* Vasq. *dicto loco.* Deinde non valet conse-
quentia: In aliquo sum te dignior. Ergo debeo habere
priuilegia tibi concessa: quia possent esse concessa alia
30 ratione, quam sub dignitatis consideratione. Ita † ma-
sculus sine omni dubitatione dignior est fœmina: non ta-
men statim iisdem, quibus fœmina, priuilegiis gaudet,
docente Nicolao Intrigliolo *de substitut. cent. 2. quæst. 89. num.
58.* Idque latius explicuimus *in d. princip. Instit. de milit. te-
stament. num. 18. & seqq.* Etsi porro causa principalis &
præcipua militaris priuilegii circa testamenta est ipsorum
militum simplicitas ac imperitia, *vt aliquoties, supra indi-
catum.* attamen non protinus inde concludendum est,
31 quod † iurisperiti, in militia armata stipendium meren-
tes, iure militari testari non possint. Nam omnes omni-
no milites, sicque etiam periti iuris, armis, haud priuatis
negociis occupati & districti tenentur: sicque arma ma-
gis, quam iura, scire præsumuntur. *d. l. vltim. in princ. C. de
iur. deliber.* aut saltem obliti legum, si quas olim sciue-
32 runt, existimantur. Silent † quippe leges inter arma, *vt
vulgo dicitur.* Quo facit, quod de Caio Mario recitat Va-
lerius Maximus *lib. 5. c. 2.* qui Marius cum in bello contra
Cymbros gesto, quasdam Camertium cohortes ciuitate
donasset, & reprehensus à quibusdam, quod contra le-
ges Patriæ fecisset, præclare respondit: se inter armorum
strepitus & classicorum cantus, legum vocem exaudire
non potuisse. *Qua de re videantur* Viglius *ad principium tit.
Instit. de militari testam. num. 8. &* Reulin. *d. tract. de testam. part.
5. c. 6. num. 6. & seqq.*

Hodie, testamentum militis tam patris, quam filii, subiacet
33 *querelæ.*] Quod iure nouissimo † militare testamentum
subiaceat querelæ inofficiosi, Doctores communiter
concludunt, *Bartol. in Auth. ex causa. C. de liber. præterit. & in
l. filio præterito 17. num. 22. ff. de iniust. rupt. irr. fact. testam.* Co-
uarruuias, *alios allegans, in c. quod nos. 9. ext. de testamen.* Gras-
sus *lib. 1. recept. sent. §. testamentum. q. 7. num. 3. & q. 45. num. 1.*
Heigius *ad princip. tit. Instit. de militari testam num 9. & in §.
1. num. 4. Instit. de inoffic. testam.* Quam conclusionem licet
& Clarus noster sequatur *hic num. 4. in fin. & infra quæst.
40 num. 6. & aliis locis ab eo hic notatis* attamen contrarium
non sine ratione defendunt Ludouicus Romanus & Ia-
son *in l. sicut. 9. C. de testament. milit.* Viglius *in § sed si in expe-
ditione. 6 Instit. de exhered. lib. num. 4.* Vasquius *lib. 3. de suc-
cess. creat. §. 24. limitat. 19. num 30.* D. Bocer. *lib. 1. de bello. cap.
21. num. 6. ed. 2.* D. Enenkel. *lib. 2. de priuileg. milit. priuil. 16. nu.
81.* Fachineus *lib. 6. controuers. iur. c. 74.* Paul. Busius *ad l. 1. ff. de
testam. milit.* Hœnon. *disp. 9. controuers. 5.* Arumæus Exercit.
Iustin. *10. th. 13. &* Paulus Berens *disput. 7. ad Instit. them. 2. q.
3.* Huiusque contrarii † dogmatis fundamentum in eo 34
est positum, quod Iustinianus *in Nouell. 115. c. 3.* (cuius ge-
neralitate dissentientes præcipue nituntur) de iis dunta-
xat loquitur personis, quas citra ingratitudinis causam
exheredare non licet. Quare de militum liberis intelligi
nequit: quos citra vllam causam à patre exheredari po-
tuisse constat *ex d. inofficioso. 9. l. testamentum. 24. & l. vlt. C.
de inoffic. testam.* Et certe si de militum quoque testamen-
tis Nouellam istam intelligi voluisset Imperator, procul-
dubio more suo id verbis disertis expressisset. Ast in tota
Nou. nullum est verbum de militari testamento: nullum
verbum, quod veteres leges sint sublatæ vel correctæ,
quibus constitutum erat, vt militis testamentum quere-
læ non subiaceret. Ergo adhuc vigere censentur, *argum.
vulgatæ l. sancimus. 27. C. de testam. & l. præcipimus. 32. §. vlt. C.
de appellat.* Nec quicquam obstat, quod *in d. Nou. 115. c. 4.
in princ.* additur, liberis etiam non licere parentes suos
exheredare, vel præterire in rebus propriis, de quibus ha-
bent testandi licentiam, hoc est, in rebus castrensibus, vel
quasi castrensibus: adeoque inde euinci posse videtur,
istam Nouellam de militum etiam testamentis esse acci-
piendam. *Nam respondetur*: id procedere, cum filiifami-
lias iure communi testantur: secus, si in expeditione vel
castris occupati, iure militari testamentum faciant: quia
tunc eorum voluntas, quoquomodo inuenta fuerit, rata
erit, *initio tit. Instit. de militari testament.* Et † quamuis æ- 35
quum putetur, vt & à militibus liberi instituantur: du-
rum tamen est, & leges corrigere veteres, cum posterio-
res id non exprimant, & militum priuilegia minuere,
docente Viglio *in d. §. sed si in expeditione. 6. num. 4. in fin. Instit.
de exhered. liberor.*

QVÆSTIO XVI.

SVMMARIA.

1 *Cur nemo pro parte testatus, pro parte intestatus decedere queat.*
2 *Hereditas repræsentat personam defuncti.*
3 *Cuius rei respectu quis non possit pro parte testatus, pro parte intestatus decedere.*
4 *Nemo cauere potest, ne suo in testamento leges valeant.*
5 *Sententia l. nam etsi parentibus 15. in fin. & l. circa inofficiosi. 24. in fin. ff. de inoffic. testam.*
6 *Heres scriptus in omne ius defuncti succedere, vel vniuersum repudiare debet.*
7 *Consideratio l. sed si plures. 10. §. in arrogato. 6. ff. de vulg. & pupill. substit.*
8 *An & quatenus miles possit pro parte testatus decedere, pro parte intestatus, remissiue.*
9 *Ecquid miles in dubio potius iure communi, quam militari testari voluisse præsumatur.*
10 *Voluntas notitiam præsupponit.*
11 *Miles ius commune ignorat.*
12 *Explicatur l. in testamento. 6. C. de testam. milit.*

L*icet regulariter quis non possit decedere pro parte testatus,
&c.*] Cur † nemo pro parte testatus, pro parte inte- 1
status decedere possit. *l. ius nostrum. 7. ff. de reg. iur. §. hereditas.
5. vers. neque enim idem, &c. Instit. de heredib. instit.* ratio hæc
addenda est: quia † hereditas repræsentat personam de- 2
functi, *initio tit. Instit. de stipulat. seruor. l. non minus. 31. in fin. ff.
de heredib. instit.* ac proinde vti defuncti persona nullo di-
uerso iure censetur: sic etiam hereditas eundem repræ-
sentare

ſentare debet, non diuerſo genere ſucceſſionis, ſed vno,
*arg.l.eum,qui 230.in princ.ff.de vſurpat.& vſucap.*Dn.Obrecht
3 *diſp.20. th.321.* Ac † ſane non ſolum reſpectu ſubſtantiæ
ſeu bonorum. *d.§.hereditas.5.Inſtit.de heredib.inſtit.l.penult.§.*
2.ff.de caſtrenſ.pecul.l.quotiens.9.§.ſi duo.13.l.ſi alterius 10.& l.ſi
ita quis.74.ff.de heredib. inſtit. ſed etiam ratione temporis,
nemo regulariter pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus
decedere poteſt. *§.heres.9.Inſtit.d.tit. & l.hereditas.34.ff.eod.*
vſque adeo quidem, vt licet teſtator ſcripſerit, ſe pro parte
vel bonorum, vel temporis teſtatum, pro alia parte inte-
ſtatum decedere velle; heres ſcriptus nihilominus, detra-
cta certæ portionis, temporiſue mentione, vniuerſorum
bonorum ſtatim ab illius morte ſucceſſor exiſtat, atque
4 ad dies vitæ heres maneat. Siquidem † nemo cauere
poteſt, ne ſuo in teſtamento leges locum obtineant. *l.ne-*
mo.55.ff.de legat.1.

5 Neque regulæ iſti aduerſantur *l.nam etſi † parentibus.15.*
in fin.& l.circa inofficioſi.24.in fin.ff.de inoffic.teſtam. vbi nec
Papinianus, nec Vlpianus pro abſurdo habet, quem pro
parte inteſtatum videri. *Etenim* aliud eſt, quem decedere
pro parte teſtatum, pro parte inteſtatum: & aliud, per
querelam inofficioſi, quem pro parte inteſtatum eſſe, de
quo caſu vtraque lex iſta loquitur. Illud namque ab initio
fit, vt diſerte interpretatur Tryphoninus *in d.l.penul.§.2.*
verſ.quia miles ab initio.ff.de caſtrenſ.pecul. hoc vero ex inter-
uallo. & quidem per alium, quam teſtatorem, vel here-
dem ſcriptum. Quare illud regula iuris non permittit:
quia vitium eſt vel teſtatoris, qui de parte duntaxat bono-
rum teſtatus eſt, vel ipſius heredis ſcripti, qui heredita-
6 tem pro parte repudiare conatur: cum † in omne defun-
cti ius ſuccedere, aut vniuerſum repudiare debeat. *l. heres.*
37.ff.de acquir.vel omitt.hered.l.1.2.& 3.ff.de bonor.poſſeſſ. Hoc
autem, videlicet quempiam per querelam inofficioſi in-
teſtatum pro parte effici, propter rei iudicatæ auctorita-
tem inductum eſt: atque idcirco iuri non repugnat: præ-
ſertim, cum præter officium pietatis nihil in teſtatore de-
ſiderari poſſit, quippe, qui teſtamentum recte fecit. *l.2.ff.*
de inoffic.teſtam. Et qui hoc modo pro parte inteſtatus ef-
ficitur, is licet reuera ab initio in totum teſtatus decedat:
per accidens tamen, ſiue ex poſt facto, hoc eſt, poſt mor-
tem teſtatoris, pro parte inteſtatus deceſſiſſe videtur. *l.*
mater decedens.19.ff.d.tit.

7 Sic † quoque non refragetur *l.ſed ſi plures.10.§.in arro-*
gato.6.ff.de vulg.& pupill.ſubſtit. vbi is, qui filio arrogato, an-
te pubertatem mortuo, pupillariter ſubſtitutus eſt, in iis
ſaltem bonis ſuccedit, quæ filius beneficio arrogatoris
nactus eſt: reliqua pupillaria bona heredibus legitimis
deferuntur. *Nam* ne hoc quidem caſu arrogator partim
teſtatus, partim inteſtatus decedit: quia bona iſta pupil-
laria diuerſa ſunt ab iis bonis, quæ ab arrogatore proue-
nerunt. Illa quippe arrogatori non ceſſerunt ob cautioné,
quam præſtare tenetur eum in caſum, ſi intra pubertatem
pupillus deceſſerit. *§.cum autem impubes.3.Inſt.de adoptionib.*
Ideoq; de his, vtpote alienis, nec teſtari arrogator potuit.
Sed vide Giphanium, Decium, Cagnolum & Philippum
Matthæum *in d.l.ius noſtrum.7.ff.de reg.iur.*

8 *Aliquando enim miles, &c.*] An & quatenus † miles poſ-
ſit pro parte teſtatus decedere, pro parte inteſtatus, mul-
tis etiam, *poſt alios à ſe citatos,* declarant Michael Graſſus *lib.*
1.recept.ſent.§.teſtamentum,quæſt.8 & generoſus Dn Enenkel *lib.*
2 de priuil.milit.priu.16 nu.51. & ſeqq. Illud non vſquequaq;
9 expeditum eſt: ecquid † miles in dubio potius iure com-
muni, quam militari teſtari voluiſſe cenſeatur? Et licet af-
firmatiua communibus Dd. ſuffragiis opinio recepta ſit,
vti notant Alexand.*conſ.12.nu.21.vol.3.*Socin.iun.*conſ.128.nu.*
*229.vol.1.*Sichard.*ad l.1.num.6.C.de teſtam.milit.* Maſcard.*in*
*tract.de probationib.vol.2.concl.1058.nu.3.*Weſenbec.*conſ.17.*
num.36.& Graſſus *d.§.teſtamentum, quæſt.9.verſ.ſecundus ca-*
ſus eſt, &c. negatiuam tamen, tanquam de iure veriorem,
defendunt Fernand.Vaſquius *in tract. de ſucceſſio.creat.lib.3.*
§.24.nu.41.cum ſeqq.& eum referens D.Bocer.*lib.1.de bello.cap.*
22.num.4.& ſeqq. Et enim † quod quis ignorat, id velle 10
non præſumitur: quoniam notitiam & intelligentiam
voluntas præſupponit. *l.mater decedens.19.verſ. nec enim qua*
ex teſtamento.ff.de inoffic. teſtam.l.de ætate.11.§. ex cauſa. 8.ff.de
interrogat.actionib.l.ſi cum te.51.ff.de pact.l.in repudianda.23.&
l.Clodius. 97.ff.de acquir. vel omitt.hered.l. vlti.§.ſin autem ne-
ſcius.2.C.de furt.& l.ſi vnquam.8.C.de reuocand.donat. Atqui
† miles ignorat ius ciuile commune. *initio tit.Inſti.de milit.* 11
teſtam.l.1.C.de iur.& fact. ignorant.l.fin.§.1.C.de iur. deliber.l.
quanquam.3.C.de teſt.milit. Ergo non præſumitur miles te-
ſtari velle iure communi: ſed creditur velle teſtari iure
militari. *l.ſi miles.6.ibi, creditum.& l.ſi duobus 37. ibi, videbi-*
tur.ff.eod. titul.

Nec † hanc ſententiam frangit textus *in l.in teſtamento.* 12
6.in fine, illis verbis: ſed tibi probandum eſt, an ita frater tuus ſen-
ſerit.C.de teſtam.milit. Illic enim Imp. Alexander non re-
quirit, vt probet Valentinus, fratrem ſuum hoc ſenſiſſe,
quod iure militari teſtari voluerit: ſed poſtulat, vt probet
quoddam militis teſtatoris factum, nimirũ quod ab ipſo
milite fratre in ſecundum etiam caſum expreſſe vel com-
pendio verborum, inſtitutæ heredi filiæ ſit ſubſtitutus.
Miles quando inſtituto heredi aliquem ſimpliciter ſub-
ſtituit: non præſumitur, quod in ſecundum quoq; caſum
ſubſtituerit. Hoc etenim quoddam factum eſt, quod non
præſumitur. In ſecundum namque caſum fit ſubſtitutio
hoc modo: *Si Titia heres erit, & intra vigeſimum quintum æ-*
tatis annum deceſſerit, Seius heres eſto. Vel ita ſub compendio
verborum: *Titia heres eſto, & quandocunq; ea moriatur, Seius*
heres eſto. Hoc modo ſubſtituiſſe teſtatorem, eſt quoddam
factum; & hoc factum ſubſtitutus probare debet. *l.preci-*
bus.8.ibi, manifeſtius exprimere debueras. C.de impuber. & aliis
ſubſtit. D.Bocer. *d.c.22.num 5. & ſeqq. vbi & aliis argumentis,*
quæ huic aſſertioni opponi ſolent, ſatiſfacit.

QVÆSTIO XVII.

SVMMARIA.

1 *Quæ ſolennitates in teſtamento cæci obſeruentur.*
2 *Prima ſolennitas, eſt ſola nuncupatio.*
3 *In teſtamento ſcripto omnia poſſunt eſſe ſecreta.*
4 *Secunda ſolennitas, eſt ſeptem teſtium & Notarii adhibitio.*
5 *Tertia ſolennitas eſt, quod heredis inſtitutio omnib. teſtamenti capitulis præponi debeat.*
6 *Iſthæc ſolennitas improbatur.*
7 *Omiſſio leuis alicuius ſolennitatis diſpoſitionem non vitiat.*
8 *Tranſpoſitio verborum non labefactat teſtamentum.*
9 *In dubio ea accipienda interpretatio, quæ actum in tuto collocat.*
10 *Quarta ſolennitas. eſt nominis heredis, dignitatis eiuſdem, &c. ſpecialis expreſſio.*
11 *Quinta ſolennitas, eſt diſerta portionis relinquendæ determinatio.*
12 *Sexta ſolennitas, eſt Notarii accurata annotatio.*
13 *Septima ſolennitas, eſt ſingulorum teſtium ſubſcriptio & conſignatio.*
14 *Vltima ſolennitas, eſt octaui teſtis præſentia, ſi Notarius haberi nequeat.*
15 *Caſus ſine prædictis ſolennitatibus teſtari poteſt inter liberos.*

I*N teſtamento cæci vltra numerum ſeptem teſtium, &c.*] In † 1
cæci teſtamento peculiares quædam ſolennitates, quas
Iuſtinus Imp. præſcripſit, obſeruandæ veniunt. *l.hac con-*
ſultiſſima.8. C.qui teſtam.fac.poſſ. I. Solennitas † eſt: quod 2

licet cuiq; liberum sit, vt vltimum suum elogium in scri-
ptis, vel per nuncupationem promulget. §.fin.Instit.de te-
stam.ordinand.l.hac consultissima.21.C.de testament. hic tamen
sola nuncupatio admittatur. Cuius rei ratio est: tum quod
cum testator testamento in scriptis se subscribere, signa-
re, & nomen heredis propria manu exprimere debeat. l.
3 iubemus. 19.C.eod. hoc cæcus facere non possit. Tum †
quod in testamento in scriptis omnia possint esse secreta.
d.l.hac consultissima.21.C.d.tit. hoc in præsenti casu, vbi cæ-
cus facile decidi, & aliud pro alio scribi, vel alia scheda sub-
iici potest, non admittendum sit. Sichard. in d.l hac consul-
tissima.8.num.2.ibique Gilkenius num.3.C.qui testam.fac.poss.
4 II. Solennitas † est: quod cæcus necesse habet septem
testes, & vna cum his tabellionem, aut loco eius alium
quempiam literarum peritum, sibi aduocare, & coram
iis, quam ob causam eos conuocarit, palam educere, hoc
est, testificari, se velle sine scriptis, cum literas videre ne-
queat, saltem per nuncupationem vltimum elogium
condere. dict.l.8.circa princip.C.eod. Tametsi hoc nonnulli
Iustiniani constitutione, tanquam posteriore, sublatam
esse censeant. l.in testamentis 26.C.de testam. Viglius & Hei-
gius in §.cæcus 4.Instit.qui non est permiss.fac.testam Salicet.&
Gilkenius num.4.in d.l hac consultissima.8.C.qui testam.fac.
poss. Alii vero, quamuis istam correctionem ad hunc spe-
cialem casum non producant: testamentum tamen pro-
pter solennitatem tam leuem omissam non vitiari existi-
mant, argum.l.1.§.vltim.ff.de ventre inspiciend. Alexand. Ca-
strens. Iason, Decius & Sichardus num.2.& 3.in d.l.8.C.qui
5 testam.fac.poss. III. Solennitas † est: quod omnibus te-
stamenti capitulis, puta legatis & fideicommissis, heredis
institutio, quæ caput & fundamentum est ipsius testa-
menti, præponi debeat, argum.d.l.8.ibi, quibus omnibus ex
ordine peroratis, &c.item circa finem, ibi, in prædictum modum or-
dinantibus &c. C.d.tit.ibique Bartol.num.1.Cynus num.5.Ful-
gos. num.5.Decius num.6. Alciat in rubr.de verb.obligat.num.
6 22.& in suis paradox.cap.16.lib.5 num.4. Cæterum † non
desunt, qui autumant, testamentum cæci ex eo non infir-
mari, quod institutio heredis post legata & fideicommis-
7 sa sit facta: idque sequentibus rationibus. Tum † quia,
omissio leuis alicuius solennitatis dispositionem vitiare
non solet.d.l.1.§.fin.ff.de ventr.inspic. Tum quia formæ istius
subtilitas ideo introducta & excogitata est, ne aliquid falsi
committatur. Atqui siue legata ante heredis institutio-
nem, siue postea scribantur, nihil interesse videtur, ad
8 hanc rationem quod attinet. Tum † quia transpositio-
nem verborum regulariter testamentum non labefacta-
re certum est. l.Gallus 29.§.1.ff.de liber.& posthum heredib.
instit.l.cum in testamento.37 §.1.ff.de heredib.instituend.l.mori-
bus.2.§ sed si quis.5.ff.de vulg.& pupill.substit. Tum † etiam
9 quia quoties de interpretatione verborum est aliqua re-
pugnantia: is sermo excipiendus est, qui actum in tuto
collocat. l.quotiens.12.ff.de reb.dub.l.quotiens in stipulationi-
bus.80.ff.de verb.obligat. Tum denique per expressum tex-
tum in l.ambiguitates.14.C.de testament. quia scrupulosa hu-
ius rei obseruatio sublata videtur. Atque ita sentiunt Vi-
glius & Mynsinger. num 3.in d.§ cæcus.4.Instit.quib.non est
permiss.fac.testam. Baldus in d.l.8.num.10.C.qui testam.fac.
poss.ibique Philippus Corneus num.3. Castrensis num.5.
Ludouicus Roman. num.9.Alexand. num.10. Sichard. &
10 Gilkenius num.9.& seqq. IV. Solennitas † est: quod
non modo heredis nomen, sed etiam vitæ genus & digni-
tatem, aliasque notas & indicia, ex quibus ille cognosci
possit, specialiter cæcus exprimere tenetur: ne vlla ambi-
guitas aut dubitatio in persona heredis relinquatur. d.l.
hac consultissima.8.ibi, ne sola nominum commemoratio, &c.C.
d.tit. Si tamen solius nominis expressio omni careret du-
bitatione, ea sola sufficeret, vt post gloss.in d.l.8 in verb.indi-
cia. notauit Bartol. num.2. Bald.num 3. Castrens. num.6. Sa-
licet.num.4.& Roman. num.6. Simon de Præt.de interpret.
vltim.volunt lib 3.interpret.1. dubit.4.solut.1.num.1. Mantic. de
coniect.vlt.volunt.lib.4.tit.5.num.9.cum seqq.& Mynsinger.in
d.§.cæcus.4.num.3.in fin.Instit.quib.non est permiss.fac.testamen.
V.Solennitas † est: vt palam enunciet cæcus, quid & quan- 11
tum cuique tum heredi, tum legatario, si plures sint, re-
linquere velit. d.l. hac consultissima.8.ibi, & ex quanta parte,
&c C.qui testam.fac.poss. VI.Solennitas † est: vt singula ta- 12
bellio siue notarius vno eodemque loco ac tempore, in
omnium conspectu ac præsentia, adeoque vno contextu
(vt vulgo dicitur) perscribat, dict.l.8.ibi, vno eodemque loco &
tempore, &c.C.eod. VII. Solennitas † est: vt testes sin- 13
guli propria manu subscribant, & vna cum tabulario ta-
bulas consignent. d.l.8.ibi.& eorundem testium manu subscri-
ptis, &c. Quod alias in testamento nuncupatiuo, vt & in
contractu, fieri necessum non est. l.heredes palam.21.ff.qui
testam.fac.poss.l.contrahitur.4.ff.de pignorib.& hypothec. VIII.
Et vltima † solennitas est: vt, si notarius haberi non pos- 14
sit, octauus testis, qui vicem eius suppleat, adhibeatur: &
testamentum vni ex testibus custodiendum detur, ea sci-
licet lege, vt id, quoties opus sit, exhibeat. d.l.8.vers.sed quia
tabulariorum copia. C.qui testam.fac. poss. Et de istis solenni-
tatibus, post Philippum Francum in rubr.ext.de testamen.&
vltimis volunt.in 6 latius disserunt Ioannes Dauth. in tract.
de testam.sub tit.qui testam.fac.poss.num.211.cum seqq.& Nico-
laus Reusnerus in tractat. de testam.part.2.cap.19.num.5.&
seqq.

Si cæcus velit testari inter liberos, &c.] Quod, si † cæcus in- 15
ter liberos testari velit, duo testes sufficiant: nec aliqua a-
lia forma siue solennitas, a iure ciuili introducta, requira-
tur; tenent, præter à Claro nostro allegatos, Fernandus Vas-
quius de success.creat.§.21.nu.58. Michael Grassus lib.4.recep.
sent.§.testamentum.quæst.11.num.7.& Thadeus Piso lib.1.var.
resolut.cap.7.num.29.

QVÆSTIO XVIII.

SVMMARIA.

1 Filiusfamilias cur testamentum facere non possit, triplex ratio.
2 Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris vel domini.
3 Filiusfamilias nihil suum habet.
4 Idem quicquid acquirit, patri acquirit.
5 Idem iura familiæ nulla habet.
6 Testamenti factio quatenus dicatur iuris publici.
7 Quæ dicantur esse iuris publici.
8 Filiusfamilias ius contrahendi, & bona inter viuos alienandi habet.
9 Quando valeat argumentum à contractibus ad vltimas voluntates.
10 Codicillis hereditas non datur.
11 Filiusfamilias ne quidem consentiente patre testari potest: quamuis in donatione causa mortis aliud sit receptum.
12 Donatio causa mortis priuati est iuris.
13 Vtrum filiusfamilias de illis bonis aduentitiis, quorum pater vsumfructum non habet, testamentum facere possit.
14 Sententia l.penult.C.qui testam. fac.poss.
15 Intellectus Nouell.117.c.1.§.1.
16 Cur filiusfamilias de rebus aduentitiis testari non possit.
17 Accidentia non mutant propriam rei formam.
18 Filiafamilias nupta non potest testari de dote.
19 Filius illius, qui ab hostibus captus est, testamentum facere nequit.
20 Cur filiusfamilias de bonis castrensibus, vel quasi, testari valeat.

11 *An valeat statutum disponens, quod filiusfamilias testari possit.*

AN *filiusfamilias, in patris potestate existens, possit condere te-*
1 *stamentum,*] Cur † filiusfamilias testamentum face-
re non possit, triplex afferri solet ratio. I. Quia ob pa-
triæ potestatis nexum, in filiofamilias non est libera vo-
luntas, nec eius persona iure ciuili integra, *notante Decio*
in l.3.num.2.C.qui testam fac.poss. & Myntingero *ad princip.*
2 *tit.Instit.quib.non est per miss. fac.testam num 2.* Velle † siqui-
dem non creditur, qui obsequitur imperio patris vel do-
mini *l.velle.4.ff.de reg.iur.* & proprio quis iure debet testa-
ri, non pendere ab alieno arbitrio. *l.illa institutio.32 in prin-*
3 *cip.ff. de heredib. instituend.* II. Quia † filiusfamilias nihil
suum habet, vt testari de eo possit, *auctore* Vlpiano *in frag-*
ment.Institut. titu.20.§.filiusfamilias. l. lex Cornelia. 28. vers.
quia non efficitur.ff.de vulg.& pupill. substitut. Iure namque †
4 veteri quicquid acquirit, non sibi, sed patri acquirit. *§.1.*
Instit.per quas person. cuique acquir. & ante Constantinum
Imp. nihil suum habere potuit. *l. placet. 79.ff.de acquir. vel*
omitt.heredit.l.acquiritur.10.in princip.ff. de acquir. rer. domin.l.
cum oportet.6.C.de bon.quæ liberis, &c.l.1. C.qui admitti ad bo-
nor.possess.poss.l.1.C.de bon.maternis & similibus adductis per Vas-
quium *lib.1.de successionum progress.§.1.num.8.* III. Quia cum
5 in testamento non bona tantum, sed † omnia etiam fami-
liæ iura mancipentur: filiusfamilias vero neque bona,
neque iura familiæ vlla habeat, vtpote qui non est caput
familiæ, id est, paterfamilias, à quo fieri debet mancipatio
siue venditio familiæ: idcirco nec testamentum facere vl-
lo modo posse creditur. *d.l.3 §.vlti. & l.penult.C.qui testam.*
fac. poss. Nam & lex duodecim tabularum testandi ius
concedens loquebatur non de filiofamilias, sed disertè
de patrefamilias. Paterfamilias, *inquiebat,* vti super fami-
lia pecuniaque sua legassit, ita ius esto. *Quæ de re videantur*
Rulandin. *de testament part.1 rubr.2.num.1.* Speculat. *in titu.*
de instrument.edit.§.compendiose.num.3. Philip. Franc. *ad ru-*
bric.ext.de testament.vers. decimooctauo prohibetur, &c. hosque
allegans Reusnerus *in tractat. de testament. part. 2 capit.*
23. numero quinto, nec non Ioannes Dauth. *in tractat. de*
testament. sub rubric. qui testament. fac. possunt, numero
148.
6 Neque aduersatur, quod † testamenti factio non pri-
uati, sed publici iuris est *l.3.ff.qui testam.fac.poss.* Filiusfa-
milias autem in his, quæ sunt publici iuris, pro patrefa-
milias habetur. *l. filiusfamilias. 9. ff.de his, qui sui vel alien.*
iur. sunt l. nam quod 14.in princ. ff.ad senatusconsul. Trebellian.
Etenim ambiguitas siue æquiuocatio latet in verbis, *iuris*
7 *publici.* Siquidem † iuris publici pleraque dicuntur, quo-
rum ius ad statum rei Romanæ spectat, vt magistratus, sa-
cerdotia, & similia, *de quibus in l.1.§.huius studij.2.ff.de instit.*
& iur. In iis filiusfamilias non sequitur ius patriæ pote-
statis, sed loco patrisfamilias habetur, *sicuti colligitur aperte*
ex d.l.9.ibi, vt magistratum gerat.&c. ff.de his,qui sui vel al.iur.
sunt, & d.l.14.initio.§.vlti. legis præcedentis.ff.ad SC. Trebel-
lian. vbi expressim est; filiumfamilias, in magistratu po-
situm, etiam aduersus patrem suum quippiam statuere
posse. Hoc vero sensu testamenti factio non est iuris
publici: quia ius de testamentis constitutum non perti-
net immediate ad statum rei Romanæ, sicuti magistratus,
& similia munera. Alia igitur ratione testamenti factio
iuris publici dicitur, nempe hac, quod potestas testandi
non cuiuis pro arbitrio suo competat; sed illi tantum, cui
ius publicum, siue lex facultatem istam concessit. *L.te-*
stand. 13 *Cod.de testament.* Iac. Pac. *cent.5.* ἐναντιοφανῶν
quæst. 85.
8 Nihil † item obstat, quod filiusfamilias ius quoquo
modo contrahendi, & bona inter viuos alienandi habet.
l.3 §.is autem solus.ff.ad SC.Macedo. l.filiusfamilias.39.ff.
de obligat.& act.l.1.& tot.tit.ff.de pecul.l.1.& tot.tit.ff.de in rem
vers.& titul. quod iussu. ac proinde multo magis testandi
ius habere debet: cum satis inhumanum sit, viuum qui-
dem licentiam habere, totam suam familiam alicui dona-
re; morienti autem huiusmodi licentiam adimere,
auctore Iustiniano in tit.Instit.de leg. Ful. Canin. *toll.* vbi An-
gelus, Portius, & Dd. communiter tradunt, valere in iure
argumentum à contractibus ad vltimas voluntates, *per*
l.vltim. Cod. de legatis. Nam respondetur: ita † denium 9
valere argumentum à contractibus ad vltimas volunta-
tes, si eadem ratio subsit *l.seruum.44.§ cum qui.5.& l.qua*
de legato.46.ff.de legat.1. l.qui chirographum.59. ff.de legat 3.
Euerhard. in Topic. *loc. à contractib.ad vltim. voluntates,*
&c. Secus vero est, si non sit eadem, sed diuersa ratio:
aut si maior sit fauor, aut maius præiudicium; quale est
in testamentis, in quibus & hereditas & familia, quam
non habet filiusfamilias, transferitur: sicut nec contra-
hendo illa dari, aut in alium transferri potest. *l. hereditas.*
5.C.de pact.conuent.l.ex eo instrumento.4 C.de inutilib.stipu-
lat. imo ne † codicillis quidem hereditas potest relinqui 10
§. penultim. Institut. de codicill. Cæterum in contractibus
bona priuata & singularia filiofamilias transferre licet:
quæ omni iure ad eum pertinent, vel pertinere possunt,
& minoris præiudicii sunt: eoque priuatorum pactis
subiacent. *l.1.§.si conuenit 6.ff.deposit.l.contractus. 23.ff de reg.*
iur. Reusnet. *d.tract.de testam. part. 2.cap.23. num.9. & sub-*
seqq.
Filiusfamilias, etiam † cum patris consensu, non potest con- 11
dere testamentum.] Diuersum obtinet in donatione cau-
sa mortis, quæ à filiofamilias, patre permittente, fieri
potest. *l.tam is 25.§.1.ff.de mort. caus. donationib & latius ex-*
plicat Clarus noster infra libr 4. §. Donatio quæst. 6. num. 4.
Vera differentiæ ratio hæc mihi videtur: quia † dona- 12
tio causa mortis, non publici, vt testamenti factio, sed
priuati iuris est. Quæ autem priuati iuris sunt, priua-
torum etiam pacta admittunt. *d.l.1.§.si conuenit.6.ff.depo-*
sit.& dict.l.contractus.23.ff.de regul. iur. Viglius *ad princip.ti-*
tul.Institut.quib.non est permiss.fac. testament num 7.cum seqq.
ibique Giphanius & Heigius *num. 4.* Quibus addendi
sunt, post alios, quos citant, Michael Grassus *lib.1.re-*
cept. sentent §.donatio causa mortis. num.1.vers.cæterum si pater
consenserit, &c. & §.testamentum, quæst.23.num.5. Iohannes
Dauth. *tractat.de testament. sub rubr qui testam. fac. poss.num.*
190. Thadeus Piso *lib.1.var.resolut.cap.6.num.14. & lib.4.*
cap.4.num.10 & Matthias Ber *l.lib.1.conclusio.practicabil.part.*
3.conclus.1.num.8. & seqq. vbi varias diuersitatis istius rationes
adducit.
Etiamsi huiusmodi peculium aduentitium spectaret ad ipsum
filiumfamilias pleno iure.] Quod † filiusfamilias de illis et- 13
iam bonis aduentitiis, quorum pater vsumfructum non
habet (de quibus agit gloss. *in Auth.n.idem est in his.C.de*
bon.quæ liber. &c. & Thadeus Piso *d. lib.1.cap.6.numer.7.&*
8.) testamentum facere nequeat, defendunt, præter
Doctores hoc loco à Claro memoratos, Emanuel Soa-
rez *in thes.iur. recept. sent.lit.T.num.24.* Petr. Gregor. *lib.42.*
syntagm. iur. vniuers.cap.8 num.4. Viglius *num* 16. Wesen-
bec. *num.3.* Mynsinger. *num.6.* Heigius *num.9.* & Vulte-
ius *num. 11. ad princip.titu. Instit. quibus non est permiss.fac.te-*
stam. Grassus *d.lib.1.recept. sentent. §.testamentum, quæst.23.*
num.2. Didacus Couarruu. *in rubric. de testament. part.3.*
num.9.& 28. Vasquius *de successionum creat.§.2: num.10.* Do-
nell. *lib.6.Comment de iur. ciu.cap.5 pag.10.& c.28.in fin* Dn.
Collega Bocer. *in tract.de bello.lib.1.c.20.nu.10. & in tract.de*
munc.stitura feud.c.3.nu.45.& seq. Bronchorst. *cent.3.* ἐναντιο-
φανῶν *assert.21.* Cuiacius in *Nouell.117.c.1.* Balduinus in Iu-
stiniano suo *pag.136.* Fachin. *lib.5 controuers. iur.c.25.§.& li-*
cet quoad testamenti factionem, &c. item cap.94. Arumæus
exercit. Iustin. 7.thes.6. Tesaurus *decis.* Pedemont. 150.

*num.11.*Schegk *in delibat.iur.disp.9.th.43.*Forster *lib.2.disput.*
*12.thes.13.*Hœnon. *disp.7 controuers.13.* Andr. Gerhard. *de-*
cad.7 exercit.Iustin.quæst.7. Wegner. *disp.7 ad Instit.th.4.lit.*
*E.*Setser. *disput.13 ad Instit.th.7.*Barter *decad.3 quæst.4* Pau-
lus Betens *disp.6.ad Instit.thema.2.quæst.6.* Dauth. *d.rubr.qui*
testament.fac.poss.num.154 aliique per eum citati. Tametsi in
contrariam abeant sententiam Decius *in l.nemo.11.fine pen-*
ult.C.qui testa.fac.poss. Wurmbser. *lib.1.pract.39 obs.16.eumq;*
allegant Gothofredus *ad l.3.C.d.titul.* Vaudus *lib.1.quæst.1.*
Treutler. *vol.2.disp.10.th.2.lit.C.& disp.seq.th.2.lit.A.* Hun-
nius *lib.2.var.resolut.iur.ciu tract.5.q.10.& alii relati à* Couar-
14 ruu. *dict.rubr.de testam.part.3.num.9.* Cæterum † prioris &
receptioris & verioris sententiæ fundamentum solidum
habetur *in d.l.penult. C.qui testam.fac.poss.* vbi Iustinianus
Imp. diserte expressit, per illam legem (*puta l.cum oportet.6.*
§.fin autem.C de bon.quæ liber. vel certe *l.vlt.§.ipsum autem fi-*
lium.5.vers.filiis autem familias.C.eod.tit. vt putat Dauth. *d.*
loco,num.155.) quia inductum est, vt certis in casibus filio-
familias plena proprietas acquiratur, testandi facultatem
ei minime concessam esse.

Huicque † conclusioni non obstat *Nouell.117 c.1.§.1.*vbi
15 Iustinianus Imp. filiusfamilias licentiam permittit de istis
bonis, quæ pleno dominii iure ad ipsos pertinent, quo
velint modo disponere. *Nam* Imperator ibi non loquitur
de dispositione testamentaria siue vltimæ voluntatis; sed
de dispositione administratoria seu domestica inter viuos
vt Græcus textus arguit, in quo non est διατίθεσθαι, id est,
testari; sed διοικεῖν, quod administrare significat. Et tex-
tum istum de dispositione inter viuos, quæ fit per contra-
ctus, necessario accipiendum esse, etiam hac ratione o-
stenditur: quod libera facultas illa disponendi, de qua
textus agit, conceditur filiisfamilias, *si perfectæ sint ætatis*, id
est, 25. annorum, vt Cuiacius & Gothofredus *ibidem no-*
tant. Si vero ætate minores sint, tutorum vel curatorum
potestati gubernatio permittitur. Constat autem, tuto-
res vel curatores de bonis pupilli vel minoris testandi ius
non habere: eumque, qui perfectæ ætatis non est, modo
non sit impubes, sibi ipsi testamentum facere posse. *l.à qua*
ætate.5.ff.qui testam.fac.poss.

16 Similiter † non obsistit, quod filiusfamilias de rebus
aduentitiis ideo testari non possit, quod eo etiam mortuo
earum rerum vsusfructus patri, quamdiu vixerit, incolu-
mis conseruetur. *l.vlt.C.de vsufruct.* Id autem in proposito
themate longe diuersum sit: ac proinde cessante istliac
ratione, & ius cessare debeat, *arg l.adigere.6.§.quamuis.ff.de*
iur.patronat.c.cum cessante.60.de appellat. Quamuis enim
vsusfructus nostro in casu patri non quæratur: nihilomi-
17 nus tamen peculium aduentitium manet: quia † acciden-
tia non mutare propriam rei formam: plusquam manife-
stum est, *argum.l.generaliter.24 §.proinde. 5.ff.de fideicommiss.*
libert.attrib. Menoch. *consl.35.n.19.lib.1.* Quia & testamentum
non solum est dispositio de bonis, sed etiam de iure fami-
liæ, quod deest filiofamilias: cum ipse sit in familia patris.
l.pronunciatio.195.§.familiæ.2 ff.de verbor.significat.Plura argu-
menta quæ hanc conclusionem euertere videntur, diluimus ad
princ.tit. Institut.quib. non est permiss.fac. testam.num.31.&
seqq.

18 *Non potest testari de dote sua aduentitia.*] Quod † filiafa-
milias nupta, quæ est capax dotis profectitiæ & aduenti-
tiæ, licet habeat heredem ab intestato, non possit testari
de dote, tenent etiam Ioannes Dilectus Durantes *in tract.*
de arte testandi.tit.1.cautel.1.num.1. Viuius *communi. opinion.*
lib.1.verb filiusfamilias.num.4. Grassus *lib.1.recept.sentent.§ te-*
stamentum,quæst 23.nu.3.& Thadeus Piso *lib.1.var. resolutio.*
cap.6.num.3.

Quod pater sit captus ab hostibus, &c.] Quod † filius eius,
19 qui captus est ab hostibus, pendente patris captiuitate,
testamentum facere non possit, tradunt Alexander *in l.lex*
Cornelia 28.num.10.ff de vulg.& pupill.substit. Fernand. Vas-
quius *de successio.progress.§.1.nu.3.*Emanuel à Costa *in l.* Gal-
lus *29.§.& quid si tantum.5.part.2.num.92.ff.de liber.& posth.*
heredib.instituend.eosque referens Grassus *dict.§.testamentum,*
quæst.23.num.7.

Scias tamen. quod de bonis castrensibus.] Cur † filiusfami- 20
lias de bonis castrensibus, vel quasi, testari valeat, etiam
absque patris consensu, hæc addenda est ratio: quia in illis
bonis pro patrefamilias habetur. *l.2. ff. ad senatusconsult.*
Macedon. *l.si quis.6.§.vltim.ff.de iniust.rupt.irr.fact.testam.*
l.pen.& vlt.C.qui testam.fac.poss. Piso *d.lib.1.var.resol.capit.6.*
num.7.

An valeat statutum, &c.] Quod † statutum disponens, 21
filiumfamilias testari posse, subsistat, hac ratione confir-
matur: quia filiifamilias possunt per statutum habilitari:
cum iure positiuo introductum sit, quod testari nequeat.
Et hæc esse communem opinionem testatur Viuius *in suis*
communib.opin.verb.statutum.lib.1.prout eum refert & sequitur
Grassus *d.§.testamentum,quæst.23.in fine.*

QVÆSTIO XIX.

SVMMARIA.

1 *Bannitus quatenus testari possit, distinctione declara-tur.*

2 *Banni vocabulum vnde, & quid sit, qui item banniti dican-tur, remissiue.*

A*Vt bannitus vult testari secundum statuta ciuitatis, &c.*]
Quod † bannitus, si velit testari secundum statuta 1
ciuitatis, à qua bannitus est, non possit testari; sed si velit
testari secundum ius commune, possit, frequentioribus
Dd.calculis recepta distinctio est. Eamque, *post* Bartol.&
Goffred.& Imol. *in l.eius,qui 8.§.1.ff.qui testam.fac.poss.* te-
nent Michael Grassus *lib.1.receptar.sentent.§.testamentum,*
quæst.17.num.4. Menochius *consil.492.num.3.* Farinac. *in sua*
prax.crim.tit.de var.& diuers. quæstionib.qu.102.inspect.1.num.
11.83.& 95. hosque allegans Thad. Piso *lib.1.var.resolut.cap.4.*
num 5.

Propter bannum] Banni † vocabulum vnde deriuetur, 2
quid sit, & quis eius pœnam imponere possit; qui item
banniti nostro tempore dicantur, & quibus æquiparen-
tur, post Iacobum de Arena & Nellum de S. Geminiano
in tract. de bannit.& alios dilucide explanat Andreas Gail.
lib.2.de pace publica.cap.1.& Nicolaus Reusner. *in tract.de te-*
stam.part.2.cap.57.

QVÆSTIO XX.

SVMMARIA.

1 *Quatenus bannitus hereditatem ex testamento capere pos-sit.*

2 *Quo remedio bannito, ab omni successione excluso, succur-ratur.*

A*N bannitus possit capere ex testamento.*] Communiter
recepta conclusio est: Quod † bannitus stante sta- 1
tuto, eum impune offendi posse, queat succedere bene-
ficio iuris communis, & capere hereditates vel ex te-
stamento, vel ab intestato deuenientes, non autem
quæ ex iure municipali deferuntur: sin autem impu-
ne offendi nequeat, vtroque iure tam communi
quam

quam municipali ad hereditates admittatur. Et ita, *citra Doctores hic recitatos*, tradunt Tiraquell. *de retract.lignag. §. 1.gloss.9.num.27.* Hippolyt. de Marsil. *in practic.crim.§.aggredior.num.*100.Bossius *in tit.de bonor.publicat.n.*69. Ioan.Cephal.*consil.*324.*nu.*18.*lib.*3.*hosque laudans* Michael Grassus *lib.* 2.*recept.sent.§. institutio.qu.*3.

Si extaret statutum excludens expresse bannitum ab omni iu-
8 *re,&c.*] Cautela † siue remedium, quo quispiam eiusmodi bannito succurrere valeat, tale est: quod videlicet alius heres instituatur, & rogetur, hereditatem huiusmodi bannito restituere, cum redierit in gratiam, & restitutus fuerit, *argum.l.in tempus.* 62.*ff. de heredib. instituend. Et sane cautelam suggerit* Ioannes Dilectus Durantes *in tract.de art. testand.tit.*1.*cautel.*10.*in fine, Eiusque meminit etiam* Giacharius *hic in suis addit.*

QVÆSTIO XXI.

S V M M A R I A.

1 *Condemnatus ad mortem an testamentum facere possit.*
2 *Quid de eo hodie statuendum.*
3 *Iure nouissimo nemo, propter delictum aliquod, seruus pœna efficitur.*
4 *Obiectio diluitur.*
5 *Damnatus ad mortem, si ex manibus iudicis eripiatur, nequid testari queat.*
6 *Quid, si pœna, ad quam fuit condemnatus, iure sit prohibita.*
7 *Et quid si à sententia fuerit appellatum.*
8 *Crimen mortalitate extinguitur.*
9 *Absens damnatus per sententiam ex forma statuti, quod absens pro confesso habeatur, quatenus testari possit.*
10 *Sententia condemnatoria, vigore statuti municipalis lata, extra locum porrigere effectum suum nequit.*

CVm per condemnationem effectus sit seruus pœnæ, non pote-
1 *rit testari.*] Indubitatum est, damnatum ad † mortem testamentum condere non posse. *l.si quis filio.* 6.*§. sed & si quis.*6.*ff.de iniust.rupt.irr.fact.testam.l.ex iudiciorum.*20.*ff.de accusat. l.qui vltimo.* 29.*ff.de pœnis.* Huiusque prohibitionis ratio sita est partim in publicatione bonorum, partim in eo, quod damnati ad mortem amittebant ciuitatem & libertatem, & pœnæ serui efficiebantur. *d. l. qui vltimo.*
2 29.*ff.de pœn. §.1.Instit. de capit. deminut.* Atque † hoc quidem iure Digestorum obtinere, inter omnes constat: sed an idem iure Nouellarum procedat, ambigitur? Et idem etiamnum hodie procedere, Doctores communioribus calculis concludunt, Bartol. *in d.l.qui vltimo.*29.*ff.de pœn.& in l.eius,qui.*8.*§.vlt.ff.qui testam.fac.poss.* Couarruu. *in rubr.de testament.part.*3.*num.*27. Natta *consil.*178. Ferinac. *in praxi crim de var. ac diuers. quæst. q.*102. *num.*118. *inspect.*2. Vasquius *de succession.resolut.lib.*1.*§.*3.*num.*34 *cum seq.& lib.*3. *controuersiar. illustr. cap* 96.*num.*2. & 3. Grassus *lib.*1.*recept. sentent.§.testamentum, quæst.*26.*num.*2. Cuiac. *in d.l.eius, qui* 8.*in fin.ibique* Ferret. *num.*10.*ff.qui testam fac poss.* Peregrin. *lib.*3.*de iur.fisc.tit.*2.*num.*4. Gail. *lib.*1.*de pace publ.c.*19. *num.*8. Thadeus Piso *lib.*1.*var. resolut.cap.*3. *num.*2. Donell. *lib.* 6. Commentar. *de iur.ciu. cap.*16.*ibique* Hilliger. *in suis not. ad lit.*L Dauth. *in tract.de testam. tit.n. qui testament.fac.poss.num.* 209.Rolandinus Passagorius *in tract de testament.& vltim. volunt.rubr.*2.*num.*30.*& seq.* Anto. Faber, *de errorib pragm. decad.*73. D.Bocer. *lib.*1.*de bello.cap.*20.*num.*21. Arumæus Exercit. Iustin.7.*thes.*7. Cramerus *disceptat.*11.*th.*17. Barter. *decad.*6 *quæst.*9. Schröter. *diatrib. domestican. decad* 5. *qu.*3. Wegner. *disputat.*7.*ad Institu.the.* 4.*ad lit.*I. Treutler. *volum.*2. *disputat.*10.*th.*2.*ad lit.*B. Matthias Berlichius *conclusion. practicabilium, part.*3.*conclus.*8.*num* 3.*& seq aliique nonnulli.* At contrariam sententiam, quod videlicet hodie capitali supplicio addicti testari possint, tanquam veriorem & benigniorem probant, Alberic de Rosat. *ad d.l.eius,qui* 8.*§.*1.*num.*1.*ff.qui testament.fac.poss.& in auth.bona damnator. num.*2.*C.de bon.damnator.* Vighus *in §.sed hactenus.num.*9.*Instit.de milit.testam.* Salicet. *in auth.sed hodie,nume.*2.*C.de donat. inter vir. & vxor.* Ioan. Igneus *in l.*1.*§.qui sibi.num.*108.*ff.de SC.* Silanian. Wesenbec. *in paratitl.ff. qui testam.fac. poss.num.*13. Petr.Gregor. *lib.*42.*syntagm.iur. vniuers.cap.*8.*num.*11. Heigius *in §.eius,qui* 5.*num.*5.*cum seqq. Institut.quib.non est permiss.fac.testam.* Forster. *lib.*2.*disput.*12. *th.*14. Hackelman. *disput. illustr.*16.*the* 4. *lit.*S. Nebel. *disp.* 19.*th.*2.*lit.*B. Schegk. *in delibat.iur.disput.*9.*th.*47. Matth. Coler. *decis.*34.*num.*3.*&* 6. Daniel.Moller. *in comment.ad constitut. Saxon. pag.*3. *constit.*6. *num.*1.*& seq.* Matth. Stephani *cent.*2.*quæst.*54 *lit.*A.*& alii.* Cum † enim nouissi- 3
mo iure nemo propter delictum, quantumuis atrox, pœnæ seruus efficiatur. *dict.auth.sed hodie.C.de donation.inter vir. & vx. Nouell.* 22.*cap.*8. & damnatum propter aliquod crimen publicatio bonorum non comitetur, excepto maiestatis crimine, *Auth.bona damnatorum. C.de bonis proscriptor seu damnator.Nouell.*134.*cap. vltim. circa finem.* mutata & cessante ratione iuris veteris, quæ damnatis ad mortem testamenti factionem adimebat; non male asseritur, ita damnatos hodie testamentum facere posse, *argument. capit. cum cessante.* 60. *de appellation. & similium.*

Nec obstat, quod † dissentientes existimant, ne quidē 4
hodierno iure hac in parte aliquid immutandum: quia cessante bonorum publicatione, ipso iure ad ascendentes vel descēdentes, id est, parentes vel liberos, bona damnatorum transferantur, sicq; iis adimantur. Nam libertatem, & consequenter etiam ciuitatem, condemnatis saluam & integram manere, satis patescit *ex d. Auth.sed hodie.C de donat.inter vir.& vxor. & d. Nouell.* 22.*cap.*8.*iuncto §.*1.*Instit. de capit.deminut & iis, quæ ibi notauimus.* Et quod ad liberos, vel parentes, bona deuolui dicuntur: non impedit, quo minus condemnati, facto testamento, aliam bonorum suorum diuisionem faciant; relicta tamen parentibus & liberis legitima. Siquidem dispositionem istam tantum ab intestato obtinere; & vti benigniorem, non solum in liberorum, sed & condemnatorum commiserationem proditam esse, colligi videtur *ex d. Nouell.* 22.*cap.*8.*& docet* Heigius *in d. §.eius,qui* 5.*Instit. quib.non est permiss.fac. testam.* vbi subiicit, hanc opinionem constitutione. *Electorali* 6.*p.*3. approbatam esse. Idem testatur Ioachimus à Beust. *in l.admonendi.*13.*num.*494.*ff.de iureiurand. Idemque prolixius explicat* Berlichius *d.part.*3.*concl.*8.*nu.* 11.*& subseqq.*

Ex manibus iudicum aufugerit, &c.] Etsi † damnatus ad 5
mortem, post sententiam condemnationis latam aufugiat, aut ex manibus iudicis eripiatur: nihilominus tamen eum testari non posse, *vltra Claram nostrum hic*, tenent Michael Grassus *d.§. testamentum, quæst.* 26. *num.*4. Capycius *decis.*102. *num.*104. Surdus *consil.*90. *num.*12. *lib.*1. Peregrin. *dict. lib.*3.*de iur. fisc. titu.*2.*num.*3. Farinac. *prædicta quæstio.*102. *inspect.* 2. *num.* 115. *eosque citans* Thadeus Piso *dict. libr.* 1. *var. resolution. capit.* 3. *numer.* 4. *nec non* Nicolaus Reusnerus *in tractat.de testament.part.*2.*cap.* 38.*num.*3.

Sed pone, quod iudex condemnat reum ad pœnam mortis, &c.]
Quod, si † pœna per sententiam imposita sit à iure pro- 6
hibita, condemnatus non efficiatur intestabilis, *præter hoc loco allegatos tradit quoque* Grassus *d. §. testamentum, quæst.*26.*num.*6. Idem plane est, si à sententia condemna-



7 toria fuerit appellatum. Si † quis (*inquit diserte Marcianus*
IC.)in capitali crimine damnatus, appellauerit, & medio
tempore, pendente appellatione, fecerit testamentum, &
ita decesserit: valet eius testamentum. *l. qui à latronibus.13.*
8 *in fin. ff. qui testam. fac. poss.* Integri † enim status decedunt,
qui in reatu obeunt, crimenque mortalitate extinguitur.
l. vlt. ff. ad leg. Iul. maiest. l. 2. C. si reus vel accusat. mort. fuerit. Grass.
d. quaest. 26. *nu.* 7. Reusn. *d. part.* 2. *c.* 38. *num.* 13. *& seq.* Piso *d. lib.*
1. *c.* 3. *num.* 11. *aliiq; per hunc relati.*

9 *Aut vero talis condemnatus erat absens, &c.*] Quando † sen-
tentia fertur in absentem ex forma statuti, quod absens
habeatur pro confesso: tunc taliter damnatus non amit-
tit libertatem, nec seruus pœnæ efficitur: ac proinde te-
stari poterit secundum ius commune, non vero secun-
dum ius municipale siue formam statuti: dummodo te-
stetur de bonis, extra territorium illud, in quo fuit con-
10 demnatus, sitis. Sententia † namque condemnationis,
vigore statuti municipalis lata, extra locum effectum suũ
porrigere non potest. *Ita sentiunt* Bald. Salicetus, & Cor-
neus *in l. 1. C. de heredib. instit.* Grassius *d. quaest.* 26. *num.* 8. Piso
d. cap. 3 *num.* 8. Farinac. *d. praxi crimin. de var. ac diuers. quaest.* 4.
102. *in spect.* 1. *num.* 1. *&* 4.

QVÆSTIO XXII.

SVMMARIA.

1 *An deportatus nouo iure testari queat.*
2 *Nunquid deportatus aliquid ex testamento capere, aut ab in-testato succedere possit.*
3 *Deportatus pro mortuo habetur.*
4 *Deportatus non amittit, quae sunt iuris gentium.*
5 *Contractus sunt iuris gentium.*
6 *Si deportatus sit heres institutus, cui illa hereditas deferatur.*
7 *Intellectus l. hereditas.* 4 *C. de his, quib. vt indignis, &c.*
8 *Sententia l. si deportati.* 7 *in princ. ff. de legat.* 3.
9 *Relegatus testari potest, etiamsi in sententia relegationis ei bo-na sint confiscata.*

1 NVnquid deportatus possit condere testamentum.] Quod †
deportatus ne quidem hodie testari possit, tenent
Bartol. *& alii communiter in l. eius, qui.* 8 §. 1. *ff. qui test. an. fac.*
poss. Peregrinus *lib.* 3. *de iur. fisc. tit.* 5. *num.* 7. Fernandus Vasq. *de*
success. progress. §. 1. *& de success. resolut.* §. 3. Michael Grassus *lib.*
1. *recept. sent.* §. *testamentum, quaest.* 17. *num.* 1. Thadeus Piso *lib.*
1. *var. resol. c.* 3. *num.* 14. *&* Nicolaus Reusn. *in tract. de testa. part.*
2. *cap.* 56. *num.* 12. *& seqq.*

Nunquid deportatus possit capere ex testamento.] Deportatus
2 † nec aliquid capere ex alterius testamento, nec ab inte-
stato succedere potest. *l.* 1. *ibique* Bartol. Bald. Angel. Salice-
tus, Iason, Sichard. & Gilkenius *C. de heredib. instituen.* Gras-
sus *d. lib.* 1. *recept. sent.* §. *legatum. quaest.* 10. *&* §. *institutio. q.* 2. *nu.*
2. *& d* §. *testamentum, q.* 17. *num.* 2. Villalob. *commun. opin. lit.*
D. *num.* 62. Vasq. *de success. progress.* §. 2. *num.* 4. *& lib.* 3. *contro-*
vers. illustr. cap. 102. *num.* 3. Francisc. Bursat. *consil.* 48 *num.* 28.
& Peregrinus *d. lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 2. Eiusque ratio manifesta
3 est: quia † hereditas est nomen iuris ciuilis; *l. lege obuenire.*
130. *ff. de verb. significat.* cuius iuris respectu deportatus pro
mortuo habetur. *l.* 1. §. *penult. ff. de bonor. possess. contr. tabul. l. si*
necem. 4 §. *si deportatus.* 2. *ff. de bon. libertor.* Reusne. *d. c.* 56. *num.*
4 12. *in fine.* Sane † deportatus licet non per vltimam volun-
tatem; attamen per contractum acquirere potest: quo-
niam non amittit ea, quæ sunt iuris gentium. *l. sunt quidam*
17. *in fin. ff. de pœnis.* Atqui † contractus iuris gentium esse
5 constat. *Lex hoc iure.* 5. *ff. de iustit. & iur. l. ius gentium.* 7. §. 1. *ff.*
de pact. Sichard. *in d. l.* 1. *num* 3. *C. de heredib. instit.* Peregrin. *d.*
lib. 3. *tit.* 5. *num.* 10. Cephal. *cons.* 324. *num.* 16. *&* 17. *lib.* 3. Fari-
nac. *de var. ac diuers. quaest. q.* 102. *in spect.* 3. *n.* 163. Thad. Piso *d.*
lib. 1. *var. resol. c.* 3. *num.* 15.

Hereditas autem ipsa non applicatur fisco.] Si † deportatus sit 6
de facto heres institutus, tunc alii instituti, vel venientes
ab intestato succedunt, excluso fisco, *vt tradunt* Cynus *nu.*
2. Franc. Aret. *num.* 2. Bartol. *num.* 1. Alberic. de Rosat. *num.*
2. Angel. *num.* 3. Castrens. *num.* 3. Iason *num.* 3. Fulgos. *num.* 4.
Salicet. *num.* 9. Philipp. Corn. *num.* 11. *hosque referens* Gilke-
nius *num.* 42. *in d. l.* 1. *C. de heredib. instit. &* Michael Grassus *d.*
§. *institutio. quaest.* 2. *in fine.* Etenim ad hoc, vt fiscus bona au-
ferre possit, necessarium est, vt aliqua sit hereditas: cum a-
lias fisco applicari nequeat. Iam vero certum est, depor-
tatum neque ex testamento, neq; ab intestato quippiam
acquirere posse. *d. l.* 1. §. *penult. & vlt. ff. de bonor. poss. cont. tab.*
d. l. si necem. 4. §. 2. *ff. de bon. libert.*

Non † obstat *l. hereditas.* 4. *C. de his, quib. vt indignis heredi-* 7
tates aufer. vbi hereditas fisco vindicari dicitur. *Nam* ea lo-
cum habet in his, qui capaces sunt ipsius testamenti: sed
tamen ob aliquod factum indigni redduntur, ita vt fiscus
ex ea causa hereditatem auferre possit. Sic † quoque non 8
aduersatur *l. si deportati.* 7. *in princ. ff. de legat.* 3. vbi legatum
seruo deportati relictum, fisco applicatur. *Breuiter* enim
respondetur: in ista lege idcirco legatum fisco cedere,
quod seruus fisci reuera sit. Neque ad rem pertinet, quod
seruus deportati appelletur: causa quippe præcedentis
domini hoc impetrasse videtur Fulgos. *in d. l.* 1. *num.* 5. *C. de*
heredib. instit. Sed vide istam legem accuratius explicantem Pe-
trum Gilkenium *ibidem nu.* 46.

Relegatus autem non perdit testamenti factionem, licet in sen-
tentia relegationis sint etiam confiscata eius bona] Adde, † præ- 9
ter rationes hic expositas; & illam: quod bonorum pu-
blicatio futura bona, quæ relegatus acquirere, & de qui-
bus testari potest, non includit, *l. si mandauero.* 22. § *si cu-*
ius. 5. *ff. mandati. Et notant* Castrens. *in l. eius, qui.* 8. §. *si cui.* 1.
ff. qui testam. fac. poss. Peregrinus *d. lib.* 3. *de iur. fisc. tit.* 5. *num.* 14.
& Thadeus Piso *d. lib.* 1. *var. resol. c.* 3. *n.* 10. *& seq.*

QVÆSTIO XXIII.

SVMMARIA.

1 *Damnatus ad perpetuos carceres, vel ad remiges, an testari possit.*
2 *Iure ciuili nemo ad perpetuum carcerem potest damnari.*
3 *Quo casu perpetuo carceri mancipatus testari nequeat.*

NVnquid condemnatus ad perpetuos carceres perdat testamen-
ti factionem.] Damnatum † ad perpetuos carceres, 1
vel ad perpetuo remigandum, iure nouo testamentum
facere posse, verius videtur: tum quia seruus pœnæ non
efficitur. *Auth. sed hodie. C. de donat. int. vir. & vxor. Nouell.* 22.
cap. 8. Tum † quia iure ciuili nemo ad perpetuum carce- 2
rem damnatur. *l. aut damnum.* 8. §. *solent* 9. *ff. de pœn. l. incredi-*
bile. 6 *C. de pœn.* Couarruu. *ad rubr. de testam. part.* 3. *num.* 27.
Marant. *in l. si potest.* 18. *ff. de acquir. vel omitt. hered. num.* 118.
Peregrinus *lib.* 3. *de iure fisc. tit.* 4. *num.* 5. *&* 9. Farinac. *de var.*
ac diuers. quaestionib. q. 102. *in spect.* 3. *num.* 146. *&* 158. Soarez
in thesaur. recept. sent. lit. C. *num.* 21. Thadeus Piso *lib.* 1. *var. re-*
solut. cap. 3. *num.* 19. Sane † si quis ob eiusmodi crimen car- 3
ceri in perpetuum sit deuotus ac mancipatus, ex quo pu-
blicatio sit bonorum, & quis intestabilis redditur: tunc
nullo modo eum testari posse, cum nec bona is habeat,
de quibus testetur, concludunt Philipp. Franc. *in rubric. de*
testam. vers. duodecimo quaeritur. &c. Simon de Pratis. *lib.* 2. *de*
interpret. vlt. volunt. dub. 1. *sol.* 4. *num.* 84. *eosque referens* Nico-
laus Reusner. *in tractat. de testam. part.* 2. *capit.* 40. *num.* 4. *&*
Petr. Gregor. *lib.* 42. *syntagm. iur. vniuers. c.* 8. *num.* 12. *Eaque*
de re videantur quoque post alios, quos citant, Michael Grassus
lib. 1.

lib.1.recept.sent.§.testamentum, quæst.28.num.3. & Petrus Gilkenius *ad l.2.n.11.C.qui test.fac.poss.*

QVÆSTIO XXIV.

SVMMARIA.

1 *An excommunicatus testamenti factionem habeat.*
2 *Manifeste quoq; excommunicatus testari poterit.*

1 Q*Vod nisi excommunicatus possit testari, &c.*] Quod † excommunicatus, id est, à communione Ecclesiæ anathemate Pontificio segregatus habeat vtramque testamenti factionem, & actiuam, & passiuam, tenent vltra Doctores hic recitatos, Didacus Couarruu. *in rubr.de testam.part.2.nu.18.* Fernand. Vasq. *de successio.progress.lib.1.§.1.nu.120.* Bened. Capra *concl.102.n.188.* Viuius *commun opin. lib.2.verb.excommunicatus.nu.5.* Anto. Gabriel *commun.conclusio.lib.4.tit.de testam.conclus.1.hosque referent* Michael Grassus *lib.1.recept.sent.§.testamentum, quæst.24.nu.1.* & Thadeus Piso *lib.1.var.resol.c.12.num.9.*

2 *Quod excommunicatio sit occulta.*] Siue † occulte, siue manifeste & publice quis excommunicatus fuerit, nihilominus eum testari posse (*contra Clarum nostrum hic hæsitantem*) simpliciter statuunt Bart. *in l.si quæramus.4.nu.9.ff.qui testa.fac.poss.* Benedict. Capt *d.concl.102.nu.189.* Couarruu. *d.rub.part.2.num.18.* Grassus *d.quæst.24.num.2. hosque laudans* Piso *loco modo annotato.*

QVÆSTIO XXV.

SVMMARIA.

1 *Infamis vtrum testari possit.*
2 *Infamem testari posse, multis rationibus demonstratur.*
3 *Mulier, intra annum luctus secundo nubens, infamis efficitur.*
4 *Vt & ex causa ignominiosa à militia dimissus.*
5 *An periurus testamentum facere queat.*

1 A*N infamis possit testari.*] Infamem † testamentum facere posse, communis opinio est, vt *post Dd hic à Claro relatos,* testantur Michael Grassus *lib.1.recept.sent.§.testamentum.q.32.* Emanuel Soarez *in thesaur.recept.sentent.lit.I.num.59.* Duaren. *ad tit ff.qui testam.fac.possunt sub rubr.de his, qui testam.fac.poss.vers.nunc videndum est de in, &c.* Matthias Stephani *sent.2.quæst.54.ad lit.R.* & Iohannes Dauth. *in tr.*
2 *de test.tit.qui test.fac.poss.num.265.* Huiusq; communiter † receptæ sententiæ multiplex est ratio: Tum quia nulla lex reperitur, quæ specialiter prohibeat infamem testari. Ergo ei permissam esse testamenti factionem, affirmandum est, *argum.l.1.§.1.ff.de testibus l.mutus.43.§.1.ff.de procuratorib.l.cum prætor.12.ff.de iudic.l.qui accusare.8.ff.de accusationib.* Tum quia Caius IC. *in l.eius.qui.8.ff.qui testam.fac.poss.* anxie & scrupulose docet, variis exemplis in medium productis, qui ob pœnam & crimen, vel conditionem amittant testamenti factionem; & tamen non meminit eorum, quibus infa-
3 miæ nota inuritur. Tum † quia *in l.1.C.de secund.nupt.* ab Impp. Gratiano, Valentiniano & Theodosio rescriptum est: mulierem, quæ intra annum luctus secundo nupsit, infamem fieri; & præterea hac pœna plecti, vt vltra tertiam partem bonorum suorum, non possit marito secundo testamento relinquere. Quibus verbis manifeste ostenditur: eam posse testamentum facere, modo tertiam partem bonorum suorum legando non excedat. Tum † denique quia à militia ex causa ignominiosa di- 4
missus, infamis est, & priuilegium militare amittit: & tamen iure communi testari non prohibetur. *l.testamenta.26 ff.de testamento milit.* Atque † hinc infertur: periurum, 5
licet infamis sit. *l.si quis maior.41.C.de transactionib. Can.infames.17.* & *can.quicunq; 18.caus.6.q.1.c.querelam.10.ibiq; gloss. super verbo, periuriu. De iureiurand.* tamen testamentum facere posse *per notata* Ioannis Andreæ *in c.quod semel.21.nu.9. de regul.iur.in 6.* & Reusner. *in tract.de iure testam.part.2.cap.49. num 4.*

QVÆSTIO XXVI.

SVMMARIA.

1 *Manifestus vsurarius an & quatenus testari possit.*
2 *Eiusmodi vsurario sepultura ecclesiastica denegatur.*
3 *Constitutio c. quanquam.2.de vsur. in 6. de qua cautione accipiatur.*
4 *An testamentum reconualescat, si cautio de restituendis vsuris, postea ex interuallo præstetur.*
5 *Quid, si vsurarius desierit exercere vsuras.*
6 *Et quid, si præstitit cautionem, & postea vitium vsurarum continuauit.*
7 *Num dispositio d.c.2. habeat locum in Iudæo.*
8 *Ecquid mercator, qui merces carius vendit, si solutio differatur, quam si in præsenti pecunia numeretur, pro manifesto vsurario habeatur.*
9 *Testandi libertas omni iure concessa.*
10 *Testamenta suum sortiri effectum, publice interest.*
11 *Contractus ex consuetudine iudicatur licitus.*

A*N vsurarius manifestus possit testari.*] Manifestum † vsurarium seu fœneratorem testari non posse, nisi 1
cautione de restituendis vsuris prius præstita, constat *ex c.quanquam 2.circa finem vbi* Ioan. Andreæ, & Canonistæ. *de vsur.in 6.* Vasquius *de succession. progress.libr.1.§.1. numer.178.* Michael Grass. *lib.1.recept.sent.§.testamentum. qu 33. num.1.* Couarruu. *ad rubr.de testament.part.3.num.11.* & *lib.3.var.resolut.cap.13.num.9.* Eiusque † ratio est vsuræ ipsius 2
fœditas & labes maxima: quæ sane tanta est, vt (*secundum canones*) reo istius criminis non tantum sepultura ecclesiastica denegetur: sed & præterea is excommunicetur; adeoque plane intestabilis reddatur. *d.c.2.in princ.de vsur.in 6. Clement 1.de sepultur.* Panormita. *cons.1.lib.2.eumq; citant* Nicolaus Reusner. *in tractat.de iure testament. part.2. cap.47. num. 2.*

Nunquid sufficiat nuda cautio, &c.] Quod † *d.cap. quanquam.2.de vsur. in 6.* Non de simplici siue nuda, sed de fideiussoria vel pignoratitia cautione accipi debeat, *vltra glossam* & Couarruuiam *hic allegatos*, tenent Antonius Gabriel *Roman. commun. conclusio. libr.4. titul.de testament. conclus.3. num.10.* & Grassus *dict. §.testamentum, quæst.33. num. 8.* 3

Magis communis opinio est, quod reconualescat.] Quod † testamentum vsurarii manifesti siue conditione prædicta præstita conditum reconualescat, si postea ex interuallo præstetur, *post alios à se memoratos*, affirmat Grassus *dict. quæst.33.num 4.vers. contrarium vero, &c.* vbi *num.5.* subiicit, hoc adeo verum esse, vt sufficiat, etiamsi testator dimittat procuratorem ad præstandam istam cautionem, *per notata* Angeli *disputatio. incip.* Astensis *miles. quæst.12.* Viuii *commun.opin. lib 1. verb. vsurarius.* & Iohannis Dilecti Durantis *in tractat.de arte testandi.tit.1.cautel.7. num. 2.* 4

Si vsu-

Si vsurarius manifestus desinat exercere vsuras.] Conclusio,
5 qua † astruitur, vsurarium manifestum non posse testari,
nisi præstita cautione de soluendis & restituendis vsuris,
procedit non tantum in eo, qui tempore testamenti est
vsurarius manifestus, sed etiam in eo, qui isto tempore
artem fœneraticiam intermisit; vt *post Angel. in d. q. 22.* Co-
uarru. *d. lib. 3. var. resol. c. 3. num. 9. & vers. nono, &c.* Anto. Ga-
briel. *d. conclu. 3. num. 9.* annotauit Grassus *d. quæst. 33. nu-*
6 *mer 2.* At † quid, si vsurarius manifestus, præstita prius
cautione, testamentum rite fecit, & tamen post testamen-
tum secrete vitium vsurarum continuauit; ecquid testa-
mentum valebit? Tale testamentum non valere, sed irri
tari, merito responderunt Ange *d. dispu.* Astensis *mler.*
quæst. 13. Bened. Capra *tractat. regul. conclus. 102. num. 19. hos-*
que laudans Grassus *d. quæst. 33. nu. 3.* Haud enim videtur ne-
gotiationem improbam seu fœneraticiam dimisisse, qui
redit ad vomitum, crimenq; reiterauit.

Nunquid dispositio d. c. quanquam habeat locum etiam in Iu-
7 *dæis*] Iudæos, † manifestos vsurarios, absq; præstita cautio-
ne idonea de vsuris restituendis, testari posse communi-
ter receptum est. *vt testantur* Alexand. *consil. 6. vol. 6.* Ant.
Gabriel *d. conclu. 3. num. 8.* Viuius *commun. opin. lib. 1. in verb.*
vsurarius. Grassus *d quæst 33 num. 6. &* Reusn. *d. part. 2. de iu-*
re testament. c. 47. num. 15. Tam etsi contrarium defendant
Carolus Molinæus *in addit. ad* Alexand. *d. consil. 6. &* Co-
8 uarruuias *d capit. 3. num. 9. vers. septimo, &c.* Illa † quæstio
non inutilis hic addenda est: an mercator, qui merces ca-
rius vendit, si solutio differatur, quam si in præsenti pecu-
nia numeretur, pro manifesto vsurario haberi debeat, ita
vt in crimen prauitatis vsurariæ, adeoque in pœnam *dicti*
c. quanquam. 2. de vsur in 6. quo testamentum vsurarii irri-
tum esse statuitur, incidat? Et illum incidere, sicq; tan-
quam manifestum vsurarium testari non posse, volunt
Panormitan. *consil. 22 lib. 1. &* Andr. Siculus *consi. 67. colum.*
9 *5. lib. 4.* Sed † contrarium, saltem consuetudine ita dictan-
te, verius propterea esse videtur: tum quod pœna ista hæc
odiosa sit, & auferat hominibus testandi libertatem, quæ
omni iure concessa est. *l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. & similib.*
10 tum quod † Reipublicæ maxime intersit, vt testamenta
suum sortiantur effectum. *l. vel negare. 5. ff. testam. quemadm.*
aperiant. Sicuti & alias celebrans contractum, qui com-
muniter pro licito habetur, quamuis alioquin iste con-
tractus vsurariam sapiat prauitatem, non idcirco tamen
vsurarius manifestus dicitur, *arg. l. quis sit fugitiuus. 17. §. apud*
Labeonem 12. ff. de ædilit. edict. Decius *in l. 1. num 17. vers. sed cer-*
te ista conclusio. & in l. procurator. 7. num. 7. C. de edend. Siqui-
11 dem † contractus ex consuetudine licitus & permissus
iudicatur, *argum. l. quid ergo. 3. §. 1. ibi, vel his, quæ in regione ob-*
seruantur. ff. de contrah. & vtil. act. tutel. l. tutor, qui repertorium.
7. §. quæ autem sunt 10. vers. ex cæteris causis secundum morem
prouinciæ. ff. de administrat. & peri. tutor. l. cum seruus 39. §. apud
Iulianum 1. vers. in vsurarum autem quantitate mos regionis erit
sequendus. ff. de legat. 1. l. 1. in princ. ibi, ex more regionis. & l. in con-
traria. 37. ibi. quæ in regione frequentantur. ff. de vsur. Roland. à
Valle *cons. 75. num 43. lib. 1. & cons. 90. num. 26. lib. 2.* Straccha
in tract. de mercat. part. 2. num. 37. Reusner *d. part. 2. de iure test.*
c. 47. num. vltim.

QVÆSTIO XXVII.

S V M M A R I A.

1 *Clerici qui, & vnde dicti.*
2 *Prælatus vel clericus quatenus testari possit.*
3 *An Papa queat dare clerico licentiam testandi de bonis Ecclesiæ. remissiue.*
4 *Quatenus pontifex ipse testari valeat.*
5 *Imperator de rebus, ad imperium pertinentibus, testari nequit.*

NVnquid prælatus aut clericus possit testari.] Hic adden- 1
dum, quod † clerici intelligantur sacerdotes Eccle-
siæ, sic dicti, vel quia cleri, id est, populi à Deo electi cu-
ram gerant: vel quia sorte diuina electi, id est, à Deo vo-
cati & ordinati sunt. Etenim κλῆρος idem est Græcis,
quod sors Latinis: & ideo clerici appellantur; quia de
sorte Domini sunt; vel quia Domini partem habent, *vt*
vult Isidorus. *in can. 1. Distinct. 21. in prin.* vbi clericorum no-
mina & gradus exponit.

Circa bona patrimonialia videtur absolutè dicendum, &c.] De
† bonis patrimonialib. vel hereditariis, vt sunt heredita- 2
tes, legata, donationes, & similia, potest Prælatus, Episco-
pus, vel clericus testari, & heredem, quẽ velit, instituere,
etiamsi filios vel propinquos non habeat: nec Ecclesiam
heredem relinquere tenetur. Idque procedit non solum
in bonis, quæ habuit ante clericatum, sed etiam postea ac-
quisitis ex suo tanto labore & industria. Nam de bonis
ex patrimonio Ecclesiæ, vel contemplatione eius acqui-
sitis, testari prælatus vel clericus non potest; vt *post Cla-*
rum nostrum Didacum Couarru. *Viuium & alios*, fusius do-
cent; Michael Grassus *lib. 1. recept. sent. §. testamentum, quæst.*
34. num. 1. & 2. & Nicolaus Reus. *in tract. de iure testamentor.*
part. 2. c. 32. num. 4. 6. & 18.

Nunquid Papa possit dare licentiam clerico testandi de bonis Ec-
clesiæ.] Adde † videndos Didacum Couarruu. *in cap. cum in* 3
officiis 7. num. 7. ext. de testam. Grassum *d. quæst. 34. num. 9. &*
Reusnerum *d. cap. 32. num. 16. aliosque ab his citat.* Sane † 4
ne Papa quidem aut summus Pontifex ipse aliter testari
potest, nisi de bonis suis patrimonialibus: non autem de
Pontificatu, aliisque ad Pontificatum pertinentibus, hoc
est, de B. Petri patrimonio, vt vulgo loquuntur, *gloss. in l.*
cum heredes 7. super verb. liceat, C. qui testam. fac. poss. Philipp.
Franc. *ad rubr. de testam. lib. 6.* Perinde † vt nec Imperator 5
de imperio, aut ad ius Imperii pertinentibus hodie testari
posse creditur, *vt notat idem Francus in d. rubr. vers. vigesimo*
quarto prohibetur Imperator, &c. eumq. referens Reusn. *d. cap. 32*
num. 21. & seq. Atque huc pertinent, quæ de potestate Imperatoris
latissime tradidimus ad Epigraphen proœmii Institution. num. 45.
& multis sequentib.

QVÆSTIO XXVIII.

S V M M A R I A.

1 *Num monachus contemplatione ingressus possit testari, etiam non, ex data solennitate iuris communis.*
2 *Plus concedi debet militibus cœlestis, quam armatæ militiæ.*
3 *Spiritualia temporalibus præferenda.*
4 *Minus est in spe, quam in re.*
5 *Fauore religionis priuilegiatur volens ingredi ad hoc, vt insistetur ad ingressum.*
6 *Vbi vtrique publica versatur vtilitas, idem iudicatur de eo, qui est in via ad actum, prout de eo, qui est in actu.*
7 *Qui de proximo creandus est miles, pro milite habetur.*
8 *Potentia propinqua actui habetur pro ipso actu.*
9 *Pœna statuti de offendente Scholarem matriculatum, in quo locum habeat.*
10 *Mens & intellectus Nouell. 5. cap. 5.*
11 *Sententia can. quia ingredientibus. 7. caus. 19. q. vlt.*
12 *An testamentum conditum ante religionis ingressum, per subsequentem postea ingressum irritetur, remissiue.*
13 *An & quatenus monachus post ingressum, & ante professionẽ, testamentum facere possit.*
14 *Intellectus auth. ingressi. C. de sacrosanct. Eccles.*
15 *Si ingressus monasterium moriatur intra annum probationis,*

qui

cui debeantur eius bona, num monasterio, an venientibus ab intestato.

16 *Vtrum monachus post professionem possit facere testamentum.*

17 *Et quid, si efficiatur Episcopus.*

18 *Et quid, si ingressus protestatus sit, vt possit bona retinere.*

19 *Quo pacto pater, qui monasterium ingrediens, inter liberos testari queat post professionem.*

20 *Et quid, si non habeat liberos, sed parentes, an inter ipsos parentes testari valeat.*

21 *Vt legitima filiorum, ita & parentum aucta est.*

22 *Parentes in legitima superant pauperes & captiuos.*

23 *Parentes quatenus donationem inofficiosam reuocare possint.*

24 *Monasterium quando filii loco habeatur.*

25 *An monasterium fictus filius dici queat.*

26 *Fictio imitari debet naturam.*

27 *An & quatenus monachus post professionem possit reuocare aut mutare testamentum, ante professionem factum, remissiue.*

1 IN *primo tempore certum est, &c.*] Monachus † ante in-
gressum monasterii non modo testamentum facere
potest, *per rationem hic à Claro adductam*: sed etiam si quis-
piam testari velit ante religionis ingressum, intuitu ta-
men siue contemplatione ipsius ingressus, testari pote-
rit, etiam non seruata solennitate iuris communis, vt *post*
Bartolum & Decium *hic laudatos* tenent Iason *in authen. si
qua mulier. num. 22. & 23. C. de sacrosanct. Eccles. Panormita. &*
Anton. de Butrio *in c. in præsentia 8. de probat. hosque allegans*
Thadeus Piso *lib 1. variar. resolut. cap. 8. num. 3.* Et licet hæc
opinio in puncto iuris (*teste Claro hic*) patiatur aliquam
difficultatem: tamen sequentibus rationibus non im-
2 probabiliter sustinetur. Primo † enim si illud permit-
titur militibus armatæ militiæ, qui pugnant pro defen-
sione temporalium & corporum: multo magis permit-
3 tendum erit militibus cœlestis militiæ, qui † pugnant
pro defensione spiritualium & animarum, quæ omni-
bus temporalibus præferenda sunt. *capit. solitæ. 6. § quod
autem sequitur. de maioritate & obed. can. præcipimus. 24. caus.
12. q. 1.* Et quanquam Salicetus, eiusque asseclæ *in d. auth.
si qua mulier. C. de sacrosanct. Eccles.* dissentiendo obiiciunt
simile istud de milite adductum non esse bonum: cum
procedat: in eo tantum, qui actu est miles, non in eo,
4 qui cogitat siue sperat fieri miles, vt † in casu nostro: &
minus sit in spe, quam in re, *argum. l. minus est. 204. ff. de reg.
iur.* attamen respondetur, quod fauore religionis priui-
5 legiatur volens ingredi ad hoc, vt † inuitetur ad ingres-
sum: sicut videmus, quod ingressus priuilegiatur in ca-
su, quo inter liberos testatur, vt facilius ad ingressum in-
6 uitetur. *d. auth. si qua mulier. C. de sacros. Eccles.* Deinde † re-
sponderi poterit, quod quando versatur publica vtilitas,
vt hic fauor religionis esse videtur, idem iudicatur de eo,
qui est in via ad actum, prout de eo, qui est in actu, *argu.
l. abesse. 32. & l. qui mittuntur. 35 ff. ex quib. caus. maiores. 25. an.*
7 *in integr. restit.* Quò confert, quod † qui de proximo cre-
andus est miles, habetur pro milite, & qui de proximo
est accingendus, pro accincto habetur. *l. penult. ff. de testam.*
8 *milit.* vbi Baldus notat, quod † potentia propinqua actui
habetur pro ipso actu. Eodem facit, quod tradit Angel.
9 *in l. ex eo tempore, 42. ff. eod.* dum ait, quod † pœna statuti
de offendente Scholarem matriculatum, habeat locum
in eo, quem Rector iussit matriculari, licet nondum esset
descriptus in matricula: quoniam de proximo matricu-
10 landus, pro matriculato reputatur. Secundo prædicta †
opinio probatur *per textum in Nouell. 5. de monachis, cap. 5.* vbi
Iustinianus decernit: eum, qui in monasterium introire
voluerit, antequam monasterium ingrediatur, licentiam
habere suis vti, quo voluerit modo. Ergo absque solenni-
tate iuris: quia qui habet potestatem disponendi de bonis
suis, quo vult modo potest testari sine solennitate iuris. *l. 1.
ff. de testam. milit.* Nec mouet si obiiciatur, textum istum
intelligendum esse de actibus inter viuos, quibus verbum
illud *vti* magis conuenit, quam vltimæ voluntati. *l. vti frui.
5. ff. si vsusfruct. pet.* Nam verba illa, *vti quomodo voluerit*, pla-
ne generalia sunt, quæ etiam testamento conueniunt. A-
liud quippe est dicere, quem posse vti bonis, quomodo
velit: aliud, vti & frui bonis suis; vel simpliciter, vti bonis.
Siquidem primo casu verificantur verba etiam testando,
*d. l. 1. cum ibi notatis. ff. de testam. milit. & l. 1. C. de sacrosanct. Ec-
cles.* Secundo autem & tertio casu conueniunt actibus in-
ter viuos tantum. Præterea ratio assignata *in d. Nou. 5. c. 5.*
generalis est: quia dicit Imperator quod ingrediens post
ingressum non possit vti rebus suis, quomodo voluerit:
quia amplius non erit earum dominus. Ergo ante ingres-
sum poterit: quia erat dominus. Ad † cuius sententiæ 11
confirmationem accedit textus *in can. quia ingredientibus. 7.
caus. 19 q. vltim.* vbi aperte dicitur, ingredientibus mona-
sterium post ingressum vlterius nullam esse licentiam te-
standi: & sic negatur omnis potentia, tam de iure com-
muni, quam speciali. Ergo ante ingressum vtroque mo-
do licebat testari: alioquin illa verba vniuersalia nihil o-
perarentur: quia satis fuisset dicere, non sit licentia te-
standi; vt *post alios*, id declarat Thadeus Piso *d. lib. 1. var. re-
solut. c. 8. num. 11.*

Nunquid tale † testamentum per subsequentem religionis in- 12
gressum annulletur.] Adde de hac quæstione prolixe disser-
tantes Didacum Couarruu. *in c. 2. num. 5. de testam.* Fernan-
dum Vasq. *de success. creat. § 1. 20. num. 29.* Michaelem Gras-
sum *lib. 1. recept. sent. § testamentum, q. 34. nu. 2. cum seqq.* Nico-
laum Reusnerum *in tract. de iure testamentorum, part. 2. c. 31. n.
12. cum seqq.* & Thadeum Pisonem *d. c. 8. nu. 12. & subseqq. vbi
omnium fusissime quæstionem istam explicat.*

Dixi, secundum tempus considerari posse, &c.] Monachus † 13
post ingressum, & ante professionem potest facere testa-
mentum, & de bonis suis disponere eodem modo, quo
potest & ante ingressum. Etenim monachus nouitius in-
tra annum probationis tanquam laicus censendus est: nec
dicitur monasterium ingressus is, qui nondum professio-
nem fecit, *arg. d. c. 2. vbi* Couarruu. *num. 4. & seq de testam. &
d. can. quia ingredientibus. 7. caus. 19. qu. vlt.* Bartol. *num. 20. &
cæteri scribentes in d. auth. si qua mulier. C. de SS. Eccles.* Raphael,
Fulgos. Alexand. & Corneus *in l si quis heredem. 7. C. de instit.
& substit.* Grassus *d. quæst. 34. num. 5.* Tiraquell. *de retract. li-
gnager. § 1. gloss. 8. num. 34. vbi ad hoc plures citat.* Nec † aduer- 14
satur textus *in auth. ingressi. C. de SS. Eccles.* vbi traditur, quod
solo ingressu bona monasterio acquirantur, & conse-
quenter monachus de ipsis testari non possit. *Nam* acci-
pi debet de ingresso cum effectu, & sic secuta professio-
ne, non autem de eo, qui simpliciter ingressus est, & habi-
tum assumpsit, *vti loquuntur.* Is namque dicitur nouitius
& non proprie ingressus; quemadmodum, *post Doctores su-
pra relatos*, docet Thadeus Piso *d. lib. 1. c. 8. nu. 19.*

Licet si decedat intestatus, eius bona acquirantur monasterio.]
Hanc † Iulii Clari opinionem amplexi sunt iam olim Ia- 15
cobus de Rauenn. & Petrus de Bella pert. *in d. authen. si qua
mulier. C. de sacros. Eccles.* Ant. de Butr. *in c. de præsentia. 8. col. 17.
de probationibus, que late* Barbat. *num. 51. & multis sequentibus.*
At verior æquiorque est sententia existimantium, quod
eiusmodi bona non acquirantur monasterio, sed debean-
tur venientibus ab intestato: maxime, quando ingrediens
expresse non contulit bona sua monasterio, sed simplici-
ter intrauit causa probationis. Tunc enim cum intra an-
num non sit religiosus, *cap. religioso. 21. § 1. de sentent. excom-
municat. in 6.* & bona nec tacite, nec expresse transiue-
rint ad monasterium, & adhuc habeat facultatem con-

dendi testamentum, & decedat ab intestato: conse-
quens vtique est, vt ei proximiores succedere debeant:
& eo magis, cum idem obseruetur in clerico seculari,
qui magis est astrictus Ecclesiæ, quam existens intra an-
num probationis; cui prius consanguinei, & in defe-
ctum Ecclesia succedit. *can.fin.12. quæstio.5. Et ita sentiunt*
Petrus de Anchar. *in capit. beneficium.4. de regularibus in 6.*
Iason *in l. authen. si qua mulier. numer.59.C. de sacrosanct. Ec-*
clesi.eosque referens Piso *prædicto lib.1.variar.resolut. cap. 8 num.*
31. Eadem de re inspiciatur Petrus Gilkenius *ad d.auth. ingres-*
si,num.31.C.de SS.Eccles.

16 *An religiosus professus possit condere testamentum.*] Quod †
monachus post ingressum, & post factam professionem,
nec testamentum condere, nec aliquo alio pacto de re-
bus suis disponere possit, adeo verum certumque est,
17 vt † procedat, etiamsi ille factus fuerit Episcopus. Nam
adhuc testari non poterit, non solum de bonis iam mo-
nasterio quæsitis, sed nec etiam de aliis postea obuenien-
tibus. Huiusque ratio non obscura est: quia monachus
propter episcopatum, in totum à regula non eximitur,
nec à substantialibus ipsius regulæ: & ideo nihil potest
habere proprium, nec mutare habitum; vsque adeo,
vt si deponat habitum monasticum, & assumat roche-
tum, sit excommunicatus, *argum. textus in cap.2. Ne clerici*
vel monachi secularib.negoc.se immisc.in 6. Et tradunt Iason
in d.auth. ingressi.num. 14. cum seq C.de sacrosanct. Eccles. Co-
uarruu. *in c.1.num.18.de testam.* Thadeus Piso *d.lib.1.capit.*
18 *8.num. 33. aliique ab eo designati.* Quin † & licet ingressus
protestatus sit, vt possit bona retinere, vel professus sit
sub hac conditione, vt bona retineat: adhuc tamen te-
stari minime poterit: cum huiusmodi protestatio & con-
ditio non valeat: eo quod est contra substantiam reli-
gionis, vt monachus aliquid proprium habeat. *cap. cum*
ad monasterium. 6. in fin. ibique gloss. super verb. abdicatio. de
statu monachor. c.si religiosus.27.de elect.& electi potest.in 6.can.
non dicatis.11.caus.12.q.1. Grass. *d.§.testamentum,qu.34.num.6.*
vbi plures allegat.

19 *Scias tamen, quod poterit huiusmodi professus, &c.*] Si ille,
qui liberos habebat, antequam de rebus suis disponat,
monasterii legem amplectatur; poterit facultates suos
ita inter liberos distribuere, vt quod reliquum est, mo-
nasterio competat, sed tamen sine diminutione legitimæ
portionis. Quod si autem omnem substantiam diui-
dere velit, hoc etiam ipsi liberum erit, dummodo suam
personam inter illos connumerat, & tantundem sibi re-
tineat, quantum vni ex prolibus æqualiter institutis re-
linquit. Vnde si quinque millia aureorum in bonis ha-
beat, & quatuor sint proles siue liberi, mille aureos pro
sua persona deducet. Quod si autem post ingressum
monasterii, antequam de bonis suis disponat, moriatur:
legitimam portionem reportabunt filii: reliquum mo-
nasterio addicitur, *per textum expressum in Authent. si qua*
mulier. C.de sacrosanct. Eccles. ibique gloss. Bartol. Bald. Iason,
20 Gilkenius & Dd. *communiter notant.* At † quid statuen-
dum, si ingressus liberos non habeat, sed parentes: ec-
quid inter eos testari poterit? Et illum etiam inter pa-
rentes (*repudiata* Azonis *opinione contraria*) testari posse,
non sine ratione affirmant Iacob. Buttig. Odofred. Sali-
cetus *num.9.&* Bartol. *num.19. in d.authen. si qua mulier. C.*
eodem. Tum quia eadem est ratio æquitatis in patre,
quæ in filio: cum vicissim ei hereditas debita sit, saltem
ordine turbato, licet non ex voto: & proinde ita patri
datur querela, sicut filio. *l.pater filium.14.& l.seq. in princ.*
21 *ff.de inoffic. testam.* Vnde † quemadmodum legitima fi-
liorum suum augmentum recepit: ita & in parentibus
quadrans in trientem est commutatus. *Nouell. 18. cap. 1.*
& latius probauimus in §.vltim.num.19.& seqq. Instit.de inof-
22 *fic. testament.* Tum † quia parentes in legitima supe-
rant pauperes & captiuos, *per textum indistincte loquentem*
in authen. presbyteros, & diaconos. C. de episc. & cleric. Sed
pauperes & captiui superant monasterium, *& in authen.*
nisi rogati. C.ad SC. Trebell. Ergo & parentes in legitima
monasterium superare debent. Tum quia ingressus di-
citur sua conferre monasterio iure donationis, *teste Bar-*
tolo. Atqui parentes possunt vsque ad legitimam, dona-
tionem inofficiosam reuocare. *l.si filius.4.C.de inoffic. do-*
nat. Ergo dicendum est, quod † filius etiam testando eis 23
aliquid relinquere possit.

Huic sententiæ non obstat, quod † monasterium ha- 24
beatur loco filii. *Nouell.123.cap.37.d. auth. nisi rogati. Cod.ad*
SC.Trebellian. c.in præsentia.8.de probationibus. Filium autem
excludere parentes certum sit. *auth.in successione. C.de suis*
& legit.liber. Nam respondetur, monasterium non ha-
beri loco filii, nisi in casibus iure expressis, *vt notant* Imol.
& Aretin. *in leg.si ita quis.51.§.si, cui.ff de legat. 2.* Panormi-
tanus *& alii in d.c.in præsentia.8. de probat.* Sed † nullibi in 25
iure reperitur expressum, quod monasterium habeatur
loco filii ad exclusionem parentum. Præterea nec fictus
filius monasterium dici potest. Si enim monasterium
esset filius: sequeretur, quod monasterium tot censere-
tur habere patres, quod monachi in monasterio reperi-
rentur. At consequens est falsum. Ergo & antecedens.
Falsitas consequentis inde relucet, quod † fictio saltem 26
in genere imitari debet naturam. *§.minorem.4.Instit de ad-*
optionib. Sed secundum naturam etiam in genere impos-
sibile est, quem habere plures patres naturales. *leg. fi-*
lium.6.ff.de his,qui sui. vel alieni iur.sunt. Ergo nec per fictio-
nem istud induci potest. *Verum vide* Thadeum Pisonem,
copiosius illud enodantem dict.libro primo, variar.resolut.capit.8.
num. 36.

An professus possit testamentum antea conditum reuocare.]
Monachum † post factam professionem, neque mutare, 27
neque reuocare posse testamentum ab eo ante professio-
nem factum, nisi inter liberos testetur, concludunt vltra
Clarum nostrum, Didacus Couarruu. *in cap.2.num.9.in fin.*
Grassus *in d.§.testamentum, quæst.34.num.8.in fin. eosque refe-*
rens Piso *d.cap.8. num.vlt.*

QVÆSTIO XXIX.

SVMMARIA.

1 *Quis proprie monachus & religiosus dicatur.*
2 *An differentia sit inter mendicantes & alios religiosos.*
3 *Quatenus fratres minores, prædicatores, & alii religiosi non mendicantes sint capaces hereditatum, tam ex testamento, quam ab intestato, remissiue.*

AN *scilicet monachi vel religiosi possint capere ex testamen-*
to] Addendum hoc loco, quod † monachus & re- 1
ligiosus proprie ille dicitur, qui tria vota profitetur:
nempe votum castitatis, paupertatis, & obedientiæ. *cap.*
cum ad monasterium. 6 de statu monacho. Et ætas, quæ ad
profitendum isthæc tria vota requiritur, olim erat an-
norum 14. in masculo, & 12. in fœmina. *cap. significa-*
tum. 11.& cap. cum virum. 12. de regularib. can.puella.2 quæ-
stion.2.capit. 1.de regularibus in 6. hodie vero est annorum
decimasexta, completorum, *ex concilio Tridentin. sess. 25.*
capit.15.

Distinguendum est inter mendicantes & alios religiosos.]
Hic addendum, quod † hodie *ex dict. concilio Tridentin.* 2
sess. 25. capitu.3. Nulla sit differentia inter mendicantes
& alios religiosos, quoad possidendum bona immo-
bilia; sed omnibus monasteriis & domibus, tam

virorum,

virorum, quam mulierum, concessum sit, vt bona immobilia possidere valeant: exceptis tamen domibus fratrum S. Francisci, Capucinorum, & eorum, qui minorum de obseruantia vocitantur, *vt notat* Thadeus Piso *lib.1. var. resolut. c.11. nu.2.*

Fratres minores nullo modo possunt capere ex testamento.]
3 Quatenus † Fratres minores & prædicatores & alii religiosi non mendicantes sint capaces hereditatum tam ex testamento, quam ab intestato, *post Clarum nostrum hic,* Michaelem Grassum *libr.1. recept. sentent. § legatum. quæst.7.* M. Anton. Peregrinum *libr.3. de iur. fisc. titul. 14. & alios,* multis conclusionibus, ampliationibus & limitationibus diligenter explanat Thadeus Piso *dict. capit. 11. per totum.*

QVÆSTIO XXX.

SVMMARIA.

1 *Si monachus heres sit institutus, eique substitutus à testatore datus: an substitutus, si monachus repudiauerit delatam sibi hereditatem, monasterio sit præferendus.*
2 *Monasterium quatenus per monachum acquirat.*
3 *Ius adeundi semper personæ institutæ adhæret.*
4 *Monachus nihil proprij habet, vt & seruus.*
5 *Quæ species voluntatis sit penes seruum.*
6 *Facti quæ sunt, in alium transire non possunt.*

A*N monacho instituto repudiante, monasterium præferatur*
1 *substituto.*] Eo casu, quo † monachus heres institutus repudiauit delatam sibi hereditatem, substitutum monasterio præferri, in puncto iuris verius ego (non attenta opinione contraria, communissime recepta, cuius auctores & defensores plures citat probatque Ioannes Dauth. *ad l.1. num. 128. & seqq. ff. de vulg. & pupill. sub-*
2 *stitut.*) putauerim. Licet † enim monasterium omne, quod acquirit, per monachum acquirat. *leg. Deo nobis. 56. §. huius autem. 2. Cod. de episc. & cleric.* id tamen, facto & aditione monachi intercedente, intelligendum est. *leg. ei, qui. 13. ff. de conditionibus instituti.* præsertim cum aditio in omnibus (exceptis suis & necessariis) heredibus necessaria reputetur. Nemo quippe ex eo, quod heres institutus sit, locupletior perhibetur, nisi ipsa aditio accesserit. *leg. pretia rerum. 63. in princip. versic. sed nec heredem. ff. ad leg. Falcid.* Et sane nihil absurdius est, quam vt is, qui in aliena est potestate, aut faciliore, aut alio modo, alium quempiam heredem faciat, quam quo ipse heres esse posset, si sui iuris esset. Iam vero exploratum est: monachum, si sui esset iuris, aliter heredem esse non posse, quam adeundo. *leg. n. qui heres. 13. ff. de acquir. vel omitt. heredit. l. cum proponas. 3. C. de here-*
3 *dib. instituen.* Adde, quod † ius adeundi semper personæ institutæ ita adhæreat, vt nullo modo ab ea auelli possit, *argum. dict. l. n, qui heres. 13. & l. n potest. 18. ff. de acquir. vel omitt. hered. l. potuit. 5. C. de iur. deliber.* Eius siquidem est adire hereditatem, cui illa delata est. *l. delata. 151. vbi* Gœddæus *ff. de verb. signif.*

Neque obstat huic sententiæ *can. non dicatis. 11. causa 12. quæst. 1. & c. si religiosus. 27. de electione & electi potest.* vbi ex-
4 pressum est, monachum † nihil proprii, adeoque neque velle neq; nolle habere. sed ipsius voluntatem ex imperio ac potestate sui Superioris seu prælati dependere. Hoc enim quantumuis concedatur: nulla tamen subest causa, cur monasterium hereditatem monacho delatam, nullo eius facto interueniente, acquirere posse statuatur. Hac namque ratione idem de seruo pronunciandum foret, *contra dictam l. cum proponas. 3. Cod. de heredib. instit.* quippe cum & seruus nihil propri habeat, & quæcunque acquirit, domino, cuius in potestate est constitutus, acquirat, *inuito & §. item vobis acquiritur. 3. Institut. per quas pers. cuique acquir. l. etiam inuitus. 32. ff. de acquir. rer. domin.* neque etiam vllam voluntatem habere censeatur, *argum. l. velle. 4. de regul. iur.* Tametsi † inte- 5
rim non negatur, penes seruum eam voluntatis speciem esse, quæ in mero facto consistit, & hic desideratur. Ios quidem facere potest, vt quis sit heres; non autem, vt institutus sit: quoniam hoc facti est. At † 6
quæ facti sunt, in alium, siue is dominus sit, siue pater, siue alius quispiam transire nec solent, nec possunt. *l. qui heredi. 44. in princip. ff. de condit. & demonstrat.* Quare talem voluntatem, quæ facti est, nec in monasterium transire posse certum est: maxime cum hereditas non monasterio, sed ipsi monacho sit delata. *dict. l. Deo nobis. 56 § 1. Codic. de episcop. & cleric.* *Eaque de re videantur* Claud. Chiflet. *in tractat. de success. capit. 9.* Anton. Faber *de erroribus pragm. decad. 26. error. 7. Politic. de vulg. substit. numer. 54.* Sfort. Oddus *in prælud. substitut. part. 2. quæstion. 4. num. 5.* Anton. Peregrin. *de fideicommiss. articu. 28. numer. 76.* Gouean. *ad titul. ff. de vulg. & pupill. substitut. numer. 21. cum seqq. &* Thadeus Piso *libr. 1. variar. resolution. capitul. 11. numer. 24. & seq. vbi plures allegation.*

QVÆSTIO XXXI.

SVMMARIA.

1 *An & quatenus filius naturalis à patre heres institui possit.*
2 *An item spurius siue ex damnato coitu natus.*
3 *Cur filius vulgo quæsitus institui nequeat.*
4 *Qui proprie liberi naturales tantum, item spurii siue vulgo quæsiti, & ex damnato coitu procreati dicantur, remissiue.*
5 *Vtrum tertius aliquis heres patris, possit filium spurium testatoris instituere.*
6 *An filius spurius legitimatus à patre heres institui queat.*
7 *Ecquid statuto induci possit, vt filius spurius instituatur.*

I*N quota parte possunt parentes filios naturales sibi heredes instituere.*] Communis † & indubitata conclusio est: 1
quod pater, etiam legitimis liberis existentibus, possit in testamento suo vnciam liberis naturalibus, & eorum matri relinquere, id est, partem duodecimam bonorum, *per textum in leg. matre. 2. Cod. de naturalibus liber.* legitimis vero liberis deficientibus, possit filium naturalem vniuersalem heredem instituere, etiamsi habeat ascendentes; dummodo tamen legitimam partem eis relinquat. *Authen. licet patri. Codic. eod.* Huiusque auth. dispositionem procedere etiam de iure canonico, & hodie in vsu ac practica obseruari, *vltra Clarum hoc loco testantur Hostiensis & communiter omnes in cap. Lator præsentium. 5. & cap. tanta. 6. ext. qui filii sint legitimi.* Parisius *consil. 14. num. 15. libr. 2. & alii, quos referendo sequitur* Michael Grassus *lib. 2. recept. sent. §. institutio. qu. 7. num 2.*

Sed quid dicendum est de filio spurio.] Expeditum est, ei † spurio qui ex damnato coitu natus est, nihil ex 2
testamento relinqui posse. *dict. Authen. licet. in fin. Cod.*

solummodo adhiberi solet. Tum etiam quia ibidem episcopo non fuit bonis interdictum: sed is ab officio fuit remotus, & quidem non solum bonorum Ecclesiæ profusionem, verum ob alia etiam crimina, *vt ex ipso textu euidenter constat.*

11 Præterea † non resistit formula interdictionis à prætore factæ, quæ extat apud Paulum *lib 3. sentent. tit 4.* his verbis concepta: *Quando tibi bona paterna auitaque nequitia tua disperdis, liberosque tuos ad egestatem perducis, ob eam rem tibi ære commercioque interdico.* Nam † formula ut hæc ad eum pertinet prodigum, quem talem esse manifeste & notorie nondum liquet. Huic enim de iure solere bonis interdici, liberaliter conceditur. Et hanc sententiam aperte quoque confirmat ius renouatum Wirtembergicum, *part. 2. tit. 30.* § Wann auch *etc. fol. 319.* vbi ita cautum legitur: Wann auch ein solcher off notabel Geuder vnd Verschwender seiner Hab vnd Güter / mit einem andern etwas contrahirt oder gehandelt / daraus ein offenbahre verschwendung scheinbarlich erfolgt / derselbige contract soll ohnbündig / nichtig vnd Krafftlos seyn / auch (ohngeachtet solchem Geuder die verwaltung seiner Güter durch Richterliche Erkandtnuß noch nicht genommen oder abgestrickt gewesen) Gerichtlich darfür erkennet werden.

Ex quibus omnibus perspicuum euadit: notorie prodigum ipso iure bonorum administratione, citra vllum
12 factum aut decretum iudicis priuari. Atque † hanc conclusionem tuentur Petrus de Bellapertica, Raphael Cuman. *Imola & Donellus in d.l.n. cur. 6. ff. de verb obligat.* Ioan. Faber *in dict. §. furiosi 3. Instit. de curatorib.* Bald. *consil. 259. & seq. lib. 2. & cons. 187. lib. 5.* Dn. Collega Bocer. *in tract. de inuestitura feud. c. 3. num 36. & seq.* Stephanus Berchtoldus *in tr. de process. iudic. th. 87.* Arumæus *exercitat. Instit. 12. th. 7. lit. D.* Fachineus *lib 2 controuers. iur. part. 1. c. 61. & nouissime* Helfricus-Vlricus Hunnius *lib. 1. var. ar. resol. iur. ciu. tract. 4. qu cyt. 20.* *Illamque & nos defendimus ad d. § furiosi 3. Instit. de curatorib. nu. 7. & seqq.*

QVÆSTIO XXXIV.

SVMMARIA.

1. *Cur Hæreticis, & his credentibus, testandi facultas adimatur.*
2. *Hæreticus inter liberos orthodoxos testari potest.*
3. *Apostatis vtraque testamenti factio adempta.*
4. *Hæretici qui appellentur.*

1 **V**T *est hæreticus.*] Hæreticis, iisque † credentibus testandi facultatem ademptam esse, apparet *ex l. Manichæos. 4. § ergo 5. & auth. credentes. C. de hæretic. & manich en.* Huiusque præcipua ratio est: tum criminis ipsius atrocitas, cuius iniuria ad omnes pertinet: vnde & publicum crimen dicitur. *d. l. 4. §. 1. C. eod.* tum omnium bonorum publicatio *d. l. 4. §. 1. C. d. tit. late, post alios,* Dauth. *in tract. de testam. tit. qui testam. fac. poss. num. 242. & seqq.* Illisque non immerito ab hominibus sua bona auferuntur, qui Maiestati diuinæ honorem debitum detrahere non reformidarunt. Auth. Gazaros. *C. de hæretic. &c.* Sitamen pater
2 † hæreticus inter liberos orthodoxos testamentum fecerit, id sustinetur, *per textum expressum in Nouell. 115. cap. 3. § quia de prædictis 14 vers. generaliter autem prouidentiam, &c. & Nouell. 144. cap 1.* Reu *nec. in tract. de iure testam. part 2 capit.*
3 *46. num. 20. & seq.* Quemadmodum † autem hæreticis; ita & apostatis lege adempta est testamenti factio, tam passiua, quam actiua: adeo, vt non modo ipsi testamentum facere nequeant, siquidem nec bona habent, de quibus testari [illegible] nt: quippe quæ ipso iure confiscata intel-
4 liguntur. *eum secundum 19. ext. de hæretic. in 6.*) sed † & nemini in hereditate succedant: ac insuper à testimonijs dicendis repellantur. *l. hi, qui sanctam. 3. & l seq. C. de apostatis.* Bonifac. de Vitalib. *in tract. de malefic. sub rubr. de apostatis num. 2.* Appellantur porro hæretici, qui non credunt, quæ in Synodis, Nicæna, Constantinopolitana, Ephesina & Chalcedonensi decreta sunt. *l. quicunque 8. C de hæretic.* Cæterum à diuo Hieronymo vocantur ii, quicunque aliter scripturam faciam, quam Spiritus Sancti sensus flagitat, intelligunt: istumque suum errorem pertinaciter defendunt. *cap. hæresis. 27. cau. 24. qu. 3. c. dixit. 29. caus. 24. quæst. 3.*

QVÆSTIO XXXV.

SVMMARIA.

1. *Heredis institutio alia expressa, & alia tacita.*
2. *Quibus casibus tacita heredis institutio inducatur.*

DVplex *est institutio heredis, expressa scilicet, & tacita.*] Expressa † heredis institutio est, quæ verbis expressis 1 exprimi solet. *l. heredes palam. 21. ff. qui testam. fac. poss. l. iubemus. 29. C. de testam.* Tacita est, quæ ex verborum consequentia colligitur. *l. vltim. C. de hered. instit. vend.* & quibuscunque verbis, vel quolibet loquendi genere formata fuerit, valet: si modo per ea liqueat voluntatis intentio, *vt loquitur Imp. Constantinus in l. quoniam indignum. 15. C. de testam. & tradit* Romanus *consil. 179. num. 9.* & Socinus *senior con. 33 num. 13. vol. 1.* vsque adeo, vt etiam fauore institutionis quandoque à propria verborum significatione recedatur, docente Iasone *in l. vltim. num. 58 C. vnde liberi.* Porro casus, quibus † tacita heredis institutio inducitur, 2 multi sunt: quorum aliquorum aliquos congessit Petrus Peralta *in rubr. ff. de hered. instituend. num. 172. cum multis seqq.* eumque referens Thadeus Piso *libr. 2. variar. resolut. cap. 1. num. 5. & subsequentibus.*

QVÆSTIO XXXVI.

SVMMARIA.

1. *Institutio heredis certa esse debet.*
2. *Cur persona penitus incerta institui nequeat.*
3. *In testamentis requiritur mentis integritas.*
4. *Quatenus heredes institui possint, quos testator nunquam vidit.*
5. *An & quatenus sufficiat, exprimere nomen heredis per relationem ad aliquam schedulam.*

DEbet *institutio esse certa.*] Persona † omnino incerta 1 puta, si testator dicat: *Qui primus ad funus meum venerit, heres esto;* heres institui nequit § *incertis. 25. Instit. de legat.* l. *quæsitum* § *l. in tempus. 62. §. 1. ff. de hered. instituend.* Michael Graffus *lib. 1. recept. sent. §. institutio. q. 16. num. 1. & 2.* Cuius † ratio assignatur ab Vlpiano *in fragment. In- 2 stit. tit. 22. § incerta.* quoniam certum consilium debet esse consilium sue iudicium testantis. Eodem facit § *sed nec huiusmodi. 27. vers. tut. autem. Instit. de legat.* Cum enim † nihil æque 3 in testamentis requiratur, ac mentis integritas. *leg. 2. ff. qui testam. fac. poss.* dementis autem testamentum non valeat; & species amentiæ videatur, bona magno labore quæsita incertæ personæ relinquere: consequitur, incertam plane personam instituti non posse, Hilliger. in Donell. *enucleat. lib. 6. cap. 17. ad lit. X.* Neque † ouet, etiam † eos he- 4 redes institui posse, quos nunquam testator vidit. *§. vltim. Inst. t. de heredib. instit.* Siquidem isthæc incertitudo non est in persona heredis, sed circa eius accidentias; vt circa ci-

ciem, honores, ætatem, & similia: quæ ipsam personam non faciunt incertam. Potest etenim persona de facie multis esse incognita: ast ob varias multiplicesque virtutes, & singularem eruditionem esse notissima, *vti tradunt* Vulteius *in §. & nuum hominem, 4. Instit. d. tit.* D. Obrecht. *disput. 20. th 177. cum seqq.* & Arumæus Exercit. Iustin. 8. *th. 6.* Tametsi alii aliter sentiant, Donell. *lib. 6. comment. de iur. ciu. c. 17. pag. 52.* Cuiac. *in paratitl. C. tit. de incert. perso. in fin.* & Dn. Colleg. Bocer. *class. 3. disp. 4. th. 15. edit. 2.*

3 *Illam tamen intellige, vt procedat, &c.*] Sufficit, † exprimere nomen heredis per relationem ad aliquam schedulam (veluti quia testator dicat: *eum mihi heredem instituo, qui scriptus est in schedula, quam deposui apud Guardianum S. Francisci, &c.*) dummodo aperte constet, quod dicta schedula sit scripta manu testatoris. Ita, *post* Bartolum & Parisium à Claro *laccitatos*, tenent Ioan. Crot. *in l. 1. §. si quis ita in 2. lect. num 4. ff. de verb. obligat.* Boerius *decis. 240. num. 5.* Natta *in auth. quod sine quæst. 10. & 11. C. de testam.* Ludouic. Zuntus *in responso pro vxore. numer. 72. & 76. eosque laudans* Grassus *d. §. institutio. q. 16. num. 4.* & Thadeus Piso *lib. 2. var. resol. cap. 2. num. 2. & 3. vbi id copiosius explanat. Huc, referri poterit, quæ annotauimus supra ad quæst. 4. nu. 8.*

QVÆSTIO XXXVII.

SVMMARIA.

1 *An valeat heredis institutio, ad alterius interrogationem facta.*
2 *Et quid, si testator non possit articulate loqui, mortique sit proximus.*
3 *Num testamentum primum solenniter confectum, per secundum, ad interrogationem alterius factum, tollatur.*

1 E*T ideo si quis interroget testatorem, &c.*] Vt † valeat heredis institutio, nihil referre plerique existimant: testator heredem sua sponte nuncupet, siue proprio ore nominet: an ad alterius interrogationem, voluntatem suam vltimam clare & intelligenter coram testibus, specialiter ad hoc vocatis, exponat. Idque, *post plures alios à se allegatos*, explicatius persequuntur Michael Grassus *lib. 1. recept. sentent. §. institutio. quæst. 17. num. 5.* Menochius *consil. 45 lib. 1. & part. 2 lib. 4. præsumpt. 8. num 5. cum seqq.* Ioan. Dauth. *in tract. de testam. num. 244. pag. 133. cum seq.* Fachineus *libr. 10. controuers. iur. cap. 17.* Gilkenius *in l. iubemus. 29. num. 7. & seqq. C. de testament.* & Thad. Piso *lib. 2. var. resolut. cap. 2. num. 16. & seqq.*

Modo testator ipse non sit adeo oppressus morte,] Institutio
2 † heredis, ad interrogationem alterius facta, an & quatenus valeat, si testator non possit articulate loqui, & morti proximus sit, abunde (*vltra Cæterum nostrum*) declarant Bartol. Cynus, Iacob. Butrigar. Angel. Corn. Salicetus, Iason *& cæter. in d. l. iubemus. 29. C. de testam.* Zasius *consil. 3. num. 73.* Vasquius *lib. 3. illustr. controuers. cap. 101. num. 5.* Grassus *d. §. institutio. q. 17. num. 7. & 8.* Piso *d. lib. 2. c. 2. num. 12. cum seq.* & Nicolaus Reusner. *in tract. de iure testam part. 2. cap. 16. atque per hos adducti.*

3 *Per hoc posterius illud primum non reuocatur.*] Quod † testamentum primum solenniter confectum, per secundum ad interrogationem alterius factum non reuocetur, tenent quoque Ioannes Crot. *in l. 1. § si quis ita ff. de verb. obligat.* Guid. Pap. *consil. 64. in fin.* Zasius *d. cons. 3. num. 38. lib. 1.* Gabriel Roman. *commun. conclus. lib. 4. tit. de testam. conclus. 2. num. 8.* & Grassus *d. quæst. 17. num 11.* Verum contrarium non improbabiliter defendunt Romanus *consil. 306. in secundo dubio.* Alexand. *consil 33. num. 11. lib. 3.* Decius *cons. 489. num. 9.* Ruinus *consil. 12. num. 12. lib. 2.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 8. num. 21.* Fachineus *lib. 5. controuersiar. iur. cap 70. hosque laudans* Thadeus Piso *lib. 2. var. resolut. cap. 2. num. 5. versic. ampliatur quinto, &c.* Cum enim ex communi omnium Doctorum sententia testamentum, ad alterius interrogationem factum, valeat: nihil causæ est, cur primum tollere non debeat, *per textum satis apertum in §. posteriore. 2. Instit. quib. mod. testamenta infirment.*

QVÆSTIO XXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Legitima quid, & cur inducta.*
2 *Quo titulo hodie legitima relinqui debeat.*
3 *An & quatenus Nou. 18. c. 1. concilietur cum Nouell. 115. c. 3.*
4 *Cur liberis legitima præcise institutionis titulo sit relinquenda.*
5 *Quo titulo legitima relinqui possit iure Digestorum & Codicis.*
6 *Quid de iure canonico.*
7 *Intellectus c. Raynutius. 16. ext. de testam.*
8 *Et quid in testamento inter solos liberos condito.*
9 *Mens & sententia l. hac consultissima. 21. §. 1. C. de testam.*
10 *Num in testamento, ad pias causas confecto, legitima sit titulo institutionis relinquenda.*
11 *Quæ solennitates iuris ciuilis in testamento ad pias causas cessant.*
12 *Quid obtineat in eo, qui vult ingredi religionem.*
13 *Vtrum sicuti legitima in liberorum persona est aucta: ita & legitima parentum aucta intelligatur.*
14 *Statutum in vno correlatiuorum, dispositum quoque videtur in altero.*
15 *Patronis quid pro legitima debeatur.*
16 *In successione prior causa filiorum, quam parentum.*
17 *Consideratio dicta Nou. 18 cap. 1.*
18 *Consideratio Nouell. 39. c. 1. & Nou. 92.*
19 *Et quid legitima ascendentium seu parentum titulo institutionis debeat relinqui.*
20 *Et quid in legitima fratrum.*
21 *Quod non mutatur, stare non prohibetur.*
22 *Quid iuris in legitima, per statutum aucta.*
23 *An tota legitima titulo institutionis sit relinquenda.*
24 *Vtrum legitima satis institutionis titulo censeatur relicta, cum testator eam certam vel quantitatem simpliciter reliquit.*
25 *Quid, si testator dicat, relinquo filiæ meæ centum pro dote, respondetur.*
26 *Et quid, si testator iusserit, ad consilium sapientis testamentum extendi, remissiue.*

V*T testamentum valeat, requiritur, quod filio relinquatur legitima titulo institutionis.*] Obiter hic addendum: quod † legitima nihil sit aliud, quam congrua portio eius, quod ab intestato quis, iure legitimæ successionis, habiturus fuisset, *l. Papinianus. 8 §. si quis mortis. 6. ff. de inoffic. testam. l. parentibus. 8. & l. quæ nuper 31. C. eod. l. 2. C. de inofficios. donationib.* ideo inducta, vt per eam querela inofficiosi tollatur, & testamentum impugnatio euitetur. Bald. *cons. 69. num. 1. lib. 1.* Donell. *lib. 9. comment. de iur. ciu c. 4. vers. sed hoc intellecto, &c.* Dominicus Care Tuschus *tom. 5. practicar. conclus. l. L. conclus. 18. num. 1. & seqq.* Rosenthal. *de feud. c. 7. conclus. 13. num. 3. tom 1.* Matthias Berlichius *conclusionum practicabilium part. 3. conclus. 11. num. 1.* Etsi † vero non desunt, qui opinantur, iure nouissimo legitimam non solum institutionis, sed etiam legati, donationis, fideicommissi, & alio quocunque titulo relinqui posse, Bernhard. Walther. *lib. 1. miscellan. c. 9.* Ioan. Vaudus *lib. 1. var. quæst. q. 5.* Forcatul. 1 2 3

licet cuiq; liberum sit, vt vltimum suum elogium in scri-
ptis, vel per nuncupationem promulget. *§.fin. Instit. de te-
stam. ordinand l. hac consultissima, 21. C. de testament.* hic tamen
sola nuncupatio admittatur. Cuius rei ratio est: tum quod
cum testator testamento in scriptis se subscribere, signa-
re, & nomen heredis propria manu exprimere debeat. *l.*
3 *iubemus. 29. C. eod.* hoc cæcus facere non possit. Tum †
quod in testamento in scriptis omnia possint esse secreta.
d. l. hac consultissima. 21. C. d. tit. hoc in præsenti casu, vbi cæ-
cus facile decipi, & aliud pro alio scribi, vel alia scheda sub-
iici potest, non admittendum sit. Sichard. *in d. l. hac consul-
tissima. 8. num. 2. ibique* Gilkenius *num. 3. C. qui testam. fac. poss.*
4 II. Solennitas † est: quod cæcus necesse habet septem
testes, & vna cum his tabellionem, aut loco eius alium
quempiam literarum peritum, sibi aduocare, & coram
iis, quam ob causam eos conuocarit, palam educere, hoc
est, testificari, se velle sine scriptis, cum literas videre ne-
queat, saltem per nuncupationem vltimum elogium
condere. *d. l. 8. circa princip. C. eod.* Tametsi hoc nonnulli
Iustiniani constitutione, tanquam posteriore, sublatam
esse censeant. *l. in testamentis 26. C. de testam.* Viglius & Hei-
gius *in §. cæcus 4. Instit. qui non est permiss. fac. testam.* Salicet. &
Gilkenius *num 4. in d. l. hac consultissima. 8. C. qui testam. fac.
poss.* Alii vero, quamuis istam correctionem ad hunc spe-
cialem casum non producant: testamentum tamen pro-
pter solennitatem tam leuem omissam non vitiari existi-
mant, *argum. l. 1. §. vltim. ff. de ventre inspiciend.* Alexand. Ca-
strens. Iason, Decius & Sichardus *num. 2. & 3. in d. l. 8. C. qui*
5 *testam. fac. poss.* III. Solennitas † est: quod omnibus te-
stamenti capitulis, puta legatis & fideicommissis, heredis
institutio, quæ caput & fundamentum est ipsius testa-
menti, præponi debeat, *argum. d. l. 8. ibi, quibus omnibus ex
ordine peroratis, & c. item circa finem, ibi, in prædictum modum or-
dinantibus & c. C. d. tit. ibique* Bartol. *num. 1.* Cynus *num. 5.* Ful-
gos. *num. 5.* Decius *num. 6.* Alciat. *in rubr. de verb. obligat. num.*
6 *22. & in suis paradox. cap. 16. lib. 5 num. 4.* Cæterum † non
desunt, qui autumant, testamentum cæci ex eo non infir-
mari, quod institutio heredis post legata & fideicommis-
7 sa sit facta: idque sequentibus rationibus. Tum † quia,
omissio leuis alicuius solennitatis dispositionem vitiare
non solet. *d. l. 1. §. fin. ff. de ventr. inspic.* Tum quia formæ istius
subtilitas ideo introducta & excogitata est, ne aliquid falsi
committatur. Atqui siue legata ante heredis institutio-
nem, siue postea scribantur, nihil interesse videtur, ad
8 hanc rationem quod attinet. Tum † quia transpositio-
nem verborum regulariter testamentum non labefacta-
re certum est. *l. Gallus 29. §. 1. ff. de liber. & posthum. heredib.
instit. l. cum in testamento. 37 §. 1. ff. de heredib. instituend. l. moeti-
bus. 2. § sed si quis. 5. ff. de vulg. & pupill. substit.* Tum † etiam
9 quia quoties de interpretatione verborum est aliqua re-
pugnantia: is sermo excipiendus est, qui actum in tuto
collocat. *l. quotiens. 12. ff. de reb. dub. l. quotiens in stipulationi-
bus. 80. ff. de verb. obligat.* Tum denique per expressum tex-
tum *in l. ambiguitates. 24. C. de testament.* qua scrupulosa hu-
ius rei obseruatio sublata videtur. Atque ita sentiunt Vi-
glius & Mynsinger. *num 3. in d. § cæcus. 4. Instit. quib. non est
permiss. fac. testam.* Baldus *in d. l. 8. num 10. C. qui testam. fac.
poss. ibique* Philippus Corneus *num. 3.* Castrensis *num. 5.*
Ludouicus Roman. *num. 9.* Alexand. *num. 10.* Sichard. &
10 Gilkenius *num. 9. & seqq.* IV. Solennitas † est: quod
non modo heredis nomen, sed etiam vitæ genus & digni-
tatem, aliasque notas & indicia, ex quibus ille cognosci
possit, specialiter cæcus exprimere tenetur: ne vlla ambi-
guitas aut dubitatio in persona heredis relinquatur. *d. l.
hac consultissima. 8. ibi, ne sola nominum commemoratio, & c. C.
d. tit.* Si tamen solius nominis expressio omni careret du-
bitatione, ea sola sufficeret, vt post gloss. *in d. l. 8 in verb. indi-
cia.* notant Bartol. *num. 2.* Bald. *num 3.* Castrens. *num. 6.* Sa-
licet. *num. 4.* & Roman. *num. 6.* Simon de Præt. *de interpret.
vltim. volunt. lib 3. interpret. 2. dubit. 4. solut. 1. num. 1.* Mantic. *de
coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 3. num. 9 cum seqq.* & Mynsinger. *in
d. §. cæcus. 4. num. 3. in fin. Instit. quib. non est permiss. fac. testamen.*
V. Solennitas † est: vt palam enunciet cæcus, quid & quan- 11
tum cuique tum heredi, tum legatario, si plures sint, re-
linquere velit. *d. l. hac consultissima. 8. ibi, & ex quanta parte,
& c. C. qui testam. fac. poss.* VI. Solennitas † est: vt singula ta- 12
bellio siue notarius vno eodemque loco ac tempore, in
omnium conspectu ac præsentia, adeoque vno contextu
(*vt vulgo dicitur*) perscribat, *dict. l. 8. ibi, vno eodemque loco &
tempore, & c. C. eod.* VII. Solennitas † est: vt testes sin- 13
guli propria manu subscribant, & vna cum tabulario ta-
bulis consignent. *d. l. 8. ibi & eorundem testium manu subscri-
ptis, & c.* Quod alias in testamento nuncupatiuo, vt & in
contractu, fieri necessum non est. *l. heredes palam. 21. ff. qui
testam fac. poss. l. contrahitur. 4. ff. de pignorib. & hypothec.* VIII.
Et vltima † solennitas est: vt, si notarius haberi non pos- 14
sit, octauus testis, qui vicem eius suppleat, adhibeatur: &
testamentum vni ex testibus custodiendum detur, ea sci-
licet lege, vt id, quoties opus sit, exhibeat. *d. l. 8. vers. sed quia
tabulariorum copia. C qui testam. fac. poss.* Et de illis solenni-
tatibus, *post* Philippum Francum *in rubr. ext. de testamen. &
vltimis volunt. in 6.* latius disseruit Ioannes Dauth. *in tract.
de testam. sub tit. qui testam. fac. poss. num. 251. cum seqq. &* Nico-
laus Reusnerus *in tractat. de testam. part. 2. cap. 19. num. 5. &
seqq.*

Si cæcus velit testari inter liberos, & c.] Quod, si † cæcus in- 15
ter liberos testari velit, duo testes sufficiant: nec aliqua a-
lia forma siue solennitas, à iure ciuili introducta, requira-
tur; tenent, *præter à Claro nostro allegatos,* Fernandus Vas-
quius *de success. creat. §. 21. nu. 58.* Michael Grassus *lib. 4. recep.
sent. § testamentum. quæst. 11. num. 7.* & Thadeus Piso *lib. 1. var.
resolut. cap. 7. num. 29.*

QVÆSTIO XVIII.

SVMMARIA.

1 *Filiusfamilias cur testamentum facere non possit, triplex ratio.*
2 *Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris vel domini.*
3 *Filiusfamilias nihil suum habet.*
4 *Idem quicquid acquirit, patri acquirit.*
5 *Idem iura familiæ nulla habet.*
6 *Testamenti factio quatenus dicatur iuris publici.*
7 *Quæ dicantur esse iuris publici.*
8 *Filiusfamilias ius contrahendi, & bona inter viuos alienandi habet.*
9 *Quando valeat argumentum à contractibus ad vltimas voluntates.*
10 *Codicillis hereditas non datur.*
11 *Filiusfamilias ne quidem consentiente patre testari potest: quamuis in donatione causa mortis aliud sit receptum.*
12 *Donatio causa mortis priuati est iuris.*
13 *Vtrum filiusfamilias de illis bonis aduentitiis, quorum pater vsumfructum non habet, testamentum facere possit.*
14 *Sententia l. penult. C. qui testam. fac. poss.*
15 *Intellectus Nouell. 117. c. 1. §. 1.*
16 *Cur filiusfamilias de rebus aduentitiis testari non possit.*
17 *Accidentia non mutant propriam rei formam.*
18 *Filiafamilias nupta non potest testari de dote.*
19 *Filius illius, qui ab hostibus captus est, testamentum facere nequit.*
20 *Cur filiusfamilias de bonis castrensibus, vel quasi, testari valeat.*

21 *An valeat statutum disponens, quod filiusfamilias testari possit.*

AN *filiusfamilias, in patris potestate existens, possit condere te-*
1 *stamentum,*] Cur † filiusfamilias testamentum face-
re non possit, triplex afferri solet ratio. I. Quia ob pa-
triæ potestatis nexum, in filiofamilias non est libera vo-
luntas, nec eius persona iure ciuili integra, *notante Decio*
in l.3.num.2.C.qui testam fac.poss. & Myntingero *ad princip.*
2 *tit.Instit.quib.non est per miss. fac.testam num 2.* Velle † siqui-
dem non creditur, qui obsequitur imperio patris vel do-
mini *l.velle.4.ff.de reg.iur.* & proprio quis iure debet testa-
ri, non pendere ab alieno arbitrio. *l.illa institutio.32 in prin-*
3 *cip.ff. de heredib. instituend.* II. Quia † filiusfamilias nihil
suum habet, vt testari de eo possit, *auctore* Vlpiano *in frag-*
ment.Institut. titu.20.§ filiusfamilias. l. lex Cornelia. 28. vers.
quia non efficitur.ff.de vulg.& pupill. substitut. Iure namque †
4 veteri quicquid acquirit, non sibi, sed patri acquirit. *§.1.*
Instit.per quas person. cuique acquir. & ante Constantinum
Imp. nihil suum habere potuit. *l.placet. 79.ff.de acquir. vel*
omitt. heredit l.acquiritur.10.in princip.ff. de acquir. rer. domin.l.
cum oportet.6.C.de bon.quæ liberis, &c.l.1. C.qui admitti ad bo-
nor.possess.poss.l.1.C.de bon.maternis & similibus adductis per Vas-
quium *lib.1.de successionu. progress.§.1.num.8.* III. Quia cum
5 in testamento non bona tantum, sed † omnia etiam fami-
liæ iura mancipentur: filiusfamilias vero neque bona,
neque iura familiæ vlla habeat, vtpote qui non est caput
familiæ, id est, paterfamilias, à quo fieri debet mancipatio
siue venditio familiæ: ideireo nec testamentum facere vl-
lo modo posse creditur. *d.l.3 §.vlti. & l.penult. C.qui testam.*
fac. poss. Nam & lex duodecim tabularum testandi ius
concedens loquebatur non de filiofamilias, sed disertè
de patrefamilias. Paterfamilias, *inquiebat,* vti super fami-
lia pecuniaque sua legassit, ita ius esto. *Qua de re videantur*
Rulandin. *de testament part.1.rubr.2.num.1.* Speculat. *in titu.*
de instrument.edit.§.compendiose.num.3. Philip. Franc. *ad ru-*
bric.ext.de testament.vers. decimooctauo prohibetur, &c. hosque
allegans Reusnerus *in tractat. de testament. part. 2 capit.*
23. numero quinto, nec non Ioannes Dauth. *in tractat. de*
testament. sub rubric. qui testament. fac. possunt, numero
148.
6 Neque aduersatur, quod † testamenti factio non pri-
uati, sed publici iuris est *l.3.ff.qui testam.fac.poss.* Filiusfa-
milias autem in his, quæ sunt publici iuris, pro patrefa-
milias habetur. *l. filiusfamilias. 9. ff.de his, qui sui vel alieni.*
iur. sunt l. nam quod 14.in princ. ff.ad senatusconsul. Trebellian.
Etenim ambiguitas siue æquiuocatio latet in verbis, *iuris*
7 *publici.* Siquidem † iuris publici pleraque dicuntur, quo-
rum ius ad statum rei Romanæ spectat, vt magistratus, sa-
cerdotia, & similia, *de quibus in l.1.§. huius studij 2.ff.de iustit.*
& iur. In iis filiusfamilias non sequitur ius patriæ pote-
statis, sed loco patrisfamilias habetur, *sicut colligitur aperte*
ex d l.9.ibi, vt magistratum gerat.&c. ff.de his, qui sui vel al.iur.
sunt. & d l.14.vnico. §.vlti. legis præcedentis.ff.ad SC. Trebel-
lian. vbi expressum est; filiumfamilias, in magistratu po-
situm, etiam aduersus patrem suum quippiam statuere
posse. Hoc vero sensu testamenti factio non est iuris
publici: quia ius de testamentis constituium non perti-
net immediate ad statum rei Romanæ, sicuti magistratus,
& similia munera. Alia igitur ratione testamenti factio
iuris publici dicitur, nempe hac, quod potestas testandi
non cuiuis pro arbitrio suo competat; sed illi tantum, cui
ius publicum; siue lex facultatem istam concessit. *l. te-*
standi. 13 Cod. de testament. Iac. Pac. *cent.5.* διλημμάτων *quæst.* 85.
8 Nihil † item obstat, quod filiusfamilias ius quoquo
modo contrahendi, & bona inter viuos alienandi habet.
l.3 §.is autem solus. ff.ad SC. Macedon. *l. filiusfamilias.39.ff.*
de obligat.& act.l.1.& tot.tit.ff.de pecul.l.1. & tot.tit.ff.de in rem
vers. & titul. quod iussu. ac proinde multo magis testandi
ius habere debet: cum satis inhumanum sit, viuum qui-
dem licentiam habere, totam suam familiam alicui dona-
re; morienti autem huiusmodi licentiam adimere,
auctore Iustiniano in tit. Instit de leg. Fal. Canin. *toll.* vbi An-
gelus, Portius, & Dd. communiter tradunt, valere in iure
argumentum à contractibus ad vltimas voluntates, *per*
l.vltim. Cod. de legatu. Nam respondetur. ita † demum 9
valere argumentum à contractibus ad vltimas volunta-
tes, si eadem ratio subsit. *l.seruum.44.§ cum qui 5.& l. qua*
de legato.46.ff.de legat.1. l.qui chirographum. 59. ff.de legat 3.
Euerhard. in Topic. *loc. à contractib.ad vltim. voluntates,*
&c. Secus vero est, si non sit eadem, sed diuersa ratio.
aut si maior sit fauor, aut maius præiudicium; quale est
in testamentis, in quibus & hereditas & familia, quam
non habet filiusfamilias, transfertur: sicut nec contra-
hendo illa dari, aut in alium transferri potest. *l. hereditas.*
5.C.de pact.conuent.l ex eo instrumento. 4 C. de inutilib stipu-
lat. imo ne † codicillis quidem hereditas potest relinqui 10
§. penultim. Institut. de codicill. Cæterum in contractibus
bona priuata & singularia filiofamilias transferre licet:
quæ omni iure ad eum pertinent, vel pertinere possunt,
& minoris præiudicii sunt: eoque priuatorum pactis
subiacent. *l.1.§.si conuenit 6.ff deposit.l.contractus. 23.ff de reg.*
iur. Reusner. *d.tract.de testam. part. 2. cap.23. num.9. & sub-*
seqq.
Filiusfamilias, etiam † cum patris consensu, non potest con- 11
dere testamentum.] Diuersum obtinet in donatione cau-
sa mortis, quæ à filiofamilias, patre permittente, fieri
potest. *l.tam is 25.§.1.ff.de mort. caus. donationib & latius ex-*
plicat Clarus noster infra libr 4. §. Donatio quæst. 6. num. 4.
Vera differentiæ ratio hæc mihi videtur: quia † dona- 12
tio causa mortis, non publici, vt testamenti factio, sed
priuati iuris est. Quæ autem priuati iuris sunt, priua-
torum etiam pacta admittunt. *d.l.1.§.si conuenit.6.ff.depo-*
sit.& dict l.contractus.23.ff.de regul. iur. Viglius *ad princip.ti-*
tul Institut.quib.non est permiss. fac. testament num 7.cum seqq.
ibique Giphanius & Heigius *num. 4.* Quibus addendi
sunt, post alios, quos citant, Michael Grassus *lib.1.re-*
cept. sentent §.donatio causa mortis. num.1.vers.cæterum si pater
consenserit, &c. & §.testamentum, quæst.23.num.5. Iohannes
Dauth. *tractat.de testament. sub rubr qui testam. fac. poss.num.*
190. Thadeus Piso *lib.1.var.resolut.cap.6.num.14. & lib.4.*
cap.4.num.10 & Matthias Ber *l.lib.1.conclusio.practicabil.part.*
3.conclus.1.num.8. & seqq. vbi varias diuersitatis istius rationes
adducit.
Etiamsi huiusmodi peculium aduentitium spectaret ad ipsum
filiumfamilias pleno iure.] Quod † filiusfamilias de illis et- 13
iam bonis aduentitiis, quorum pater vsumfructum non
habet (de quibus agit gloss. *in Authen.idem est in his.C.de*
bon.quæ liber. &c. & Thadeus Piso *d. lib.1.cap.6.numer.7.&*
8.) testamentum facere nequeat, defendunt, præter
Doctores hoc loco à Claro memoratos, Emanuel Soa-
rez *in thesaur. recept. sent.lit.T.num.24.* Petr. Gregor. *lib.42.*
syntagm. iur. vniuers. cap.8 num.4. Viglius *num 16.* Wesen-
bec. *num.3.* Mynsinger. *num.6.* Heigius *num.9.* & Vulte-
ius *num. 11. ad princip.tit. Instit. quibus non est permiss. fac.te-*
stam. Grassus *d.lib.1. recept. sentent. §.testamentum. quæst.23.*
num.2. Didacus Couarruu. *in rubric. de testament. par.1.3.*
num.9.& 28. Vasquius *de successionu. creat.§.22.num.10.* Do-
nell. *lib.6 Comment de iur ciu.cap.5 pag.10.& c.28.in fin.* Dn.
Collega Bocer. *in tract.de bello.lib.1.c.20.nu.10. & in tract.de*
muerstitura feud.c.3.nu.45.& seq. Bronchorst. *cent.3.* ἐναντιοφανῶν *assert.21.* Cuiacius in *Nouell.117.c.1.* Balduinus in Iu-
stiniano suo *pag.136.* Fachin. *lib.5 controuers. iur.c.25.§.& li-*
cet quoad testamenti factionem, &c. item cap.94. Arumæus
exercit. Iustin. 7.thes.6. Tesaurus *decis.* Pedemont. 150.

num.11. Schegk *in delibat.iur.disp.9.th.43.* Forster.*lib.2.disput.*
12.thes.13. Hœnon. *disp.7 controuers.13.* Andr. Gerhard. *de-*
cad.7.exercit.iustin.quæst.7. Wegner. *disp.7.ad Instit.th.4.lit.*
E. Setser. *disput 13.ad Instit.th 7.* Barter.*decad.3 quæst.4* Pau-
lus Berens *disp.6.ad Instit.them.2.quæst.6.* Dauth. *d.rubr.qui*
testament.fac.poss.num.154 aliique per eum citati. Tametsi in
contrariam abeant sententiam Decius *in l.nemo.11.fine pen-*
ult.C.qui testa.fac.poss. Wurmbser.*lib.1.pract.39.obs.16.cum q;*
allegant Gothofredus *ad l.3.C.d.titul.* Vaudus *lib.1.quæst.1.*
Treutler.*vol.2.disp.10.th.2.lit.C.& disp.seq.th.2.lit.A.* Hun-
nius *lib.2.var.resolut.iur.ciu tract.5.q.10.& alii relati à* Couar-
14 ruu. *dict.rubr.de testam.part.3.num.9.* Cæterum † prioris &
receptioris & verioris sententiæ fundamentum solidum
habetur *in d.l.penult. C.qui testam.fac.poss.* vbi Iustinianus
Imp.diserte expressit,per illam legem (*puta l.cum oportet.6.*
§.fin autem.C de bon.quæ liber. vel certe *l.vlt.§. ipsum autem fi-*
lium.5.vers.filius autem familias.C.eod.tit. vt putat Dauth. *d.*
loco,num.155.) quia inductum est, vt certis in casibus filio-
familias plena proprietas acquiratur, testandi facultatem
ei minime concessam esse.

Huicque † conclusioni non obstat *Nouell.117 c.t.§.1.* vbi
15 Iustinianus Imp. filiusfamilias licentiam permittit de istis
bonis, quæ pleno dominii iure ad ipsos pertinent, quo
velint modo disponere. *Nam* Imperator ibi non loquitur
de dispositione testamentaria siue vltimæ voluntatis; sed
de dispositione administratoria seu domestica inter viuos
vt Græcus textus arguit, in quo non est διατίθεσθαι, id est,
testari; sed διοικεῖν, quod administrare significat. Et tex-
tum istum de dispositione inter viuos, quæ fit per contra-
ctus, necessario accipiendum esse, etiam hac ratione o-
stenditur: quod libera facultas illa disponendi, de qua
textus agit, conceditur filiisfamilias, *si perfectæ sint ætatis*, id
est, 25. annorum, vt Cuiacius & Gothofredus *ibidem no-*
tant. Si vero ætate minores sint, tutorum vel curatorum
potestati gubernatio permittitur. Constat autem, tuto-
res vel curatores de bonis pupilli vel minoris testandi ius
non habere: eumque, qui perfectæ ætatis non est, modo
non sit impubes, sibi ipsi testamentum facere posse. *l.à qua*
ætate.5.ff.qui testam.fac.poss.

16 Similiter † non obsistit, quod filiusfamilias de rebus
aduentitiis ideo testari non possit, quod eo etiam mortuo
earum rerum vsusfructus patri, quamdiu vixerit, incolu-
mis conseruetur. *l.vlt.C.de vsufruct.* Id autem in proposito
themate longe diuersum sit: ac proinde cessante isthac
ratione, & ius cessare debeat, *arg l.adigere.6.§.quamuis.ff.de*
iur.patronat.c.cum cessante.60.de appellat. Quamuis enim
vsusfructus nostro in casu patri non quæratur: nihilomi-
17 nus tamen peculium aduentitium manet: quia † acciden-
tia non mutate propriam rei formam: plusquam manife-
stum est, *argum.l.generaliter.24 §.proinde.5.ff.de fideicommiss.*
libertatib. Menoch.*consi.35.n.19.lib.1.* Quin & testamentum
non solum est dispositio de bonis, sed etiam de iure fami-
liæ, quod deest filiofamilias: cum ipse sit in familia patris.
l.pronunciatio.195.§.familiæ.2 ff.de verbor.significat. Plura argu-
menta quæ hanc conclusionem euertere videntur, diluimus ad
princ. tit. Institut. quib. non est permiss.fac. testam. num. 31. &
seqq.

18 *Non potest testari de dote sua aduentitia.*] Quod † filiafa-
milias nupta, quæ est capax dotis profectitiæ & aduenti-
tiæ, licet habeat heredem ab intestato, non posse testari
de dote, tenent etiam Ioannes Dilectus Durantes *in tract.*
de arte testandi.tit.1.cautel.1.num. 1. Viuius *commun. opinion.*
lib.1.verb filiusfamilias.num.4 Grassus *lib.1.recept.sentent.§ te-*
stamentum, quæst 23.nu.3.& Thadeus Piso *lib.1.var. resolutio.*
cap.6.num.3.

Quod pater sit captus ab hostibus, &c.] Quod † filius eius,
19 qui captus est ab hostibus, pendente patris captiuitate,
testamentum facere non possit, tradunt Alexander *in l.lex*
Cornelia 28.num.10.ff.de vulg.& pupill.substit. Fernand. Vas-
quius *de successio.progress.§.1.nu.3.* Emanuel à Costa *in l.* Gal-
lus *29.§.& quid si tantum.5.part.2.num. 92.ff.de liber.& posth.*
heredib.instituend.eosque referens Grassus *dict. §. testamentum,*
quæst.23.num.7.

Scias tamen, quod de bonis castrensibus.] Cur † filiusfami- 20
lias de bonis castrensibus, vel quasi, testari valeat, etiam
absque patris consensu, hæc addenda est ratio: quia in illis
bonis pro patrefamilias habetur. *l.2. ff. ad senatusconsult.*
Macedon. l.si quis.6.§.vltim.ff.de iniust.rupt.irr.fact. testam.
l.pen.& vlt.C.qui testam.fac.poss. Piso *d.lib.1.var.resol.capit.6.*
num.7.

An valeat statutum, &c.] Quod † statutum disponens, 21
filiumfamilias testari posse, subsistat, hac ratione confir-
matur: quia filiifamilias possunt per statutum habilitari:
cum iure positiuo introductum sit, quod testari nequeāt.
Et hāc esse communem opinionem testatur Viuios *in suis*
communib.opin. verb.statutum. lib.1. prout eum refert & sequitur
Grassus *d.§.testamentum, quæst.23.in fine.*

QVÆSTIO XIX.

S V M M A R I A.

1 *Bannitus quatenus testari possit, distinctione declara-*
tur.
2 *Banni vocabulum vnde, & quid sit, qui item banniti dican-*
tur, remissiue.

A*Vt bannitus vult testari secundum statuta ciuitatis, &c.*]
Quod † bannitus, si velit testari secundum statuta 1
ciuitatis, à qua bannitus est, non posse testari; sed si velit
testari secundum ius commune, posse, frequentioribus
Dd.calculis recepta distinctio est. Eamque, *post* Bartol. &
Goffred. & Imol. *in l.eius.qui 8.§.1.ff.qui testam. fac.poss.* te-
nent Michael Grassus *lib.1.receptar. sentent.§. testamentum,*
quæst.17.num.4. Menochius *consil.492.num.3.* Farinac. *in sua*
prax.crim.tit.de var.& diuers. quæstionib.qu.102. inspect.1.num.
11.83.& 95. hosque allegans Thad. Piso *lib.1.var.resolut.cap.4.*
num 5.

Propter bannum.] Banni † vocabulum vnde deriuetur, 2
quid sit, & quis eius pœnam imponere possit; qui item
banniti nostro tempore dicantur, & quibus æquiparen-
tur, post Iacobum de Arena & Nellum de S. Geminiano
in tract. de bannit. & alios dilucide explanat Andreas Gail.
lib.2.de pace publica cap.1. & Nicolaus Reusner. *in tract.de ge-*
stam part.2. cap.57.

QVÆSTIO XX.

S V M M A R I A.

1 *Quatenus bannitus hereditatem ex testamento capere pos-*
sit.
2 *Quo remedio bannito, ab omni successione excluso, succur-*
ratur.

A*N bannitus possit capere ex testamento.*] Communiter
recepta conclusio est: Quod † bannitus stante sta- 1
tuto, eum impune offendi posse, queat succedere bene-
ficio iuris communis, & capere hereditates vel ex te-
stamento, vel ab intestato deuenientes, non autem
quæ ex iure municipali deferuntur: sin autem impu-
ne offendi nequeat, vtroque iure tam communi
quam

quam municipali ad hereditates admittatur. Et ita, *citra Doctores hic recitatos*, tradunt Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. num. 27.* Hippolyt. de Marsil. *in practic. crim. § aggredior. num. 100.* Bossius *in tit. de bonor. publicat. n. 69.* Ioan. Cephal. *cons. 324. nu. 18. lib. 3. hosque laudans* Michael Grassus *lib. 1. recept. sent. §. institutio. qu. 3.*

Si extaret statutum excludens expresse bannitum ab omni iu-
8 *re, &c.*] Cautela † siue remedium, quo quispiam einsmodi bannito succurrere valeat, tale est: quod videlicet alius heres instituatur, & rogetur, hereditatem huiusmodi bannito restituere, cum redierit in gratiam, & restitutus fuerit, *argum. l. in tempus. 62. ff. de heredib. instituend. Et sane cautelam suggerit* Ioannes Dilectus Durantes *in tract. de art. testand. tit. 1. cautel. 10. in fine, Eiusque meminit etiam* Giacharius *hic in sua addit.*

QVÆSTIO XXI.

S V M M A R I A.

1 *Condemnatus ad mortem an testamentum facere possit.*
2 *Quid de eo hodie statuendum.*
3 *Iure nouissimo nemo, propter delictum aliquod, seruus pœna efficitur.*
4 *Obiectio diluitur.*
5 *Damnatus ad mortem, si ex manibus iudicis eripiatur, nequid testari queat.*
6 *Quid, si pœna, ad quam fuit condemnatus, iure sit prohibita.*
7 *Et quid si à sententia fuerit appellatum.*
8 *Crimen mortalitate extinguitur.*
9 *Absens damnatus per sententiam ex forma statuti, quod absens pro confesso habeatur, quatenus testari possit.*
10 *Sententia condemnatoria, vigore statuti municipalis lata, extra locum porrigere effectum suum nequit.*

C*Vm per condemnationem effectus sit seruus pœna, non pote-*
1 *rit testari.*] Indubitatum est, damnatum ad † mortem testamentum condere non posse. *l. si quis filio. 6. §. sed & si quis. 6. ff. de iniust. rupt. irr. fact. testam. l. ex iudiciorum. 20. ff. de accusat. l. qui vltimo. 29. ff. de pœnis.* Huiusque prohibitionis ratio sita est partim in publicatione bonorum, partim in eo, quod damnati ad mortem amittebant ciuitatem & libertatem, & pœnæ serui efficiebantur. *d. l. qui vltimo.*
2 *29. ff. de pœn. §. 1. Instit. de capit. deminut.* Atque † hoc quidem iure Digestorum obtinere, inter omnes constat: sed an idem iure Nouellarum procedat, ambigitur? Et idem etiamnum hodie procedere, Doctores communioribus calculis concludunt, Bartol. *in d. l. qui vltimo. 29. ff. de pœn. & in l. eius, qui. 8. §. vlt. ff. qui testam. fac. poss.* Couarruu. *in rubr. de testament. part. 3. num. 27.* Natta *consil. 178.* Ferinac. *in praxi crim. de var. ac diuers. quæst. q. 102. num. 118. inspect. 2.* Vasquius *de successión. resolut. lib. 1. § 3. num. 34. cum seq. & lib. 3. controuersiar. illustr. cap. 96. num. 2. & 3.* Grassus *lib. 1. recept. sentent. § testamentum, quæst. 26. num. 2.* Cuiac. *in d. l. eius, qui 8. in fin. ibique* Ferret. *num. 10. ff. qui testam. fac. poss.* Peregrin. *lib. 3. de iur. fisc. tit. 2. num. 4.* Gail. *lib. 1. de pace publ. c. 19. num. 8.* Thadeus Piso *lib. 1. var. resolut. cap. 3. num. 2.* Donell. *lib. 6. Commentar. de iur. ciu. cap. 16. ibique* Hilliger. *in suis not. ad lit. L.* Dauth. *in tract. de testam. tit. n. qui testament. fac. poss. num. 109.* Rolandinus Passagorius *in tract. de testament. & vltim. volunt. rubr. 2. num. 30. & seq.* Anto. Faber, *de errorib. pragm. decad. 73.* D. Bocer. *lib. 1. de bello. cap. 20. num. 21.* Arumæus Exercit. Iustin. 7. *thes. 7.* Cramerus *disceptat. 11. th. 17.* Barter. *decad. 6. quæst. 9.* Schröter. *diatrib. domesticar. decad. 5. qu. 3.* Wegner. *disputat. 7. ad institu. the. 4. ad lit. I.* Treutler. *volum. 2. disputat. 10. th. 2. ad lit. B.* Matthias Berlichius *conclusion. practicabilium, part. 3. conclus. 8. num. 3. & seq. aliique nonnulli.* At contrariam sententiam, quod videlicet hodie capitali supplicio addicti testari possint, tanquam veriorem & benigniorem probant, Alberic de Rosat. *ad d. l. eius, qui 8. §. 1. num. 1. ff. qui testament. fac. poss. & in auth. bona damnator. num. 2. C. de bon. damnator.* Viglius *in § sed hactenus. num. 9. Instit. de milit. testam.* Salicet. *in auth. sed hodie, nunc. 2. C. de donat. inter vir. & vxor.* Ioan. Igneus *in l. 1. § qui sibi. num. 108. ff. de SC. Silanian.* Wesenbec. *in paratitl. ff. qui testam. fac. poss. num. 13.* Petr. Gregor. *lib. 42. syntagm. iur. vniuers. cap. 8. num. 11.* Heigius *in §. eius, qui 5. num. 5. cum seqq. Instit. quib. non est permiss. fac. testam.* Forster. *lib. 2. disput. 12. th. 14.* Hackelman. *disput. illustr. 16. the 4. lit. S.* Nebel. *disp. 19. th. 2. lit. B.* Schegk. *in delibat. iur. disput. 9. th. 47.* Matth. Coler. *decis. 34. num. 3. & 6.* Daniel. Moller. *in comment. ad constitut. Saxon. pag. 3. constit. 6. num. 1. & seq.* Matth. Stephani *cent. 2. quæst. 54. lit. A. & alii.* Cum † enim nouissi- 3
mo iure nemo propter delictum, quantumuis atrox, pœnæ seruus efficiatur. *dict. auth. sed hodie. C. de donationib. inter vir. & vx. Nouell. 22. cap. 8.* & damnatum propter aliquod crimen publicatio bonorum non comitetur, excepto maiestatis crimine, *Auth. bona damnatorum. C. de bonis proscriptor. seu damnator. Nouell. 134. cap. vltim. circa finem.* mutata & cessante ratione iuris veteris, quæ damnatis ad mortem testamenti factionem adimebat; non male asseritur, ita damnatos hodie testamentum facere posse, *argument. capit. cum cessante. 60. de appellation. & similium.*

Nec obstat, quod † dissentientes existimant, ne quidē 4
hodierno iure hac in parte aliquid immutandum: quia cessante bonorum publicatione, ipso iure ad ascendentes vel descēdentes, id est, parentes vel liberos, bona damnatorum transferantur, sicq; iis adimantur. Nam libertatem, & consequenter etiam ciuitatem, condemnatis saluam & integram manere, satis patescit *ex d. Auth. sed hodie. C. de donat. inter vir. & vxor. & d. Nouell. 22. cap. 8. iuncto §. 1. Instit. de capit. deminut. & in, quæ ibi notauimus.* Et quod ad liberos, vel parentes, bona deuolui dicuntur: non impedit, quo minus condemnati, facto testamento, aliam bonorum suorum diuisionem faciant; relicta tamen parentibus & liberis legitima. Siquidem dispositionem istam tantum ab intestato obtinere; & vti benigniorem, non solum in liberorum, sed & condemnatorum commiserationem proditam esse, colligi videtur *ex d. Nouell. 22. cap. 8. & docet* Heigius *in d. §. eius, qui 5. Instit. quib. non est permiss. fac. testam.* vbi subiicit, hanc opinionem constitutione. *Electorali 6. p. 3.* approbatam esse. Idem testatur Ioachimus à Beust. *in l. admonendi. 13. num. 494. ff. de iureiurand. Idemque prolixius explicat* Berlichius *d. part. 3. concl. 8. nu. 11. & subseqq.*

Ex manibus iudicum aufugerit, &c.] Etsi † damnatus ad 5
mortem, post sententiam condemnationis latam aufugiat, aut ex manibus iudicis eripiatur: nihilominus tamen eum testari non posse, *vltra Clarum nostrum hic;* tenent Michael Grassus *d. §. testamentum, quæst. 26. num. 4.* Capycius *decis. 102. num. 104.* Surdus *consil. 90. num. 12. lib. 1.* Peregrin. *dict. lib. 3. de iur. fisc. titu. 2. num. 3.* Farinac. *prædicta quæstio. 102. inspect. 2. num. 115. eosque citans* Thadeus Piso *dict. libr. 1. var. resolution. capit. 3. numer. 4. nec non* Nicolaus Reusnerus *in tractat. de testament. part. 2. cap. 38. num. 3.*

Sed pone, quod iudex condemnat reum ad pœnam mortis, &c.]
Quod, si † pœna per sententiam imposita sit à iure pro- 6
hibita, condemnatus non efficiatur intestabilis. *præter hoc loco allegatos tradit quoque* Grassus *d. §. testamentum, quæst. 26. num. 6.* Idem plane est, si à sententia condemnatoria

7 toria fuerit appellatum. Si † quis (*inquit diserte Marcianus*
IC.) in capitali crimine damnatus, appellauerit, & medio
tempore, pendente appellatione, fecerit testamentum, &
ita decesserit: valet eius testamentum. *l. qui à latronibus.13.*
8 *in fin. ff. qui testam. fac. poss.* Integri † enim status decedunt,
qui in reatu obeunt, crimenque mortalitate extinguitur.
l. vlt. ff. ad leg. Iul. maiest. l. 2. C. si reus vel accusat. mort. fuerit. Grass.
d. quaest. 26. nu. 7. Reusn. *d. part. 2. c. 38. num. 13. & seq.* Piso *d. lib.*
1. c. 3. num. 11. aliiq; per hunc relati.
9 *Aut vero talis condemnatus erat absens, &c.*] Quando † sen-
tentia fertur in absentem ex forma statuti, quod absens
habeatur pro confesso: tunc taliter damnatus non amit-
tit libertatem, nec seruus pœnæ efficitur: ac proinde te-
stari poterit secundum ius commune, non vero secun-
dum ius municipale siue formam statuti: dummodo re-
stetur de bonis, extra territorium illud, in quo fuit con-
10 demnatus, sitis. Sententia † namque condemnationis,
vigore statuti municipalis lata, extra locum effectum suũ
porrigere non potest. *Ita sentiunt* Bald. Salicetus, & Cor-
neus *in l. 1. C. de heredib. instit.* Grassus *d. quaest. 26. num. 8.* Piso
d. cap. 3 num. 8. Farinac. d. praxi crimin. de var. ac diuers. quaest. 4.
102. inspect. 1. num. 1. & 4.

QVÆSTIO XXII.

SVMMARIA.

1 *An deportatus nouo iure testari queat.*
2 *Nunquid deportatus aliquid ex testamento capere, aut ab in-*
testato succedere possit.
3 *Deportatus pro mortuo habetur.*
4 *Deportatus non amittit, quæ sunt iuris gentium.*
5 *Contractus sunt iuris gentium.*
6 *Si deportatus sit heres institutus, cui illa hereditas deferatur.*
7 *Intellectus l. hereditas. 4. C. de his, quib. vt indignis, &c.*
8 *Sententia l. si deportati. 7. in princ. ff. de legat. 3.*
9 *Relegatus testari potest, etiamsi in sententia relegationis ei bo-*
na sint confiscata.

1 NVnquid deportatus possit condere testamentum.*] Quod
deportatus ne quidem hodie testari possit, tenent
Bartol. *& alii communiter in l. eius, qui. 8 §. 1. ff. qui testam. fac.*
poss. Peregrinus lib. 3. de iur. fisc. tit. 5 num. 7. Fernandus Vasq. *de*
success. progress. §. 1. & de success. resolut. § 3. Michael Grassus *lib.*
1. recept. sent. §. testamentum, quaest. 17 num. 1. Thadeus Piso *lib.*
1. var. resol. c. 3. num. 14. & Nicolaus Reusn. *in tract. de testa. part.*
2. cap. 56 num. 12. & seqq.
Nunquid deportatus possit capere ex testamento.] Deportatus
2 † nec aliquid capere ex alterius testamento, nec ab inte-
stato succedere potest. *l. 1. ibique* Bartol. Bald. Angel. Salice-
tus, Iason, Sichard. & Gilkenius *C. de heredib. instituen.* Gras-
sus *d. lib. 1. recept. sent. §. legatum quaest. 10. & §. institutio. q. 2. nu.*
2. & d. §. testamentum. q. 17. num. 2. Villalob. *commun. opin. lit.*
D. num. 62. Vasq. *de success. progress. §. 2. num. 4. & lib. 3. contro-*
uers. illustr. cap. 102. num. 3. Francisc. Bursat. *consil. 48 num. 28.*
& Peregrinus *d. lib. 3. tit. 5. num. 2.* Eiusque ratio manifesta
3 est: quia † hereditas est nomen iuris ciuilis; *l. lege obuenire.*
130. ff. de verb. significat. cuius iuris respectu deportatus pro
mortuo habetur. *l. 1. §. penult. ff. de bonor. possess. contr. tabul. l. si*
necem. 4 §. si deportatus. 2. ff. de bon. libertor. Reusne. *d. c. 56. num.*
4 *12. in fine.* Sane † deportatus licet non per vltimam volun-
tatem; attamen per contractum acquirere potest: quo-
niam non amittit ea, quæ sunt iuris gentium. *l. sunt quidam*
17. in fin. ff. de pœnis. Atqui †, contractus iuris gentium esse
5 constat. *l. ex hoc iure. 5. ff. de iustit. & iur. l. iuris gentium. 7. §. 1. ff.*
de pact. Sichard. *in d. l. 1. num 3. C. de heredib. instit.* Peregrin. *d.*
lib. 3. tit. 5. num. 11. Cephal. *cons. 324. num. 16. & 17. lib. 3.* Fari-
nac. *de var. ac diuers. quaest. q. 102. inspect. 3. n. 163.* Thad. Piso *d.*
lib. 1. var. resol. c. 3. num. 15.
Hereditas autem ipsa non applicatur fisco.] Si † deportatus sit 6
de facto heres institutus, tunc alii instituti, vel venientes
ab intestato succedunt, excluso fisco, *vt tradunt* Cynus *nu.*
2. Franc. Aret. *num. 2.* Bartol. *num. 1.* Alberic. de Rosat. *num.*
2. Angel. *num. 3.* Castrens. *num. 3.* Iason *num. 3.* Fulgos. *num. 4.*
Salicet. *num. 9.* Philipp. Corn. *num. 12. hosque referens* Gilke-
nius *num. 42. in d. l. 1. C. de heredib. instit. &* Michael Grassus *d.*
§. institutio. quaest. 2. in fine. Etenim ad hoc, vt fiscus bona au-
ferre possit, necessarium est, vt aliqua sit hereditas: cum a-
lias fisco applicari nequeat. Iam vero certum est, depor-
tatum neque ex testamento, neq; ab intestato quippiam
acquirere posse. *d. l. 1. §. penult. & vlt. ff. de bonor. poss. cont. tab.*
d. l. si necem. 4. §. 2. ff. de bon. libert.
Non † obstat *l. hereditas. 4. C. de his, quib. vt indignis heredi-* 7
tates aufer. vbi hereditas fisco vindicari dicitur. *Nam* ea lo-
cum habet in his, qui capaces sunt ipsius testamenti: sed
tamen ob aliquod factum indigni redduntur, ita vt fiscus
ex ea causa hereditatem auferre possit. Sic † quoque non 8
aduersatur *l. si deportati. 7. in princ. ff. de legat. 3.* vbi legatum
seruo deportati relictum, fisco applicatur. *Breuiter* enim
respondetur: in ista lege idcirco legatum fisco cedere,
quod seruus fisci reuera sit. Neque ad rem pertinet, quod
seruus deportati appelletur: causa quippe præcedentis
dominii hoc impetrasse videtur Fulgos. *in d. l. 1. num. 5. C. de*
heredib. instit. Sed vide istam legem accuratius explicantem Pe-
trum Gilkenium *ibidem nu. 46.*
Relegatus autem non perdit testamenti factionem, licet in sen-
tentia relegationis sint etiam confiscata eius bona] Adde, † præ- 9
ter rationes hic expositas; & illam: quod bonorum pu-
blicatio futura bona, quæ relegatus acquirere, & de qui-
bus testari potest, non includit, *l. si mandauero. 22. § ii cu-*
ius. 5. ff. mandati. Et notant Castrens. *in l. eius, qui. 8. § si cui. 1.*
ff. qui testam. fac. poss. Peregrinus *d. lib. 3. de iur. fisc. tit. 5. num. 14.*
& Thadeus Piso *d. lib. 1. var. resol. c. 3. n. 20. & seq.*

QVÆSTIO XXIII.

SVMMARIA.

1 *Damnatus ad perpetuos carceres, vel ad remiges, an testari*
possit.
2 *Iure ciuili nemo ad perpetuum carcerem potest damnari.*
3 *Quo casu perpetuo carceri mancipatus testari nequeat.*

NVnquid condemnatus ad perpetuos carceres perdat testamen-
ti factionem.*] Damnatum † ad perpetuos carceres, 1
vel ad perpetuo remigandum, iure nouo testamentum
facere posse, verius videtur: tum quia seruus pœnæ non
afficitur. *Auth. sed hodie. C. de donat. int. vir. & vxor. Nouell. 12.*
cap. 8. Tum † quia iure ciuili nemo ad perpetuum carce- 2
rem damnatur. *l. aut damnum. 8. §. solent. 9. ff. de pœn. l. incredi-*
bile. 6 C. de pœn. Couarruu. *ad rubr. de testam. part. 3. num. 27.*
Marant. *in l. si potest. 18. ff. de acquir. vel omitt. hered. num. 118.*
Peregrinus *lib. 3. de iure fisc. tit. 4. num. 5. & 9.* Farinac. *de var.*
ac diuers. quaestionib. q. 102. inspect. 3. num. 146. & 158. Soarez
in thesaur. recept. sent. lit. C. num. 21. Thadeus Piso *lib. 1. var. re-*
solut. cap. 3. num. 19. Sane † si quis ob eiusmodi crimen car- 3
ceri in perpetuum sit deuotus ac mancipatus, ex quo pu-
blicatio sit bonorum, & quis intestabilis redditur: tunc
nullo modo eum testari posse, cum nec bona is habeat,
de quibus testetur, concludunt Philipp. Franc. *in rubric. de*
testam. vers. duodecimo quæritur, &c. Simon de Prætis *lib. 2. de*
interpret. vlt. volunt. dub. 1. sol. 4. num. 84. eosque referens Nico-
laus Reusner. *in tractat. de testam. part. 2. capit. 40. num. 4. &*
Petr. Gregor. *lib. 42. syntagm. iur. vniuers. c. 8. num. 12. Eaque*
de re videantur quoque post alios, quos citant, Michael Grassus
lib. 1.

lib.1.recept.sent.§.testamentum, quæst.28.num.3. & Petrus Gilkenius *ad l.2.n.11.C.qui test.fac.poss.*

QVÆSTIO XXIV.

S V M M A R I A.

1 *An excommunicatus testamenti factionem habeat.*
2 *Manifeste quoq; excommunicatus testari poterit.*

1 Q*Vod imo excommunicatus possit testari,&c.*] Quod † excommunicatus, id est, a communione Ecclesiæ anathemate Pontificio segregatus habeat vtramque testamenti factionem, & actiuam, & passiuam, tenent vltra Doctores hic recitatos, Didacus Couarruu. *in rubr.de testam.part.2.nu.*18. Fernand. Vasq. *de successio.progress.lib.1.§.1. nu.*120. Bened. Capra *consil.*102.*n.*188. Viuius *commun.opin. lib.2.verb.excommunicatus.nu.*5. Anto. Gabriel *commun.conclusio.lib.4.tit.de testam.conclus.1.hosque referens* Michael Grassus *lib.1.recept.sent.§.testamentum, quæst.24.nu.1.* & Thadeus Piso *lib.1.var.resol c.12.num.9.*

2 *Quod excommunicatio sit occulta.*] Siue † occulte, siue manifeste & publice quis excommunicatus fuerit, nihilominus eum testari posse (*contra Clarum nostrum hic hæsitantem*) simpliciter statuunt Bart. *in l.si quæramus.4.nu.9.ff.qui testa.fac.poss.* Benedict. Capr. *d.consil.*102.*nu.*189. Couarruu. *d.rub. part.2.num.*18. Grassus *d.quæst.24.num.2. hosque laudans* Piso *loco modo annotato.*

QVÆSTIO XXV.

S V M M A R I A.

1 *Infamis vtrum testari possit.*
2 *Infamem testari posse, multis rationibus demonstratur.*
3 *Mulier, intra annum luctus secundo nubens, infamis efficitur.*
4 *Vt & ex causa ignominiosa à militia dimissus.*
5 *An periurus testamentum facere queat.*

1 A*N infamis possit testari.*] Infamem † testamentum facere posse, communis opinio est, vt *post Dd. hic à Claro relatos*, testantur Michael Grassus *lib.1.recept.sent.§.testamentum.q.*32. Emanuel Soarez *in thesaur.recept.sentent.lit.I. num.*59. Duaren. *ad tit.ff.qui testam.fac.possunt sub rubr.de his, qui testam.fac.poss.vers.nunc videndum est de iis,&c.* Matthias Stephani *cent.2.quæst.54.ad lit.B.* & Iohannes Dauth. *in tr. de test.tit.qui test.fac.poss.num.*265. 2 Huiusq; communiter † receptæ sententiæ multiplex est ratio: Tum quia nulla lex reperitur, quæ specialiter prohibeat infamem testari. Ergo ei permissam esse testamenti factionem, affirmandum est, *argum.l.1.§.1.ff.de testibus l.mutus.43.§.1.ff.de procuratorib.l.cum prætor.12.ff.de iudic.l.qui accusare.8.ff.de accusationib.* Tum quia Caius IC. *in l.eius.qui.8.ff.qui testam.fac.poss.* anxie & scrupulose docet, variis exemplis in medium productis, qui ob pœnam & crimen, vel conditionem amittant testamenti factionem; & tamen non meminit eorum, quibus infamiæ nota inuritur. 3 Tum † quia *in l.1.C.de secund.nupt.* ab Impp. Gratiano, Valentiniano & Theodosio rescriptum est: mulierem, quæ intra annum luctus secundo nupsit, infamem fieri; & præterea hac pœna plecti, vt vltra tertiam partem bonorum suorum, non possit marito secundo testamento relinquere. Quibus verbis manifeste ostenditur: eam posse testamentum facere, modo tertiam partem bonorum suorum legando non excedat. Tum † denique quia à militia ex causa ignominiosa dimissus, infamis est, & priuilegium militare amittit: & tamen iure communi testari non prohibetur. *l.testamenta.26.ff.de testamento milit.* 4 Atque † hinc infertur: periurum, licet infamis sit. *l.si quis maior.41.C.de transactionib. Can.infames.17.* & *can.quicunq; 18.caus.6.q.1.c.querel.nu.10.ibiq; gloss. super verbo, periuri.De iureiurand.* tamen testamentum facere posse *per notata* Ioannis Andreæ *in c. quod semel.21.nu.9. de regul.iur.in 6.* & Reusner, *in tract.de iure testam.part.2.cap.49. num 4.* 5

QVÆSTIO XXVI.

S V M M A R I A.

1 *Manifestus vsurarius an & quatenus testari possit.*
2 *Eiusmodi vsurario sepultura ecclesiastica denegatur.*
3 *Constitutio c. quanquam.2.de vsur. in 6. de qua cautione accipiatur.*
4 *An testamentum reconualescat, si cautio de restituendis vsuris, postea ex interuallo præstetur.*
5 *Quid, si vsurarius desierit exercere vsuras.*
6 *Et quid, si præstitit cautionem, & postea vitium vsurarum continuauit.*
7 *Num dispositio d.c.2. habeat locum in Iudæis.*
8 *Et quid mercator, qui merces carius vendit, si solutio differatur, quam si in præsenti pecunia numeretur, pro manifesto vsurario habeatur.*
9 *Testandi libertas omni iure concessa.*
10 *Testamenta suum sortiri effectum, publice interest.*
11 *Contractus ex consuetudine iudicatur licitus.*

A*N vsurarius manifestus possit testari.*] Manifestum † vsurarium seu fœneratorem testari non posse, nisi cautione de restituendis vsuris prius præstita, constat *ex c.quanquam 2.circa finem vbi* Ioan. Andreæ, & Canonistæ. *de vsur.in 6.* Vasquius *de succession. progress.libr.1.§. 1.numer.*178. Michael Grass. *lib.1.recept.sent.§.testamentum. qu 33. num.1.* Couarruu *ad rubr.de testament.part.3.num.11.* & *lib.3.var.resolut.cap.13.num.9.* Eiusque † ratio est vsuræ ipsius fœditas & labes maxima: quæ sané tanta est, vt (*secundum canones*) reo istius criminis non tantum sepultura ecclesiastica denegetur: sed & præterea is excommunicetur; adeoque plane intestabilis reddatur. *d.c.2.in princ.de vsur.in 6. Clement 1.de sepultur.* Panormita *consil.1.lib.2.eum q; citans* Nicolaus Reusner. *in tractat.de iure testament.part.2.cap.47. num. 2.* 1 2

Nunquid sufficiat nuda cautio, &c.] Quod † *d.cap.quanquam 2.de vsur.in 6.* Non de simplici siue nuda, sed de fideiussoria vel pignoratitia cautione accipi debeat, *vltra glossam* & Couarruuiam *hic allegatos*, tenent Antonius Gabriel *Roman. commun. conclusio. libr.4. titul.de testament. conclus.3. num.10.* & Grassus *dict.§.testamentum, quæst.33. num. 8.* 3

Magis communis opinio est, quod reconualescat.] Quod † testamentum vsurarii manifesti sine conditione prædicta præstita conditum reconualescat, si postea ex interuallo præstetur, *post alios à se memoratos*, affirmat Grassus *dict. quæst.33.num.4.vers. contrarium vero, &c.* vbi *num.5.* subiicit, hoc adeo verum esse, vt sufficiat, etiamsi testator dimittat procuratorem ad præstandam istam cautionem, *per notata* Angeli *disputatio. incip.* Astensis *miles. quæst.12.* Viuiu *commun.opin. lib 1. verb. vsurarius.* & Iohannis Dilecti Durantis *in tractat.de arte testandi.tit.1.cautel.7. num. 2.* 4

Si vsu-

Si vsurarius manifestus desinat exercere vsuras.] Conclusio,
5 qua † astruitur, vsurarium manifestum non posse testari, nisi præstita cautione de soluendis & restituendis vsuris, procedit non tantum in eo, qui tempore testamenti est vsurarius manifestus, sed etiam in eo, qui isto tempore artem fœneratitiam intermisit; *vt post Angel. in d. q. 12.* Couarru. *d. lib. 3. var. resol. c. 3. num. 9. & vers. nono, &c.* Anto. Gabriel. *d. conclu. 3. num. 9.* annotauit Grassus *d. quæst. 33. numer 2.*
6 At † quid, si vsurarius manifestus, præstita prius cautione, testamentum rite fecit, & tamen post testamentum secrete vitium vsurarum continuauit; ecquid testamentum valebit? Tale testamentum non valere, sed irritari, merito responderunt Ange *d. dispu.* Astensis *miles. quæst 13.* Bened. Capra *tractat. regul. conclu. 102. num. 19. hosque laudans* Grassus *d. quæst. 33. nu. 3.* Haud enim videtur negotiationem improbam seu fœneratitiam dimisisse, qui redit ad vomitum, crimenq; reiterauit.

Numquid dispositio d. c. quanquam habeat locum etiam in Iu-
7 *dæis.*] Iudæos, † manifestos vsurarios, absq; præstita cautione idonea de vsuris restituendis, testari posse communiter receptum est, *vt testantur* Alexand. *consil. 6. vol. 6.* Ant. Gabriel *d. conclus. 3. num. 8.* Viuius *commun. opin. lib 1. in verb. vsurarius.* Grassus *d quæst 33 num. 6. &* Reusn. *d. part. 2. de iure testament. c. 47. num. 15.* Tam etsi contrarium defendant Carolus Molinæus *in addit. ad* Alexand. *d. consil. 6. &* Co-
8 uarruuias *d. capit. 3. num. 9. vers. septimo, &c.* Illa † quæstio nonnunquam hic addenda est: an mercator, qui merces carius vendit, si solutio differatur, quam si in præsenti pecunia numeretur, pro manifesto vsurario haberi debeat, ita vt in crimen prauitatis vsurariæ, adeoque in pœnam *dicti c. quanquam. 2. de vsur in 6.* quo testamentum vsurarii irritum esse statuitur, incidat? Et illum incidere, sicq; tanquam manifestum vsurarium testari non posse, volunt Panormitan. *consil. 22. lib. 1. &* Andr. Siculus *consi. 67. colum.*
9 *5. lib. 4.* Sed † contrarium, saltem consuetudine ita dictante, verius propterea esse videtur: tum quod pœna in hæc odiosa sit, & auferat hominibus testandi libertatem, quæ omni iure concessa est. *l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. & similib.*
10 tum quod † Reipublicæ maxime intersit, vt testamenta suum sortiantur effectum. *l. vel negare. 5. ff. testam. quemadm. aperiant.* Sicuti & alias celebrans contractum, qui communiter pro licito habetur, quamuis alioquin iste contractus vsurariam sapiat prauitatem: non idcirco tamen vsurarius manifestus dicitur, *arg. l. quis sit fugitiuus. 17. §. apud Labeonem 12. ff. de aedilit. edict.* Decius *in l. 1. num 17. vers. sed certe ista conclusio. & in l. procurator. 7. num. 7. C. de edend.* Siqui-
11 dem † contractus ex consuetudine licitus & permissus iudicatur, *argum. l. quid ergo. 3. §. 1. ibi, vel his, quæ in regione obseruantur. ff. de contrar. & vtil. act. tutel. l. tutor, qui repertorium. 7. §. quæ autem sunt 10. vers. ex cæteris causis secundum morem prouinciæ. ff. de administrat. & peric. tutor. l. cum seruus 39. §. apud Iulianum 1. vers. in vsurarum autem quantitate mos regionis erit sequendus. ff. de legat. 1. l. 1. in princ. ibi, ex more regionis. & l. in contraria. 37. ibi. quæ in regione frequentantur. ff. de vsur.* Roland. a Valle *cons. 75. num 43. lib. 1. & cons. 96. num. 26. lib. 2.* Straccha *in tract. de mercat. part. 1. num. 37.* Reusner. *d. part. 2. de iure test. c. 47. num. vltim.*

QVÆSTIO XXVII.

S V M M A R I A.

1 *Clerici qui, & vnde dicti.*
2 *Prælatus vel clericus quatenus testari possit.*
3 *An Papa queat dare clerico licentiam testandi de bonis Ecclesiæ. remissiue.*
4 *Quatenus pontifex ipse testari valeat.*
5 *Imperator de rebus, ad imperium pertinentibus, testari nequit.*

N*Vnquid prælatus aut clericus possit testari.*] Hic addendum, quod † clerici intelligantur sacerdotes Ecclesiæ, sic dicti, vel quia cleri, id est, populi à Deo electi curam gerant: vel quia sorte diuina electi, id est, à Deo vocati & ordinati sint. Etenim κλῆρος idem est Græcis, quod sors Latinis: & ideo clerici appellantur; quia de sorte Domini sunt; vel quia Domini partem habent, *vt* vult Isidorus. *in can. 1. Distinct. 21. in prin.* vbi clericorum nomina & gradus exponit. 1

Circa bona patrimonialia videtur absolute dicendum, &c.] De † bonis patrimonialib. vel hereditariis, vt sunt hereditates, legata, donationes, & similia, potest Prælatus, Episcopus, vel clericus testari, & heredem, quē velit, instituere, etiamsi filios vel propinquos non habeat: nec Ecclesiam heredem relinquere tenetur. Idque procedit non solum in bonis, quæ habuit ante clericatum, sed etiam postea acquisitis: ex suo tamen labore & industria. Nam de bonis ex patrimonio Ecclesiæ, vel contemplatione eius acquisitis, testari prælatus vel clericus non poterit; *vt post Clarum nostrum* Didacum Couarru. *Viuium & alios*, fusius docent; Michael Grassus *lib. 1. recept. sent. §. testamentum, quæst. 34. num. 1. & 2. &* Nicolaus Reus. *in tract. de iure testamentor. part. 2. c. 32. num. 4. 6. & 18.* 2

Numquid Papa possit dare licentiam clerico testandi de bonis Ecclesiæ.] Adde † videndos Didacum Couarruu. *in cap. cum in officiis 7. num. 7. ext. de testam.* Grassum *d. quæst. 34. num. 9 &* Reusnerum *d. cap. 32. num. 16. aliosque ab his citatos.* Sane † ne Papa quidem aut summus Pontifex ipse aliter testari potest, nisi de bonis suis patrimonialibus: non autem de Pontificatu, aliisque ad Pontificatum pertinentibus, hoc est, de B. Petri patrimonio, vt vulgo loquuntur, *gloss. in l. cum heredes 7. super verb. liceat, C. qui testam. fac. poss.* Philipp. Franc. *ad rubr. de testam. lib. 6.* Perinde † vt nec Imperator de imperio, aut de iis Imperii pertinentibus hodie testari posse creditur, *vt notat idem Francus in d. rubr. vers. vigesimo quarto prohibetur Imperator, & c. eumq; referens* Reusn. *d. cap. 32 num. 21. & seq. Atque huc pertinent, quæ de potestate Imperatoris latissime tradidimus ad Epigraphen proœmij Institution. num. 45. & multis sequentib.* 3 4 5

QVÆSTIO XXVIII.

S V M M A R I A.

1 *Num monachus contemplatione ingressus possit testari, etiam non secuta biennitate iuris communis.*
2 *Plus concedi debet militibus cœlestibus, quam armatæ militiæ.*
3 *Spiritualia temporalibus præferenda.*
4 *Minus est in spe, quam in re.*
5 *Fauore religionis priuilegiatur volens ingredi ad hoc, vt admittetur ad ingressum.*
6 *Vbi vtique publica versatur vtilitas, idem iudicatur de eo, qui est in via ad actum, prout de eo, qui est in actu.*
7 *Qui de proximo creandus est miles, pro milite habetur.*
8 *Potentia propinqua actus habetur pro ipso actu.*
9 *Pœna statuti de offendente Scholarem matriculatum, in quo locum habeat.*
10 *Mens & intellectus Nouell. 5. cap. 5.*
11 *Sententia can. quis ingredientibus. 7. caus. 19 q. vlt.*
12 *An testamentum conditum ante religionis ingressum, per subsequentem postea ingressum irritetur, remissiue.*
13 *An & quatenus monachus post ingressum, & ante professionē, testamentum facere possit.*
14 *Intellectus auth. ingressi. C. de sacrosanct. Eccles.*
15 *Si ingressus monasterium moriatur intra annum probationis,*

qui

cui debeantur eius bona, num monasterio, an venientibus ab intestato.

16 *Vtrum monachus post professionem possit facere testamentum.*

17 *Et quid, si efficiatur Episcopus.*

18 *Et quid, si ingressus protestatus sit, vt possit bona retinere.*

19 *Quo pacto pater, qui monasterium ingreditur, inter liberos testari queat post professionem.*

20 *Et quid, si non habeat liberos, sed parentes, an inter ipsos parentes testari valeat.*

21 *Vt legitima filiorum, ita & parentum aucta est.*

22 *Parentes in legitima superant pauperes & captiuos.*

23 *Parentes quatenus donationem inofficiosam reuocare possint.*

24 *Monasterium quando filii loco habeatur.*

25 *An monasterium fictus filius dici queat.*

26 *Fictio imitari debet naturam.*

27 *An & quatenus monachus post professionem possit reuocare aut mutare testamentum, ante professionem factum, remissiue.*

1 IN *primo tempore certum est, &c.*] Monachus † ante ingressum monasterii non modo testamentum facere
potest, *per rationem hic à Claro adductam*: sed etiam si quispiam testari velit ante religionis ingressum, intuitu tamen siue contemplatione ipsius ingressus, testari poterit, etiam non seruata solennitate iuris communis, vt *post* Bartolum & Decium *hic laudatos* tenent Iason *in authen. si qua mulier. num. 22. & 23. C. de sacrosanct. Eccles. Panormita. &* Anton. de Butrio *in c. in præsentia 8. de probat. hosque allegans* Thadeus Piso *lib 1. variar. resolut. cap. 8. num. 3.* Et licet hæc opinio in puncto iuris (*teste Claro hic*) patiatur aliquam difficultatem: tamen sequentibus rationibus non im-
2 probabiliter sustinetur. Primo † enim si illud permittitur militibus armatæ militiæ, qui pugnant pro defensione temporalium & corporum: multo magis permit-
3 tendum erit militibus cœlestis militiæ, qui † pugnant pro defensione spiritualium & animarum, quæ omnibus temporalibus præferenda sunt. *capit. solitæ. 6. §. quod autem sequitur. de maioritate & obed. can. præcipimus. 24. caus. 12. q. 1.* Et quanquam Salicetus, eiusque asseclæ *in d. auth. si qua mulier. C. de sacrosanct. Eccles.* dissentiendo obiiciunt simile istud de milite adductum non esse bonum: cum procedat: in eo tantum, qui actu est miles, non in eo,
4 qui cogitat siue sperat fieri miles, vt † in casu nostro: & minus sit in spe, quam in re, *argum. l. minus est. 204. ff. de reg. iur.* attamen respondetur, quod fauore religionis priui-
5 legiatur volens ingredi ad hoc, vt † inuitetur ad ingressum: sicut videmus, quod ingressus priuilegiatur in casu, quo inter liberos testatur, vt facilius ad ingressum in-
6 uitetur. *d. auth. si qua mulier. C. de sacros. Eccles.* Deinde † responderi potest, quod quando versatur publica vtilitas, vt hic fauor religionis esse videtur, idem iudicatur de eo, qui est in via ad actum, prout de eo, qui est in actu, *argu. l. abesse. 32. & l. qui mittuntur. 35. ff. ex quib. caus. maiores. 25. an.*
7 *in integr. restit.* Quo confert, quod † qui de proximo creandus est miles, habetur pro milite, & qui de proximo est accingendus, pro accincto habetur. *l. penult. ff. de testam.*
8 *milit.* vbi Baldus notat, quod † potentia propinqua actui habetur pro ipso actu. Eodem facit, quod tradit Angel.
9 *in l. ex eo tempore, 42. ff. eod.* dum ait, quod † pœna statuti de offendente Scholarem matriculatum, habeat locum in eo, quem Rector iussit matriculari, licet nondum esset descriptus in matricula: quoniam de proximo matricu-
10 landus, pro matriculato reputatur. Secundo prædicta † opinio probatur *per textum in Nouell. 5. de monachis, cap. 5.* vbi Iustinianus decernit: eum, qui in monasterium introire voluerit, antequam monasterium ingrediatur, licentiam habere suis vti, quo voluerit modo. Ergo absque solennitate iuris: quia qui habet potestatem disponendi de bonis, suis, quo vult modo potest testari sine solennitate iuris. *l. 1. ff. de testam. milit.* Nec mouet si obiiciatur, textum istum, intelligendum esse de actibus inter viuos, quibus verbum illud *vti* magis conuenit, quam vltimæ voluntati. *l. vti frui. 5. ff. si vsusfruct. pet.* Nam verba illa, *vti quomodo voluerit*, plane generalia sunt, quæ etiam testamento conueniunt. Aliud quippe est dicere, quem posse vti bonis, quomodo velit: aliud, vti & frui bonis suis; vel simpliciter, vti bonis. Siquidem primo casu verificantur verba etiam testando. *d. l. 1. cum ibi notatis. ff. de testam. milit. & l. 1. C. de sacrosanct. Eccles.* Secundo autem & tertio casu conueniunt actibus inter viuos tantum. Præterea ratio assignata *in d. Nou. 5. c. 5.* generalis est: quia dicit Imperator quod ingredientes post ingressum non possit vti rebus suis, quomodo voluerit: quia amplius non erit earum dominus. Ergo ante ingres-
sum poterit: quia erat dominus. Ad † cuius sententiæ 11
confirmationem accedit textus *in can. quia ingredientibus. 7. caus. 19 q. vltim.* vbi aperte dicitur, ingredientibus monasterium post ingressum vlterius nullam esse licentiam testandi: & sic negatur omnis potentia, tam de iure communi, quam speciali. Ergo ante ingressum vtroque modo licebat testari: alioquin illa verba vniuersalia nihil operarentur: quia satis fuisset dicere, non sit licentia testandi; vt *post alios*, id declarat Thadeus Piso *d. lib. 1. var. resolut. c. 8. num. 31.*

*Nunquid tale † testamentum per subsequentem religionis in- 12
gressum annulletur.*] Adde de hac quæstione prolixe dissertantes Didacum Couarruu. *in c. 2. num. 5. de testam.* Fernandum Vasq. *de success. creat. §. 20. num. 29.* Michaelem Grassum *lib. 1. recept. sent. §. testamentum, q. 34. nu. 2. cum seqq.* Nicolaum Reusnerum *in tract. de iure testamentorum, part. 2. c. 31. n. 12. cum seqq.* & Thadeum Pisonem *d. c. 8. nu. 12. & subseqq. vbi omnium fusissime quæstionem istam explicat.*

Dixi, secundum tempus considerari posse, &c.] Monachus † 13
post ingressum, & ante professionem potest facere testamentum, & de bonis suis disponere eodem modo, quo potest & ante ingressum. Etenim monachus nouitius intra annum probationis tanquam laicus cēsendus est: nec dicitur monasterium ingressus is, qui nondum professionem fecit, *arg. d. c. 2. vbi* Couarruu. *num. 4. & seq de testam. & d. can. quia ingredientibus. 7. caus. 19. qu. vlt.* Bartol. *num. 20. & cæteri scribentes in d. auth. si qua mulier. C. de SS. Eccles.* Raphael, Fulgos. Alexand. & Corneus *in l. si quis heredem. 7. C. de instit. & substit.* Grassus *d. quæst. 34. num. 5.* Tiraquell. *de retract. lignager. §. 1. gloss. 8. num. 34. vbi ad hoc plures citat.* Nec † aduer- 14
satur textus *in auth. ingressi. C. de SS. Eccles.* vbi traditur, quod solo ingressu bona monasterio acquirantur, & consequenter monachus de ipsis testari non possit. *Nam* accipi debet de ingresso cum effectu, & sic secuta professione; non autem de eo, qui simpliciter ingressus est, & habitum assumpsit, *vt loquuntur*. Is namque dicitur nouitius & non proprie ingressus; quemadmodum, *post Doctores supra relatos*, docet Thadeus Piso *d. lib. 1. c. 8. nu. 29.*

Licet si decedat intestatus, eius bona acquirantur monasterio.]
Hanc † Iulii Clari opinionem amplexi sunt iam olim Ia- 15
cobus de Rauenn. & Petrus de Bella pert. *in d. authen. si qua mulier. C. de sacros. Eccles.* Ant. de Butr. *in c. de præsentia. 8. col. 17. de probationib. ibique late* Barbat. *num. 51. & multis sequentibus.* At verior æquiorque est sententia existimantium, quod eiusmodi bona non acquirantur monasterio, sed debeantur venientibus ab intestato: maxime, quando ingrediens expresse non contulit bona sua monasterio, sed simpliciter intrauit causa probationis. Tunc enim cum intra annum non sit religiosus, *cap. religioso. 21. §. 1. de sentent. excommunicat. in 6.* & bona nec tacite, nec expresse transiuerint ad monasterium, & adhuc habeat facultatem con-

dendi testamentum, & decedat ab intestato: conse-
quens vtique est, vt ei proximiores succedere debeant:
& eo magis, cum idem obseruetur in clerico seculari,
qui magis est astrictus Ecclesiæ, quam existens intra an-
num probationis; cui prius consanguinei, & in defe-
ctum Ecclesia succedit. *can.fin.12. quæstio.5. Et ita sentiunt*
Petrus de Anchar. *in capit. beneficium.4. de regularibus in 6.*
Iason *in l. authen. si qua mulier. numer.59.C. de sacrosanct. Ec-*
clesi.eosque referens Piso *prædicto lib.1.variar.resolut. cap. 8.num.*
31. Eadem de re inspiciatur Petrus Gilkenius *ad d.auth. ingres-*
si,num.31.C.de SS.Eccles.

16 *An religiosus professus possit condere testamentum.*] Quod †
monachus post ingressum, & post factam professionem,
nec testamentum condere, nec aliquo alio pacto de re-
bus suis disponere possit, adeo verum certumque est,
17 vt † procedat, etiamsi ille factus fuerit Episcopus. Nam
adhuc testari non poterit, non solum de bonis iam mo-
nasterio quæsitis, sed nec etiam de aliis postea obuenien-
tibus. Huiusque ratio non obscura est: quia monachus
propter episcopatum, in totum a regula non eximitur,
nec a substantialibus ipsius regulæ: & ideo nihil potest
habere proprium, nec mutare habitum; vsque adeo,
vt si deponat habitum monasticum, & assumat roche-
tum, sit excommunicatus, *argum. textus in cap.2. Ne clerici*
vel monachi secularib.negot.se immisc.in 6. Et tradunt Iason
in d.auth. ingressi.num.14. cum seq C.de sacrosanct. Eccles. Co-
uarruu. *in c.1.num.18.de testam.* Thadeus Piso *d.lib.1.capit.*
18 *8.num.33. aliique ab eo designati.* Quin † & licet ingressus
protestatus sit, vt possit bona retinere, vel professus sit
sub hac conditione, vt bona retineat: adhuc tamen te-
stari minime poterit: cum huiusmodi protestatio & con-
ditio non valeat: eo quod est contra substantiam reli-
gionis, vt monachus aliquid proprium habeat. *cap. cum*
ad monasterium. 6. in fin. ibique gloss. super verb. abdicatio. de
statu monachor. c.si religiosus.27.de elect.& electi potest.in 6.can.
non dicatis.11.caus.12.q.1. Grass. *d.§.testamentum,qu.34.num.6.*
vbi plures allegat.

19 *Scias tamen, quod poterit huiusmodi professus, &c.*] Si ille,
qui liberos habebat, antequam de rebus suis disponat,
monasterii legem amplectatur; poterit facultates suos
ita inter liberos distribuere, vt quod reliquum est, mo-
nasterio competat, sed tamen sine diminutione legitimæ
portionis. Quod si autem omnem substantiam diui-
dere velit, hoc etiam ipsi liberum erit, dummodo suam
personam inter illos connumerat, & tantundem sibi re-
tineat, quantum vni ex prolibus æqualiter institutis re-
linquit. Vnde si quinque millia aureorum in bonis ha-
beat, & quatuor sint proles siue liberi, mille aureos pro
sua persona deducet. Quod si autem post ingressum
monasterii, antequam de bonis suis disponat, moriatur:
legitimam portionem reportabunt filii: reliquum mo-
nasterio addicitur, *per textum expressum in Authent. si qua*
mulier. C.de sacrosanct. Eccles. ibique gloss. Bartol. Bald. Iason,
20 Gilkenius & Dd. *communiter notant.* At † quid statuen-
dum, si ingressus liberos non habeat, sed parentes: ec-
quid inter eos testari poterit? Et illum etiam inter pa-
rentes (*repudiata* Azonis *opinione contraria*) testari posse,
non sine ratione affirmant Iacob. Butrig. Odofred. Sali-
cetus *num.9.&* Bartol. *num.19.in d.authen. si qua mulier. C.*
eodem. Tum quia eadem est ratio æquitatis in patre,
quæ in filio: cum vicissim ei hereditas debita sit, saltem
ordine turbato, licet non ex voto: & proinde ita patri
datur querela, sicut filio. *l.pater filium.14.& l.seq. in princ.*
21 *ff.de inoffic. testam.* Vnde † quemadmodum legitima fi-
liorum suum augmentum recepit: ita & in parentibus
quadrans in trientem est commutatus. *Nouell. 18. cap.1.*
& latius probauimus in §.vltim.num.19.& seqq. Instit.de inof-
22 *fic. testament.* Tum † quia parentes in legitima supe-
rant pauperes & captiuos, *per textum indistincte loquentem*
in authen. presbyteros, & diaconos. C. de episc. & cleric. Sed
pauperes & captiui superant monasterium, *& in authen.*
nisi rogati. C.ad SC. Trebell. Ergo & parentes in legitima
monasterium superare debent. Tum quia ingressus di-
citur sua conferre monasterio iure donationis, *teste Bar-*
tolo. Atqui parentes possunt vsque ad legitimam, dona-
tionem inofficiosam reuocare. *l.si filius.4.C.de inoffic. do-*
nat. Ergo dicendum est, quod † filius etiam testando eis 23
aliquid relinquere possit.

Huic sententiæ non obstat, quod † monasterium ha- 24
beatur loco filii. *Nouell.123.cap.37.d. auth. nisi rogati. Cod. ad*
SC. Trebellian. c.in præsentia.8.de probationibus. Filium autem
excludere parentes certum sit. *auth. in successione. C.de suis*
& legit.liber. Nam respondetur, monasterium non ha-
beri loco filii, nisi in casibus iure expressis, *vt notant* Imol.
& Aretin. *in leg. si ita quis 51.§ iis, cui.ff de legat. 2.* Panormi-
tanus *& alii in d.c.in præsentia.8. de probat.* Sed † nullibi in 25
iure reperitur expressum, quod monasterium habeatur
loco filii ad exclusionem parentum. Præterea nec fictus
filius monasterium dici potest. Si enim monasterium
esset filius: sequeretur, quod monasterium tot censere-
tur habere patres, quot monachi in monasterio reperi-
rentur. At consequens est falsum. Ergo & antecedens.
Falsitas consequentis inde relucet, quod † fictio saltem 26
in genere imitari debet naturam. *§ minorem.4.Instit de ad-*
optionib. Sed secundum naturam etiam in genere impos-
sibile est, quem habere plures patres naturales. *leg. fi-*
lium.6.ff.de his,qui sui,vel alieni iur.sunt. Ergo nec per fictio-
nem istud induci potest. *Verum vide* Thadeum Pisonem,
copiosius illud enodantem dict.libro primo, variar.resolut.capit.8.
num.36.

An professus possit testamentum ante a conditum reuocare.]
Monachum † post factam professionem, neque mutare, 27
neque reuocare posse testamentum ab eo ante professio-
nem factum, nisi inter liberos testetur, concludunt vltra
Clarum nostrum, Didacus Couarruu. *in cap.2.num.9.in fin.*
Grassus *in d.§.testamentum.quæst.34.num.8.in fin. eosque refe-*
rens Piso *d.cap.8.num.vlt.*

QVÆSTIO XXIX.

SVMMARIA.

1 *Quis proprie monachus & religiosus dicatur.*
2 *An differentia sit inter mendicantes & alios religiosos.*
3 *Quatenus fratres minores, prædicatores, & alii religiosi non mendicantes sint capaces hereditatum, tam ex testamento, quam ab intestato, remissiue.*

A*N scilicet monachi vel religiosi possint capere ex testamen-*
to] Addendum hoc loco, quod † monachus & re- 1
ligiosus proprie ille dicitur, qui tria vota profitetur:
nempe votum castitatis, paupertatis, & obedientiæ. *cap.*
cum ad monasterium. 6 de statu monacho. Et ætas, quæ ad
profitendum ista hæc tria vota requiritur, olim erat an-
norum 14. in masculo, & 12. in fœmina. *cap. significa-*
tum. 11.& cap. cum virum. 12. de regularib. can.puella.2. quæ-
stion.2.capit. 1.de regularibus in 6. hodie vero est annorum
decimasexta, completorum, *ex concilio Tridentin. sess. 25.*
capit.15.

Distinguendum est inter mendicantes & alios religiosos.]
Hic addendum, quod † hodie *ex dict. concilio Tridentin.* 2
sess.25. capitu.3. Nulla sit differentia inter mendicantes
& alios religiosos, quoad possidendum bona immo-
bilia; sed omnibus monasteriis & domibus, tam
visorum,

virorum, quam mulierum, concessum sit, vt bona immobilia possidere valeant: exceptis tamen domibus fratrum S. Francisci, Capucinorum, & eorum, qui minorum de obseruantia vocitantur, *vt notat* Thadeus Piso *lib. 1. var. resolut. c. 11. nu. 2.*

Fratres minores nullo modo possunt capere ex testamento.]
3 Quatenus † Fratres minores & prædicatores & alii religiosi non mendicantes sint capaces hereditatum tam ex testamento, quam ab intestato, *post Clarum nostrum hic*, Michaelem Grassum *lib. 1. recept. sentent. § legatum. quæst. 7.* M. Anton. Peregrinum *libr. 3. de iur. fisc. titul. 14. & alios*, multis conclusionibus, ampliationibus & limitationibus diligenter explanat Thadeus Piso *dict. capit. 11. per totum.*

QVÆSTIO XXX.

S V M M A R I A.

1 *Si monachus heres sit institutus, eique substitutus à testatore datus: an substitutus, si monachus repudiauerit delatam sibi hereditatem, monasterio sit praferendus.*
2 *Monasterium quatenus per monachum acquirat.*
3 *Ius adeundi semper personæ institutæ adhæret.*
4 *Monachus nihil proprij habet, vt & seruus.*
5 *Quæ species voluntatis sit penes seruum.*
6 *Facti quæ sunt, in alium transire non possunt.*

AN monacho instituto repudiante, monasterium præferatur
1 *substituto.*] Eo casu, quo † monachus heres institutus repudiauit delatam sibi hereditatem, substitutum monasterio præferri, in puncto iuris verius ego (non attenta opinione contraria, communissime recepta, cuius auctores & defensores plures citat probatque Ioannes Dauth. *ad l. 1. num. 128. & seqq. ff. de vulg. & pupill. sub-*
2 *stitut.*) putauerim. Licet † enim monasterium omne, quod acquirit, per monachum acquirat. *leg. Deo nobis. 56. §. huius autem. 2. Cod. de episc. & cleric.* id tamen, facto & aditione monachi intercedente, intelligendum est. *leg. ei, qui. 13. ff. de conditionibus institut.* præsertim cum aditio in omnibus (exceptis suis & necessariis) heredibus necessaria reputetur. Nemo quippe ex eo, quod heres institutus sit, locupletior perhibetur, nisi ipsa aditio accesserit. *leg. pretia rerum. 63. in princip. versic. sed nec heredem. ff. ad leg. Falcid.* Et sane nihil absurdius est, quam vt is, qui in aliena est potestate, aut facilius, aut alio modo, alium quempiam heredem faciat, quam quo ipse heres esse posset, si sui iuris esset. Iam vero exploratum est: monachum, si sui esset iuris, aliter heredem esse non posse, quam adeundo. *leg. ei, qui heres. 13. ff. de acquir. vel omitt. heredit. l. cum proponas. 3. C. de here-*
3 *dib. institut.* Adde, quod † ius adeundi semper personæ institutæ ita adhæreat, vt nullo modo ab ea auelli possit, *argum. dict. l. ei, qui heres. 13. & l. in potest. 18. ff. de acquir. vel omitt. hered. l. potuit. 5. C. de iur. deliber.* Eius siquidem est adire hereditatem, cui illa delata est. *l. delata. 151. vbi Goeddæus. ff. de verb. signific.*

Neque obstat huic sententiæ *can. non dicatis. 11. causa 12. quæst. 1. & c. si religiosus. 27. de electione & electi potest.* vbi ex-
4 pressum est, monachum † nihil proprii, adeoque neque velle neq; nolle habere: sed ipsius voluntatem ex imperio ac potestate sui Superioris seu prælati dependere. Hoc enim quantumuis concedatur, nulla tamen subest causa, cur monasterium hereditatem monacho delatam, nullo eius facto interueniente, acquirere posse statuatur. Hac namque ratione idem de seruo pronunciandum foret, *contra dictam l. cum proponas. 3. Cod. de heredib. instit.* quippe cum & seruus nihil proprii habeat, & quæcunque acquirit, domino, cuius in potestate est constitutus, acquirat, *initio & §. item vobis acquiritur. 3. Institut. per quas pers. cuique acquir. l. etiam inuitis. 32. ff. de acquir. rer. domin.* neque etiam vllam voluntatem habere censeatur, *argum. l. velle. 4. de regul. iur.* Tametsi † inte- 5
rim non negatur, penes seruum eam voluntatis speciem esse, quæ in mero facto consistit, & hic desideratur. Ius quidem facere potest, vt quis sit heres; non autem, vt institutus sit: quoniam hoc facti est. At † 6
quæ facti sunt, in alium, siue is dominus sit, siue pater, siue alius quispiam, transire nec solent, nec possunt. *l. qui heredi. 44. in princip. ff. de condit. & demonstrat.* Quare talem voluntatem, quæ facti est, nec in monasterium transire posse certum est: maxime cum hereditas non monasterio, sed ipsi monacho sit delata. *dict. l. Deo nobis. 56 §. 1. Codic. de episcop. & cleric.* Eaque de re videantur Claud. Chiflet. *in tractat. de success. capit. 9.* Anton. Faber *de erroribus pragm. decad. 26. error. 7.* Politic. *de vulg. substit. numer. 54.* Sfort. Oddus *in prælud. substitut. part. 2. quæstion. 4. num. 5.* Anton. Peregrin. *de fideicommiss. artic. 28. numer. 76.* Gouean. *ad titul. ff. de vulg. & pupill. substitut. numer. 22. cum seqq. &* Thadeus Piso *libr. 1. variar. resolution. capitul. 11. numer. 24. & seq. vbi plures allegation.*

QVÆSTIO XXXI.

S V M M A R I A.

1 *An & quatenus filius naturalis à patre heres institui possit.*
2 *An item spurius siue ex damnato coitu natus.*
3 *Cur filius vulgo quæsitus institui nequeat.*
4 *Qui propriè liberi naturales tantum, item spurii siue vulgo quæsiti, & ex damnato coitu procreati dicantur, remissiue.*
5 *Vtrum tertius aliquis heres patris, possit filium spurium testatoris instituere.*
6 *An filius spurius legitimatus à patre heres institui queat.*
7 *Ecquid statuto induci possit, vt filius spurius instituatur.*

IN quota parte possunt parentes filios naturales sibi heredes instituere.] Communis † & indubitata conclusio est: 1
quod pater, etiam legitimis liberis existentibus, possit in testamento suo vnciam liberis naturalibus, & eorum matri relinquere, id est, partem duodecimam bonorum, *per textum in leg. matre. 2. Cod. de naturalibus liber.* legitimis vero liberis deficientibus, possit filium naturalem vniuersalem heredem instituere, etiamsi habeat ascendentes; dummodo tamen legitimam partem eis relinquat. *Authen. licet patri. Codic. eod.* Huiusque auth. dispositionem procedere etiam de iure canonico, & hodie in vsu ac practica obseruari, *vltra Clarum hoc loco testantur Hostiensis & communiter omnes in cap. lator præsentium. 5. & cap. tanta. 6. ext. qui filii sint legitimi.* Parisius *consil. 14. num. 15. libr. 2. & alii, quos referendo sequitur* Michael Grassus *lib. 1. recept. sent. §. institutio. qu. 7. num 2.*

Sed quid dicendum est de filio spurio.] Expeditum est, ei † spurio qui ex damnato coitu natus est, nihil ex 2
testamento relinqui posse. *dict. Authen. licet. in fin. Cod.*

de naturalibus liber. Secus est in alio spurio, non ex damnato complexu, sed ex soluta & soluto, etiam non concubinariis, procreato: dummodo pater certus sit. Talem enim, ad instar filii naturalis, secundum voluntatem patris succedere posse, tenent Cacheran. *decision Pedemontan.* 85. *numer.* 1. Rolandinus à Valle *consil.* 85. *num.1. volum.* 3. Ascanius Clement. *in tractat.de patr. potest. capit.6. effect.* 16. *num.* 33. *&* Franciscus Bursatus *consil.* 83. *num.1. libr.1.* Si vero filius fuerit vulgo quæsitus, vt quia mater erat publica meretrix, & omnibus se prostituebat, & propterea filius ex ista natus certum patrem ostendere non potest, ei succedere minime valet, ne quidem ex testamento. Bald. *in l.quisquis. §. Codic. ad leg. Iul. maiest.* Iosephus Ludouicus *decisio. caus. Perus. decis.*18.
3 *numer.*20. Cuius hæc assignatur ratio: quia † quemadmodum pater per fatuitatem errat recipiendo talem spurium pro filio: ita etiam errat cum instituendo in vltima voluntate. Vnde causa illa falsa respiciens consanguinitatem & affinitatem vitiat omnino dispositionem testatoris: quia si alias hoc certò sciuisset pater, nihil ei reliquisset. Grass. *d.§.institutio. quæst.7.num.* 10 *in fine.* Porro
4 † qui propria dicantur liberi naturales tantum, item spurii siue vulgo quæsiti, & ex damnato coitu nati; an item & quatenus suis parentibus succedant, dilucide expolui *ad principium titu. institu.de heredit. quæ ab intestat.defer.num.* 221. *cum seqq. numer.*285. *cum seqq. & num.*294. *cum aliquot sequentib.*

Sed pone, quod pater habens filium spurium, instituat ali-
5 *quem extraneum, &c.*] Si † alius tertius heres patris, filium spurium testatoris instituat; hanc institutionem (cum ex ea fraus præsumi non debeat) valere, *præter* Bartolum & Alexandrum *hic allegatos*, tenent quoque Petrus à Duen. *in tractat. regular. reg.*366. *limitat.*11. Bermond. *in tractat.de public. concubin.pagin.*314.*numer.*14. *hosque cum aliis referens* Grassus *dict.* §. *institutio. quæst.* 7. *num.* 13.

Nam si esset legitimatus, vtique posset etiam à patre heres, in-
6 *stitui.*] Adde † idem sentientes Bartolum *in leg ex facto.* 43.*ff.de vulg.& pupill.substit.* Parisium *consil.* 10.*numer.*74. *lib.2. consil.*7.*num.*1. *& cons.8.num.*7 *libr.*7. *hosque laudantem* Grassum *dict.quæst.7.num.*15. Verum de legitimandi modis, & legitimatorum successione accuratius disserui *ad §. aliquando.* 13. *Institut. de nupt. & ad dict. princip. titul. Institu.de heredit.quæ ab intest. deferunt. num.* 210.*& multis subseqq.*

Quæro, an valeat statutum disponens, quod pater possit instituere filium spurium.] Communis conclusio est, quod
7 † statuto induci haud possit, vt filius spurius instituatur, vel alias capax sit paternæ donationis: cum præbeat occasionem fornicandi & delinquendi; vt *post* Decium, Ioannem Dilectum, Fernand. Loazes, Boerium, Didacum Couarruu. Vasquium, Petrum a Duen *& alios à se memoratos*, asserit Michael Grassus *d.§. institutio. quæst* 7.*num.* 11.

QVÆSTIO XXXII.

S V M M A R I A.

1 *Num auus possit instituere nepotem legitimum & naturalem, licet ipse natus fuerit ex filio spurio.*
2 *Quid in nepote naturali ex filio spurio: quid item in nepote ex filio incestuoso.*
3 *Filio spurio herede instituto, cui hereditas applicetur.*

N*Vnquid possit nepotem legitimum & naturalem natum ex ipso filio spurio sibi heredem instituere.*] Quod † auus 1
possit instituere nepotem legitimum & naturalem licet is natus fuerit ex filio spurio, deficiente prole legitima ipsius aui, *vltra hic relatos*, tenent Carolus Molin *in addit. ad* Alexand. *consil.* 74.*num.* 2.*lib.*3. Ioan. Dilectus *in tractat de arte testand. titul.*16.*caut.*14.*num.*12. Nicolaus Boerius *decisio.*127. *num.*16. Bermond. *de publ. concubin. pagin.* 346. *numer.* 65. *& seq.* Petrus Duen. *in tractat. regular. reg.* 366. *limit.*1. Anton. Gabriel. *libr.* 4. *commun. opin. titul. de heredit. instit. conclusio.*3. Ioseph. Ludouic. *in decisio. causar. Perusinar. decisio.*18. *numer.* 23.*& seq.* Andreas Gail. *practic. obseruat. lib* 2. *obser.* 115. *numer.*5. vbi ait, hanc esse communem & benigniorem opinionem, quam etiam Camera Imperialis sequatur. Eandem quoque amplectitur Michael Grassus *libro. recept. sentent.* §. *institutio. qu.* 8.*num.*1.

Addendum hoc loco est: ea, quæ † nepote legitimo 2
& naturali hi dicuntur, etiam procedere in nepote naturali ex filio spurio: non item in nepote ex filio incestuoso: quoniam incestuosi ne naturalium quidem filiorum appellatione veniunt. *Ita sentiunt* Bald. & Salicet. *in l.si quis incestu.*6.*C. de incest & inutilib.nupt.* Martin. Laudens. *in tractat de legitimat. num.* 73. Anton. Gabriel. *dict. conclusio.* 3. *num* 11. Couarruu. *libr.4. decretal. part. 2.capit.*8. §.5.*num.*13.*& seqq. hosque referens* Grassus *d. quæst.*8. *numer.*4.*&* 5.

Addendum hic & illud; quod † si de facto pater filio 3
spurio quippiam reliquerit, eumve instituerit, id legitimis liberis, vel cognatis proximioribus deferatur, non fisco; *vt testantur* Alexand. *consil.*74.*num.*6. *volum.*3. Petrus à Duen. *Reg.*366.*ampliat.*3. Fernandus Vasquius *lib.* 3.*controuersiar. illustr.capit.*102.*num.*8. *&* Grassus *dict.* §. *institutio. quæst.*9.

QVÆSTIO XXXIII.

S V M M A R I A.

1 *Quatenus prodigus testari possit.*
2 *Num prodigo ipso iure, an decreto iudicis bonorum administratione interdicatur.*
3 *Quid lege fieri dicatur.*
4 *Explicatur l.1 ff.de curatorib furioso, & aliis, &c.*
5 *Furioso quatenus bonis interdicatur, & curator detur.*
6 *Prodigus furioso æquiparatur.*
7 *Notorium & decretum pari passu procedunt.*
8 *Intellectus l.Iulianus.1 .& l.si furioso.16.§.1.ff.de curatorib. furioso, &c.& similium.*
9 *Sententia l.his, qui 12.§.2.ff.de tutorib.& curatorib. datis ab his. &c.*
10 *Explanatio & mens capit. veritatis. 8. de dolo & contumacia.*
11 *Interdictionis bonorum formula quæ; & quem prodigum concernat.*
12 *Referuntur auctores, qui concludunt, notorie prodigum ipso iure bonorum administratione priuari.*

N*Vnquid prodigus possit testari.*] Testamentum † prodi- 1
gi, quod fecit, antequam ipsi interdictio bonorum fieret, ratum esse, apparet ex §.*item prodigus.* 2. *Instit. quibus non est permiss. fac. testament. & l.is, cui.*18.*ff.qui testament. fac.poss. vbique* Bartol. Paul. Angel. Paulus de Castro, Iason, *& alii communiter.* Feruand. Vasqu. *de controuersi. illustr.*

illustr.c.37. num.9. Michael Grassus *libr.1. recept. sentent.§. testamentum, quæst. 2.* Francisc. de Caldas *ad l. si curatorem. verb. cum non absimilis. C. de in integr. restit. min. nu 4.* Nicolaus Reusner. *in tractat. de iure testamentor. part. 2. cap. 11. num 7. & seqq.*

Antequam sit illi interdicta per Iudicem administratio bono-
2 *rum.*] Prodigo non ipso iure, sed decreto Iudicis siue Magistratus bonorum administratione interdici, *vltra* Iulium Clarum & Giachanium *hic*, tenent Bartolus, Iason, Alexander, Castrens. Duaren. Cuiac. *in l. is, cui. 6. ff. de verb. obligat.* Baptist a Villalob. *in communib. opinio. verb. prodigus. num. 32.* Viglius *ad d. l. §. item prodigus. num. 3. Institu. quibus non est permis. fac. testament.* Vinnius *lib. 1. opin. conclus. 247. & opinion. 248. ibique referens* Gœddæus *in commentar. de contrah. & committ. stipulat. capit. 7. conclusion. 10. num. 141. cum seqq.* Quibus adiiciendi sunt Ioan. Borcholt. *in commentar. de verb. obligat. capit. 3. num. 56 & seqq.* Petrus Heigius *num. .* & Wesenbec. *num. 4. in §. furiosi 3. Institut. de curatorib.* Bronchorst. *cent. 1. ἐναντιοφανῶν assert. 26. edit. 1* Forsterus iunior *in tractat. de pact. cap. 5 pag 130.* Hœnon. *disput 3 controuers. 14.* Wegnerus *disputat. 3. th. 6. lit. A.* Matthias Stephani *cent. 1. quæst. 90. &* Robertus *disput. 5 ad Institut. th. 6.* Verum contraria sententia, quod prodigo ipso iure, absque magistratus decreto bonis interdicatur, si modo notorie & manifeste prodigus fuerit, licet non receptior attamen verior putatur. Etenim prodigo dicitur bonis lege interdici. *l. 1. ff. de curatorib. furioso, &c. d. l. is. cui lege. 18 ff. qui testamen. fac. poss. & l. nutrum. 5. §. 1. ff. de ac-*
3 *quir. vel omitt. heredit.* Atqui † id demum lege fieri dicitur, quod sola fit lege, nullo hominis facto io. eueniente, *argum. l. legitimos. 5. in princip. ff. de legitimis tutorib. l. vltim. §. fin autem testamentum. 6. Cod. de curatore furiosi vel prodigi. §. 1. Institut. de heredit. quæ ab intest. defer. & l. capitis. 11. ff. de suis & le-*
4 *git. heredib.* Nec † obstat quicquam, quod *in d. l. 1. ff. de curatoribus furioso. & aliis, &c. & in d. §. furiosi. 3. Instit. de curatorib.* diserte traditur: prætorem, vel præsidem hodie prodigo curatorem dare: quod nihil aliud esse videtur, quam hodie prætores vel præsides prodigo bonis interdicere. *Aliud* namque est, bonis alicui interdicere: & aliud, curatorem dare. Prodigo interdicitur bonis ipso iure, videlicet lege XII. tabularum: at prodigo datur curator à prætore. Vnde Vlpianus *in d. l. 1.* ait: *Sed solent hodie prætores vel præsides curatorem ei dare:* non vero dicit, *bonis interdicere.* Cæterum plerique censent, hæc non esse separata, sed inseparabiliter connexa: eo quod ille, qui dicit, in curatione aliquem esse, simul hoc dicere creditur, bonorum suorum administrationem ei ademptam esse. Verum licet illis hoc concedatur: non tamen statim obtinebunt, antea bonorum administrationem illi non esse ademptam, quam in curationem incidat. Valet sane consequentia: in curatione est: ergo bonorum administratio ipsi adempta est. Non item valet consequentia: in curatione est: ergo bonorum administratio ipsi antea ademptanon est. Idque patet exemplo furiosi: cui, quam
5 primum † furore diuexari cœperit, quamuis ipso iure bonis interdicatur, vt probant verba legis XII. tabb. à Cicerone *lib. 2. de inuent. & lib. 4. Tusculanar. quæstio.* recitata: *Si furiosus est, agnatorum, gentiliumque in eo, peculiique eius potestas esto.* nihilominus tamen ei Curator à prætore vel præside datur. *d. § furiosi. 3. Instit. de curatorib. & d. l. 1. ibi, ex*
6 *exemplo furiosi. ff. de curatorib. furioso, & aliis, &c.* Atqui † prodigum furioso æquiparari & similem esse, aperte constat ex Fulcinius 7. *§. idemque & in prodigo. ff. quib. ex caus. in possess. eatur. l. 1. C. de curatore furiosi. vel prodigi. l. his, qui 12. in fine. ff. de tutoribus & curatorib. datis ab his, &c.* Hoc facit præterea, quod vbi aliquid est manifestum & notorium, perinde statuendum sit, ac si de eo sententia esset lata, aut de-
7 cretum interuenisset. Notorium † siquidem, & decretum siue sententia pari passu procedunt: adeoque in notoriis, vlteriore magistratus decreto vel auctoritate opus non est, *argum l quod tamen. 21. §. si arbiter. ff. de recept. arbitr. l. cum prætor. 42. ff. de iudic. l. 1. §. 1. ff. ad ... l. Turpillia. l. ex empto. 11. §. emptorem. 12. ibi, quia manifestum fuit. ff. de actionibus empt.* Iosephus Mascard. *de probat. conclusion. 1107. volum. 2.*

Huic non aduersatur, quod † *in l. Iulianus. 10. in princip.* 8
& l si furioso. 16. §. 1. ff. de curatorib. furioso, & aliis extra minores dandis. dicitur, per prætorem bonis prodigo interdici. & quod *in dict. l. is, cui 18. ff. qui testam fac. possunt*, proponitur de prodigi testamento, quod interdictione sit prius siue vetustius. & quod *in l. & mulieri. 15. ff. de curatoribus furioso, & aliis, &c.* de muliere luxoriose viuente notatur, ei ex decreto bonis interdici posse. & quod *in l. petri. 27. circa principium. ff. de minorib.* scribitur, tunc demum agnatos & affines, adolescentis luxuriose viuentis nomine postulantes in integrum restitutionem, audiendos esse, si eius vitæ sit adolescens, vt ei merito bonis interdici debeat. & quod denique *in leg. certi condictio. 9. §. sed & si 7. ff. de reb. credit.* prodigi siue interdictionis fit mentio. *Etenim* id omne de prodigo, qui non est notorie prodigus, siue de cuius prodigalitate omnibus non constat; accipiendum est. Huic nam licet reuera bonis sit interdictum a lege, ex eo statim tempore, quo bona sua dilapidare ac dissipare cœpit: quia tamen de interdictione isthac non omnibus perinde liquet: propterea quod nec omnibus facultates eius satis sunt cognitæ: idcirco prætoris decreto hoc casu est opus, quo non tam bonis ei interdicatur, quam prodigus declaretur, eidemque bonis interdictum esse significetur. Quod si vero de prodigalitate alicuius notorie omnibus constet: superuacuum erit; eum, qui neque tempus, neque finem expensarum habet, sed bona sua dilacerando & dissipando profundit, prodigum à magistratu declarari, eique bonis interdici.

Sic quoque non † refragatur textus *in prædict. l. his, qui* 9
12. §. Diuus Pius. 2. ff. de tutorib. & curatorib. datis ab his, &c. vbi dicitur, quod diuus Pius matris querelam de prodigis liberis admiserit, iusseritque, vt illi in cura essent. Atquasi ipso iure prodigi fuissent, bonisque eis lege interdictum: non amplius fuisset opus matris querela, nec digna, vt ab Imp. admitteretur. Nam *in ista l.* non de interdictione bonorum, sed de datione curatoris agitur. Quamuis enim illic filiis prodigis ipsa lege bonis interdictum fuerit: quia tamen interdictionem illam spernebant, eaque non obstante, bona sua profundere ac dissipare pergebant: ideo de hac ipsorum prodigalitate conquesta est mater, petiitque, non bonis liberis interdici, sed curatorem illis constitui.

Similiter † non obstat *cap. veritatis. 8. ext. de dolo & contumac.* vbi notorium erat, Episcopum dilapidare bona 10
Ecclesiæ, sicque prodigum esse: & nihilominus tamen Pontifex decernit, prius hoc examinari, deinde re cognita bonis interdici fas esse. *Præterquam* enim quod negatur; Episcopum, de quo ibi agitur, prodigum fuisse; cum non sua (quod definitio prodigi exigit, *de qua in l. 1 ff. de curatoribus furioso, &c.*) sed aliena, Ecclesiæ videlicet bona, profuderit: etiam non inepte respondetur, quod quamuis Episcopus prodigus fuisset; non tamen notorie fuisset prodigus. Tum quia publica duntaxat fuit fama, Episcopum illum prodigum esse, *vt in ipso textu dicitur, ibi, publica prædicabat infamia, &c.*

Tum quia illic inquisitio & causæ cognitio fuit adhibita: quæ non in notoriis, sed in obscuris

solummodo adhiberi solet. Tum etiam quia ibidem episcopo non fuit bonis interdictum: sed is ab officio fuit remotus, & quidem non ob solam bonorum Ecclesiæ profusionem, verum ob alia etiam crimina, *vt ex ipso textu euidenter constat.*

11 Præterea † non resistit formula interdictionis à prætore factæ, quæ extat apud Paulum *lib 3. sentent. tit* 4. his verbis concepta: *Quando tibi bona paterna auitaque nequitia tua disperdis, liberosque tuos ad egestatem perducis, ob eam rem tibi ære commercioque interdico.* Nam formula isthæc ad eum pertinet prodigum, quem talem esse manifeste & notorie nondum liquet. Huic enim decreto solere bonis interdici, liberaliter conceditur. Et hanc sententiam aperte quoque confirmat ius renouatum Wirtembergicum, *part. 2. tit.* 30. § Wann auch *&c. f.* 39. vbi ita clarum legitur: Wann auch ein solcher offenbahrer Güder vnd Verschwender seiner Haab vnd Güter / mit einem andern etwas contrahirt oder gehandelt / daraus ein offenbahre verschwendung scheinbarlich erwolgt / derselbige contract soll ohnbündig / nichtig vnd Krafftloß seyn / auch (ohngeachtet solchem Güder die verwaltung seiner Güter durch Richterliche Erkandtnüß noch nicht genommen oder abgestrickt gewesen) Gerichtlich darfür erkennet werden.

Ex quibus omnibus perspicuum euadit: notorie prodigum ipso iure bonorum administratione, citra vllum

12 factum aut decretum iudicis priuari. Atque † hanc conclusionem tuentur Petrus de Bellapertica, Raphael Cuman. *Imola & Donellus in d. l. si cur. 6. ff. de verb obligat.* Ioan. Faber *in dict. § furiosi 3. Instit. de curatorib.* Bald. *consil.* 259. *& seq. lib. 2. & consil.* 187. *lib.* 5. Dn. Colleg. Bocer. *in tract. de inuestitura feud. c. 3. num. 36. & seq.* Stephanus Berchtoldus *in tr. de process. iudic. th.* 87. Arumæus *exercitat. Iustin. 12. th. 7. lit. D.* Fachineus *lib 2 controuers. iur. part. 1. c. 61. & nouissime* Helfricus-Vlricus Hunnius *lib. 1. variar. resol. iur. ciu. tract. 4. quæst.* 20. *Illamque & nos defendimus ad d. § furiosi 3. Instit. de curatorib. nu. 7. & seqq.*

QVÆSTIO XXXIV.

SVMMARIA.

1 *Cur Hæreticis, & his credentibus, testandi facultas adimatur.*
2 *Hæreticus inter liberos orthodoxos testari potest.*
3 *Apostatis vtraq; testamenti factio adempta.*
4 *Hæretici qui appellentur.*

1 V*T est hæreticus.*] Hæreticis, iisque † credentibus testandi facultatem ademptam esse, apparet *ex l. Manichæos. 4. § ergo 5. & auth. credentes. C. de hæretic. & manichæis.* Huiusque præcipua ratio est: tum criminis ipsius atrocitas, cuius iniuria ad omnes pertinet: vnde & publicum crimen dicitur. *d. l. 4. § 1. C. eod.* tum omnium bonorum publicatio *d. l. 4. § 1. C. d. tit. late, post alios,* Dauth. *in tract. de testam. tit. qui testam. fac. poss. num. 242. & seqq.* Illisque non immerito ab hominibus sua bona auferuntur, qui Maiestati diuinæ honorem debitum detrahere non reformidarunt. Auth. Gazaros. *C. de hæreticis, &c.* Si tamen pater

2 † hæreticus inter liberos orthodoxos testamentum fecerit, id sustinetur, *per textum expressum in Nouell. 115. cap. 3. § si quis de prædictis. 14. vers. generalem autem prouidentiam. &c. & Nouell. 144. cap* 1. Reu'ner. *in tract. de iure testam. part 2. capit.*

3 *46. num.* 20. *& seq.* Quemadmodum † autem hæreticis; ita & apostatis lege adempta est testamenti factio, iam passiua, quam actiua: adeo, vt non modo ipsi testamentum facere nequeant, siquidem nec bona habent, de quibus testari possint: quippe quæ ipso iure confiscata intel-

4 liguntur. *c. cum secundum 19. ext. de hæretic. in 6.*) sed † & nemini in hereditate succedant: ac insuper à testimoniis dicendis repellantur. *l. his, qui sanctam. 3. & l seq. C. de apostatis.* Bonifac. de Vitalib. *in tract. de malefic. sub rubr. de apostatis. num.* 2. Appellantur porro hæretici, qui non credunt, quæ in Synodis, Nicænâ, Constantinopolitanâ, Ephesinâ & Chalcedonensi decreta sunt. *l. quicunque 8. C. de hæretic.* Cæterum à diuo Hieronymo vocantur ii, quicunque aliter scripturam sacram, quam Spiritus Sancti sensus flagitat, intelligunt: istumque suum errorem pertinaciter defendunt. *cap. hæresis. 27. caus. 24. qu 3. c. dixit. 29. caus. 24. quæst.* 3.

QVÆSTIO XXXV.

SVMMARIA.

1 *Heredis institutio alia expressa, & alia tacita.*
2 *Quibus casibus tacita heredis institutio inducatur.*

D*Vplex est institutio heredis, expressa scilicet, & tacita.*] Expressa † heredis institutio est, quæ verbis expressis 1
exprimi solet. *l. heredes palam. 21. ff. qui test. fac. poss. l. iubemus 29. C. de testam.* Tacita est, quæ ex verborum consequentia colligitur. *l. vltim. C. de heredib. instituend.* & quibuscunque verbis, vel quolibet loquendi genere formata fuerit, valet: si modo per ea liqueat voluntatis intentio, *vt loquitur Imp.* Constantinus *in l. quoniam indignum. 15. C. de testam. & tradit* Romanus *consil. 179. num.* 9. & Socinus *senior consil 33. num. 13. vol. 1.* vsque adeo, vt etiam fauore institutionis quandoque à propria verborum significatione recedatur, docente Iasone *in l. vltim. num. 58 C. vnde liberi.*
Porro casus, quibus † tacita heredis institutio inducitur, 2
multi sunt: quorum aliquorum aliquos congessit Petrus Peralta *in rubri. ff. de hered. instituend. num. 172. cum multis seqq.* eumque refereos Thadeus Piso *libr. 2. variar. resolut. cap. 1. num. 5. & subsequentibus.*

QVÆSTIO XXXVI.

SVMMARIA.

1 *Institutio heredis certa esse debet.*
2 *Cur persona penitus incerta institui nequeat.*
3 *In testamentis requiritur mentis integritas.*
4 *Quatenus heredes institui possint, quos testator nunquam vidit.*
5 *An & quatenus sufficiat, exprimere nomen heredis per relationem ad aliquam schedulam.*

D*Ebet institutio esse certa.*] Persona † omnino incerta, 1
puta, si testator dicat: *Qui primus ad funus meum venerit, heres esto;* heres institui nequit *§ incertis. 25. Instit. de legat. l. quoties 9. § heres. 9. l. in tempus 62. § 1. ff. de heredib. instituend.* Michael Grassus *lib. 1. recept. sent. § institutio. q. 16. num. 1.*
& 2. Cuius † ratio assignatur ab Vlpiano *in fragment. In-* 2
stit. tit. 22. § incerta. quoniam certum debet esse consilium siue iudicium testantis. Eadem facit *§ sed nec huiusmodi. 27. vers. incerta autem. Instit. de legat.* Cum enim † nihil æque 3
in testamentis requiratur, ac mentis integritas. *leg. 2. ff. qui testam. fac. poss.* dementis autem testamentum non valeat, & species amentiæ videatur, bona magno labore quæsita incertæ personæ relinquere: consequitur, incertam plane personam institui non posse, Hilliger. in Donell. *enucleat lib. 6. cap. 17. ad lit. X.* Neque mouet, etiam † eos he- 4
redes institui posse, quos nunquam testator vidit. *§ vltim. Instit. de heredib. instit.* Siquidem isthæc incertitudo non est in persona heredis, sed circa eius accidentia; vt circa a

cita.

ciem, honores, ætatem, & similia: quæ ipsam personam non faciunt incertam. Potest etenim persona de facie multis esse incognita: ast ob varias multiplicesque virtutes,& singularem eruditionem esse notissima, *vti tradunt* Vulteius *in § & unum hominem, 4. instit. d. tit.* D. Obrecht. *disput. 20. th 177. cum seqq.* & Arumæus Exercit. Iustin. 8. *th. 6.* Tametsi alii aliter sentiant, Donell. *lib. 6 comment. de iur. ciu. c. 17. pag. 52.* Cuiac. *in paratitl. C. tit. de incert. perso. in fin.* & Dn. Colleg. Bocer. *class. 3. disp. 4. th. 15. edit. 2.*

5 *Illam tamen intellige, vt procedat, &c.*] Sufficit, † exprimere nomen heredis per relationem ad aliquam schedulam (veluti quia testator dicat: *eum mihi heredem instituo, qui scriptus est in schedula, quam deposui apud Guardianum S. Francisci, &c.*) dummodo aperte constet, quod dicta schedula sit scripta manu testatoris. Ita, *post* Bartolum & Parisium à Claro *hic citatos*, tenent Ioan. Crot. *in l. 1. § si quis ita in 2. lect. num 4. ff. de verb. obligat.* Boerius *decis. 240. num. 5.* Narta *in auth. quod sine quæst. 10. & 11. C. de testam.* Ludouic. Zunrus *in responso pro vxore. numer. 72. & 76. eosque laudans* Grassus *d. § institutio. q. 16. num. 4. &* Thadeus Piso *lib. 2. var. resol. cap. 2. num. 2. & 3. vbi id copiosius explanat. Huc referri poterit, quæ annotauimus supra ad quæst. 4. nu. 8.*

QVÆSTIO XXXVII.

SVMMARIA.

1. *An valeat heredis institutio, ad alterius interrogationem facta.*
2. *Et quid, si testator non possit articulate loqui, mortique sit proximus.*
3. *Num testamentum primum solenniter confectum, per secundum, ad interrogationem alterius factum, tollatur.*

1 ET *ideo si quis interroget testatorem, &c.*]Vt † valeat heredis institutio, nihil referre plerique existimant: testator heredem sua sponte nuncupet, siue proprio ore nominet: an ad alterius interrogationem, voluntatem suam vltimam clare & intelligenter coram testibus, specialiter ad hoc vocatis, exponat. Idque, *post plures alios à se allegatos*, explicatius persequuntur Michael Grassus *lib. 1. recept. sentent. §. institutio. quæst. 17. num. 5.* Menochius *consil. 45 lib. 1. & part. 2 lib. 4. præsumpt. 8. num 5. cum seqq.* Ioan. Dauth. *in tract. de testam. num. 244. pag. 133. cum seq.* Fachineus *libr. 10. controuers. iur. cap. 17.* Gilkenius *in l. iubemus. 29. num. 7. & seqq. C. de testament. &* Thad. Piso *lib. 2. var. resolut. cap. 2. num. 16. & seqq.*

Modo testator ipse non sit adeo oppressus morte,] Institutio
2 † heredis, ad interrogationem alterius facta, an & quatenus valeat, si testator non possit articulate loqui, & morti proximus sit, abunde (*vltra Carnum nostrum*) declarant Bartol. Cynus, Iacob. Butrigar. Angel. Corn. Salicetus, Iason *& cæter. in d. l. iubemus. 29. C. de testam.* Zasius *cons. 3. num. 73.* Vasquius *lib. 3. illustr. controuers. cap. 101. num. 5.* Grassus *d. § institutio. q. 17. num. 7. & 8.* Piso *d. lib. 2. c. 2. num. 12. cum seq. &* Nicolaus Reusner. *in tract. de iure testam part. 2. cap. 16. atque per hos adducti.*

Per hoc posterius illud primum non reuocatur.]Quod † testa-
3 mentum primum solenniter confectum, per secundum ad interrogationem alterius factum non reuocetur, tenent quoque Ioannes Crot. *in l. 1. § si quis ita ff. de verb. obligat.* Guid. Pap. *consil. 64. in fin.* Zasius *d. cons. 3 num 38. lib. 1.* Gabriel Roman. *commun. conclus. lib. 4. tit. de testam. conclus. 2. num. 8. &* Grassus *d. quæst. 17. num 11.* Verum contrarium non improbabiliter defendunt Romanus *consil. 306. in secundo dubio.* Alexand. *consil 33. num. 11 lib. 3.* Decius *cons. 489. num. 9.* Ruinus *consil. 12. num. 11. lib. 2.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 8. num. 21.* Fachineus *lib. 5. controuersiar. iur. cap 70. hosque laudans* Thadeus Piso *lib. 2. var. resolut. cap. 2. num. 5. versic. ampliatur quinto, &c.* Cum enim ex communi omnium Doctorum sententia testamentum, ad alterius interrogationem factum, valeat; nihil causæ est, cur primum tollere non debeat, *per textum satis apertum in § posteriore. 2. Instit. quib. mod. testamenta infirment.*

QVÆSTIO XXXVIII.

SVMMARIA.

1. *Legitima quid, & cur inducta.*
2. *Quo titulo hodie legitima relinqui debeat.*
3. *An & quatenus Nou. 18. c. 1. concilietur cum Nouell. 115. c. 3.*
4. *Cur liberis legitima præcise institutionis titulo sit relinquenda.*
5. *Quo titulo legitima relinqui possit iure Digestorum & Codicis.*
6. *Quid de iure canonico.*
7. *Intellectus c. Raynutius. 16. ext. de testam.*
8. *Et quid in testamento inter solos liberos condito.*
9. *Mens & sententia l. hac consultissima. 21. § 1. C. de testam.*
10. *Num in testamento, ad pias causas condito, legitima sit titulo institutionis relinquenda.*
11. *Quæ solennitates iuris ciuilis in testamento ad pias causas cessant.*
12. *Quid obtineat in eo, qui vult ingredi religionem.*
13. *Vtrum sicuti legitima in liberorum persona est aucta: ita & legitima parentum, aucta intelligatur.*
14. *Statutum in vno correlatiuorum, dispositum quoque videtur in altero.*
15. *Patronis quid pro legitima debeatur.*
16. *In successione prior causa filiorum, quam parentum.*
17. *Consideratio dicta Nou. 18. cap. 1.*
18. *Consideratio Nouell. 39. c. 1. & Nou. 92.*
19. *Et quid legitima ascendentium seu parentum titulo institutionis debeat relinqui.*
20. *Et quid in legitima fratrum.*
21. *Quod non mutatur, stare non prohibetur.*
22. *Quid iuris in legitima, per statutum aucta.*
23. *An tota legitima titulo institutionis sit relinquenda.*
24. *Vtrum legitima satis institutionis titulo censeatur relicta, cum testator eam certam vel quantitatem simpliciter reliquit.*
25. *Quid, si testator dicat, relinquo filiæ meæ centum pro dote, vel simpliciter.*
26. *Et quid, si testator iusserit, ad consilium sapientis testamentum extendi, tempus siue.*

VT *testamentum valeat, requiritur, quod filio relinquatur legitima titulo institutionis.*] Obiter hic addendum:
quod † legitima nihil sit aliud, quam congrua portio e- 1
ius, quod ab intestato quis, iure legitimæ successionis, habiturus fuisset, *l. Papinianus. 8 § si quis mortis. 6. ff. de inoffic. testam. l. parentibus. 8. & l. quæ nuper 31. C. eod. l. 1. C. de inofficios. donationib.* ideo inducta, vt per eam querela inofficiosi tollatur, & testamenti impugnatio euitetur. Bald. *cons. 69. num. 1. lib. 1.* Donell. *lib. 9. comment. de iur. ciu. c. 4. vers. sed hoc intellecto, &c.* Dominicus Care Tuschus *tom. 5. practicar. conclus. l. t. L. conclus. 182. num. 1. & seqq.* Rosenthal. *de feud. c. 7. conclus. 15. num. 3. tom. 1.* Matthias Berlichius *conclusionum practicabilium part. 3. conclus. 11. num. 1.*
Etsi † vero non de- 2
sunt, qui opinantur, iure nouissimo legitimam non solum institutionis, sed etiam legati, donationis, fideicommissi, & alio quocunque titulo relinqui posse, Bernhard. Walcher. *lib. 1. miscellan. c. 9.* Ioan. Vaudus *lib. 1. var. quæst. q. 5.* For-

catul. Necyomant. *dial.* 35. Cuiac. *in suis not. ad* §. *vltim. Instit. de inoffic. testam.* D. Besold. *class.* 2. *Colleg. Politic. disput.* 3. *parerg.* 6. Anto. Faber *part.* 1. *de errorib. pragmat. decad.* 14. *error.* 6. Arumæus Exercit. Iustin. 10. *th.* 18. Egum. Baro. *in* §. *sed hæc ita.* 3. *Instit. de inoffic. testam.* & Treutler. *disput. select.* 13. *th.* 12. *lit. A. volum.* 1. contraria tamen sententia vti receptissima, ita & verissima iudicatur: eamque *præter Clarum nostrum, & ab eo recitatos*, sequuntur Viglius, Faber, Balduinus, Hotomannus, Vulteius, Giphanius, Schulbock, Schneidewinus *& alii in* § *vltim. Instit. de inoffic. testam.* Sichardus, *num.* 7. *&* Gilkenius *num.* 27. *in Auth. nouissima. C. eod.* Couarruu. *in c. Raynutius* 16. §. 1 *num.* 1 *de testam.* Corasius *in l. filium.* 24. *num.* 82. *C. famil. ercisc.* Duaren. *ad tit. ff. de inoffic. testam. c.* 17. *circa finem. &* Zasius *ibidem num.* 11. Menochius *lib.* 2. *de arbitr. iud. quæst. cent.* 2. *cas.* 149. *num.* 29. Forster. *lib.* 2. *disp.* 13. *th.* 23. Fachineus *lib.* 4. *controuers. iur. c.* 24. *&* 30. Hunnius *var. resolut. iur. ciu. tract.* 7. *quæst.* 8. Rittershus. *in exposit. Nouell. part.* 6. *c.* 3. *num.* 36. Stuckius *part.* 1. *Exercit. Instit. decad.* 7. *assert.* 8. *lit. E.* Hænon. *disput.* 9. *controuer.* 13. Grassus *lib.* 1. *recept. sent.* §. *legitima. quæst.* 32. *&* §. *testamentum. qu.* 35. *num.* 3. *& seq.* Thadeus Piso *lib.* 2. *variar. resolut. c.* 8. *num.* 1. Dominic. Cardinal. Tuschus *d. tom.* 5. *practicar. conclus. lit. L. conclus.* 198. Roland. Passager. *in tract. de testam. & vltim. volunt. rubr.* 27. *nu.* 22. *& plures alii, quos nouissime refert, probatq;* Berlichius *dict. part.* 3. *conclus.* 15. *nu.* 8. Fundamentum huius communis sententiæ solidum extat *in Nouell.* 115. *c.* 3 *in princip.* vbi expressissime dicitur, quod filii vel nominatim exheredari, vel heredes instituti debeant: nec sufficiat, si per donationem, legatum, fideicommissum, vel alium quemlibet titulum eis legitima relinquatur.

3 Non † obstat huic textus *in Nouell.* 18 *c.* 1. *in med. vers. sed quod contigerit.* vbi itidem verbis disertis disponitur, quod legitima non tantum institutionis, sed legati etiam, fideicommissi, & alio quouis titulo relinqui possit. *Nam* (repudiatis aliorum diuersis conciliationibus) recte respondetur: hanc *Nouell.* 18. *c.* 1. vtpote priorem ac antiquiorem, esse correctam per *dictam Nouell.* 115. *c.* 3. tanquam recentiorem & posteriorem: ita vt hodie legitima nullo, nisi institutionis titulo relinqui queat. Quod autem *d. Nouell.* 18. *c.* 1. sit prior & antiquior, quam *d. Nouell.* 115. *c.* 4. ex vtriusque fine ad oculum patet. Siquidem *d. Nouell.* 18. *cap* 1. est promulgata Anno Christi 536. *at d. Nouell.* 115. *c.* 3. est sancita siue promulgata Anno 541. *vt ibidem in fine sub lit.* C. Gothofredus *notat.* Et sic Nouella 115 quinquennio post dictam Nouell. 18 publicata est. Nec mouet, quod regeritur à dissentientibus: *in d. Nouell.* 115. *c.* 3. nullam correctionis fieri mentionem, sed additionis duntaxat: & verisimile non esse, quod Iustinianus Imp. in eodem authenticorum libro constitutiones seipsas corrigentes inserere voluerit. *Quandoquidem* non nouum aut insolitum in iure nostro est, vt vna lex vel constitutio per aliam corrigatur; cum tamen in illa nominatim correctionis mentio non fiat: sed sufficit, si tacite & cum effectu in ea comprehendatur: quemadmodum eleganter ostendit Berlichius *d. part.* 3. *conclusio.* 15. *num.* 8. *Et huc quoque pertinent, quæ à nobis tradita sunt ad* §. *vltim. Institut. de inoffic. testament. numer.* 4. *& seqq.*

Tota hereditas accrescet ipsi [illegible] *instituto in re certa.*] Ratio,
4 cur liberis † præcise legitima institutionis titulo relinqui debeat, non tantum illa est: quod hoc fiat in fauorem filiorum: cum titulus institutionis sit honorabilior titulo legati, donati, & similis, vtpote per quem testator institutum heredem in locum suum substituat, vt ipsum quasi repræsentat, *argum. l. filium.* 5. §. *sed & si portio.* 6. *in fin. ff. de legat. præstand. l. Iulianus.* 26. *in fine princip. ff. si quis omissa caus. testament. &c.* sed & magis fundamentalis hæc perhibetur: quod liberis legitima titulo institutionis sit relinquenda propter ius accrescendi. Quia si filius cum aliis est cohæres in sua legitima institutus: tunc si alii coheredes repudiant, vel aliter heredes esse non possunt, filio accrescit. *l. liber homo.* 59. §. *cum quis ex institutis.* 5. *ff. de heredib. instituend.* Secus si titulo legati, aut fideicommissi, vel simili legitima relicta esset: quoniam tunc heredibus vel repudiantibus, vel non adeuntibus, filio vel alii legitario nihil accrescit. *l. eam, quam.* 14. *C. de fideicommiss.* Atque hanc rationem, *vltra Clarum nostrum.* tradunt amplectunturque Bartol. *in d. Nouell.* 18. *in princ. num.* 4. *sub fin.* Rolandin. Passager. *d. tracta. de testam. & vltim. volunt. rub.* 27. *num* 22. Iason *in d. auth. nouissima. num.* 13. *C. de inoffic. testam.* Couarruu. *in dict. cap. Raynutius.* 16. *extr. de testament.* §. 1. *num.* 2. *& alii, quos refert & sequitur* Berlichius *dict. conclus.* 15. *num.* 10.

5 *Sed quid de iure Digestorum.*] Non † solum iure Codicis; sed & iure Digestorum, legitimam quocunque titulo relinqui posse, liquido constat *ex leg. Papinianus.* 8. §. *si quis mortis* 6. *ff. de inofficioso testam. l. etiamsi in.* [illegible] §. *si debita.* 15. [illegible] *de bonis libertor. l. omnimodo* 30. *l. si quis suo.* 31. *& l. scimus.* 36. *post princip. vers. quærebatur itaque, si quis rem donatam, &c. C. de inoffic. testam.* Quanquam, *post Clarum hic*, aliter sentire videatur Thadeus Piso *lib.* 2. *var. resolut. c.* 8. *num.* 1. *vers. quod quidem in, &c. & cæteri, per hunc relati.*

6 *Sed quid dicendum de iure Canonico.*] Quod † etiam de iure Canonico necesse sit, vt legitima titulo institutionis relinquatur, *præter Clarum hic & alios ab eo allegatos*, tenent Didacus Couarruu. *in d. c. Rainutius.* 16 *de testam.* §. 1 *num.* 10. *& seq.* Fernand. Vasquius *de succ. creat.* §. 20. *num.* 234. Piso *d. lib.* 2. *c.* 8. *num.* 1. *vers. quin imo etiam de iure Canonico, &c.* Grassus *d.* §. *testamentum, quæst.* 35. *num.* 6. Viglius *ad* §. *vltim. Institu. de inoffic. testam. num.* 3. *post princip. vers. idque iure etiam pontificio* Salicet. *in l. vltim. C. famil. ercisc. num.* 4. *hosque citans* Berlichius *d. part.* 3. *conclus.* 15. *num.* 13. Nec † obstat textus 7 *in d. c. Raynutius.* 16. *post prin. vers. domum & quendam hortum in eodem testamento relinquens & vers. seq. ext. de testam.* ex quo euinci posse videtur, satis esse, si liberis legitima titulo legati, donati, similiue relinquatur. Nam (*omissis aliorum solutionibus*) non male respondetur: quod *in isto cap.* nihil disponatur; sed solummodo tenor & ordinatio testamenti recitetur. Atqui tralatitium est, quod ex recitatione literarum, vel alterius tenoris, nulla certa iuris dispositio colligi possit; præsertim, si ea ad correctionem alterius [illegible] tendat Berlich. *d. conclu.* 15. *n.* 14.

8 *Sed quid in testamento inter liberos.*] Etsi † interpretes non pauci existimant; conclusionem prædictam, qua hodie legitima solo institutionis titulo relinquenda est, non procedere in testamento inter solos liberos confecto. Accurs. *in d. auth. nouissima. in verb. titulo. ibique* Iason *num.* 16. *C. de inoffic. testam. &* Azo *ubi in sua summa.* Iacob. Butrigar. & Anton. de Butrio *in d. c. Raynutius* 16 *de testam. ibique* Hostien. *in sua summa.* Masuerius *in sua praxi. tit. de success. & vltim. volunt.* Ruinus *cons.* 37. *num.* 6. *lib.* 1. Corasius *in d. l. filium.* 24. *num.* 82. *C. fam. ercisc.* Alexand. *consil.* 168. *num.* 6. *lib.* 5. Matthesil. *singul.* 140. *num.* 1. *& seq.* Stephanus Bertrand. *cons.* 187. *num.* 1. *& seqq. volum.* 4. Ioan Papon. *in tract. de arrest. lib.* 20. *tit. de testam. sentent.* 7. Brust. *ad l.* 1. *ff. de successor. num* 179. *sub fin.* Nicol. Boer. *decis.* 267. *num.* 1 *& seq.* Contrariam tamen sententiam, quod videlicet etiam in testamento inter liberos solos, nulla extranea persona adiuncta, condito, legitima titulo institutionis relinquenda veniat, amplectuntur [illegible] ultra Doctores, supra *ad quæstionem* 8. *num* 5. memoratos Petrus Gilkenius *in d. auth. nouissima num.* 35. *C. de inoffic. testam.* Fachin. *lib.* 4. *controuers. iur. cap.* 24. Herman. Vulteius *ad princip. Instit. de exheredat. liber. num.* 16. Daniel. Moller. *in comment. ad constitut. Saxon. part.* 3. *constitut.* 9. *num.* 7. *& seqq.* Vasquius *in tract. de success. creat. lib.* 2. §. 20. *part.* 4. *num.* 228 *eosque referens* Berlichius *d. conclus.* 15. *num.* 20. Huiusque sententiæ fundamentum satis firmum

petitur

petitur ex textu ineuitabili *in dict. Nouell. 115. capit. 3.* vbi generaliter deciditur à Iustiniano, filios esse instituendos, vel ex iustis causis exheredandos, & sic a parentibus honorabili institutionis titulo ad hereditatem vocandos. Cum ergo Imperator de testamento à parentibus inter liberos facto aperte loquatur, & nulliusque extranei mentionem faciat, & nihilominus isthanc obseruationem siue solennitatem requirat: perspicuum fit, omnem dubitationem vlteriorem inanem & superuacaneam esse. Accedit textus elegans *in Nouell. 107. cap. 1.* vbi clare & quidem iterato dicitur, quod pater suos filios heredes instituere, vel institutionis titulo iis aliquid relinquere debeat.

9 Huic † decisioni non aduersatur *l. hac consultissima. 21. §. ex imperfecto. 1. C. de testament.* ex qua euincitur, quod pater, qui inter liberos testatur, omnes iuris ciuilis solennitates negligere possit: & consequenter legitimam liberis titulo institutionis relinquere non teneatur. *Lex* namque illa de hisce solennitatibus est intelligenda, quæ specialiter in fauorem liberorum non sunt inductæ, sed quæ iuris sunt communis. Ast vbi solennitas speciali liberorum fauore introducta est: eam ne quidem in testamento inter liberos præteriri posse, verissimum est. Quod enim solennitates iuris ciuilis in eiusmodi testamento sunt relaxatæ: id factum est ob merum liberorum fauorem: vt proinde in illorum odium retorqueri non debeat, *argum. l. nulla. 25. ff. de legib. l. quod fauore. 6. C. eod. cap. ob gratiam. 61. de regul. iur. in 6.* Quare cum ad honorem & existimationem liberorum maxime pertineat, vt legitimam titulo institutionis ex patris testamento consequantur: non est credendum, *dictam l. 21. §. 1. Codic. de testament.* institutionis solennitatem à testamento inter liberos sustulisse. *Eaque de re vide copiosius disserantem* Thadeum Pisonem *libr. 2. variar. resolut. capit. 8. num. 2.*

10 *Quod in testamento condito ad pias causas.*] Quanquam † in testamento ad pias causas confecto non requiri Clarus noster *supra ad quæstio. 6. num* 8. alii communiter opinantur, quod legitima liberis titulo institutionis relinquatur, Iason *in dict. l. Authen. nouissima numer. 19. & seq. Cod. de inoffic. testam.* Bertrand. *dict. consil. 187. numer 2. volum. 4.* Piso *dict. cap. 8. num. 7. vbi plures citat.* contrarium tamen longe probabilius videtur, *per textum in capit. 1. de testam. in 6.* vbi pater in testamento pauperes Christi heredes instituit, & sic ad pias causas fecit testamentum; & nihilominus tamen ibi in principio dicitur, quod filium in re certa heredem fecit, atque ita legitimam titulo institutionis reliquit. Deinde quia *supra num. 4.* dictum est, quod hæc solennitas sit in fauorem, honorem & vtilitatem filiorum introducta. Atqui fauore piæ causæ non debet derogari iuri liberorum, *authen. si qua mulier. C. de sacrosanct. Eccles. l. si quis presbyter. 20. & authen. nunc autem. seq. C. de episc. & cleric.* Et ita in terminis tradunt Salicet. *in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. num. 17* Baldus *ibidem numer. 140. & seqq. hosque referens* Berlichius *dict. conclusio. 15.*
11 *num. 24.* Non obstat, quod † in hoc testamento ad pias causas solennitates iuris ciuilis cessent: illud autem, quod aliquid relinquatur filiis titulo institutionis, sit mera solennitas a iure ciuili introducta. Bartol. *in d. l. 1. num 62. & seq. C. de SS. Eccles. & notat Clarus noster supra dict. qu. 6. num. 8.* Quia istud obtinet tantum in superstitiosis & vanis iuris ciuilis solennitatibus, quæ in testamentis ad pias causas non attenduntur: secus in iis, quæ superstitiosæ non sunt, sed in fauorem, & commodum filiorum inductæ. Hanc autem solennitatem, vt legitima titulo institutionis relinquatur, non esse superstitiosam, aut vanam, sed admodum vtilem & lucrosam, apparet ex iis, quæ allata sunt *supra nu. 4. Et ita docet* Berlichius *d. concl. 15. num. 21. & 24.*

Quid in eo, qui testatur volens ingredi religionem.] Quod † 12
pater volens ingredi religionem, si faciat testamentum, non teneatur relinquere legitimam filiis titulo institutionis; sed sufficiat, quod relinquat quocunque titulo, *post Clarum nostrum, & ab eo citatos,* tradit Thadæus Piso *d. lib. 2. var. resol. c. 8. num. 8.*

Quod iure hodierno ita est aucta legitima ascendentium, vt legitima descendentium.] Verum † sicuti legitima in libero- 13
rum persona est, aucta (vt nimirum si quinque vel plures sint liberi, detur semis hereditatis, id est, dimidia pars eius, quod ab intestato fuerant habituri: sin pauciores, præstetur triens, hoc est, tertia pars eius, quod ab intestato accepturi essent. *d. authen. nouissima. ibique gloss.* Iason, Sichard. & alii. *Cod. de inoffic. testam. dict. Nouell. 18. cap. 1.*) ita & legitima, parentibus a liberis debita, aucta intelligatur, non vsque adeo expeditum est? Sed affirmatiue (quicquid contra disputent Ioannes Vaudus *libr. 1. quæst. 50.* Claud. Battandier. *in tractat. de legit. cap. 4. num. 31. & alii*) verissima censetur. Primo enim *in dict. Nouell 18. capit. 1. in fin.* Iustinianus generaliter ait, se augere portionem debitam in his omnibus, qui ea non relicta, de inofficioso testamento queri olim potuerunt. Atqui parentibus quadrantis nomine (siquidem quoad semissem, frustra quæritur: cum tot parentes habere quis nequeat) olim inofficiosi querelam non fuisse denegatam palam est. *leg. 1. l. pater. 14. & l. seq. ff. de inoffic. testam. § 1. Institut. eod.* Deinde huc confert, quod *in prædicta Nouell. 115. capit. 5.* idem Iustinianus suæ sanctionis hanc rationem reddit: *quia*, inquit, *sola est nostræ serenitatis intentio, à parentibus & liberis iniuriam præteritionis & exheredationis auferre.* Præterea † statutum siue dispo- 14
situm in vno correlatiuorum, dispositum quoque putatur in altero. *l. fin. C. de indict. viduit. tollend. l. 1. C. de cupressis.* Cum autem parentes & liberi sint correlatiua: sequitur, quod in liberis statutum est, idem in parentibus constitutum esse. Ad hæc † patronis debetur triens 15
pro legitima. *§. sed nostra. 3. Institut. de success. libertor.* Ergo parentibus quoque: præsertim cum eorum petitio æquior, quam patronorum, videatur. *leg. nam etsi. 15. ff. de inoffic. testament.* Denique licet † in successione prior 16
sit causa filiorum, quam parentum: attamen non minus pie parentibus, quam liberis relinquitur. *dict. l. 15. in princip. ff. eod.* Atque ita sentiunt Accursius, Bartol. Bald. Castrens. Salicetus, Iason, Fulgos. Sichardus, Marc. Antonius Cucchus, eosque referens Gilkenius *numer. 22. in dict. authen. nouissima. Cod. dict. titul.* Petr. Anton. de Petra, *de fideicommiss. capit. 25. num. 75.* Crauetta *consil. 110. num. 3.* Vasquius *de success. creat. libr. 2. §. 20. num. 182.* Arumæus *Exercit. Iustin. 10. th. 26.* Angel. Mattheacius *in tractat. de legat. & fideicommiss. libr. 4. cap. 8. num. 9.* Michael Grassus *libr. recept. sentent. § legitima, quæsti. 9.* Hunnius *lib. 2. var. resolut. iur. tract. 7. quæst. 9.* & Hœnonius *disput. 9. conclusion. 15.*

Nec huic † refragatur sententiæ, quod titulus siue in- 17
scriptio *dict. Nou. 18. c. 1.* de filiorum & nepotum successione sit conceptus; de parentibus vero nihil omnino adiiciat. *Nam* Iustinianus *in d. c. 1.* principaliter quidem sibi de liberorum legitima tractare proposuit: sed tamen *in fine istius cap.* id, quod de liberis constituit, ad omnes generaliter & indistincte personas, quæ olim habuerunt querelam inofficiosi, adeoque etiam ad parentes, extendit.

Nihil † item obsistit *Nouell. 39. cap. 1. in princip. & Nouell.* 18
92. in princip. vbi liberis duntaxat legitimam esse seruandam, eamque auctam esse, non etiam parentum, deciditur. *Etenim* nihil inibi habetur, ex quo colligi queat, non parentum, sed filiorum tantum legitimam portionem

esse

esse auctam. Quin potius, cum Imperator in principio dictæ *Nou. 92.* sese referat *ad d. Nouell.* 18. exinde perspicitur, quod & *in illa Nou 92. (vt & in d. Nou. 39. c. 1.)* ipse non neget, portionem legitimam in parentum quoque personâ auctam esse. D. Hunn. *d. lib. 2. tract. 7. quæst. 9. idq; explicauimus paulo latius in §. vltim. Institu. de inoffic. testam. num. 19. & seqq.*

Nunquid etiam huiusmodi legitima ascendentium erit pari-
19 *ter relinquenda titulo institutionis.*] Quod † legitima ascendentium seu parentum etiam titulo institutionis relinqui debeat, probatur primo per textum expressum *in prædicta Nou. 115. c. 4.* vbi eadem in testamentis liberorum procedunt, quæ in testamentis parentum dicta sunt. Deinde per textum clariorem *in d. Nou. 115. c. 5.* vbi diserte traditur, quod parentes in sua legitima etiam expresse heredes sint instituendi: atque ita legitima eis titulo institutionis sit relinquenda, vt parentes a testamentorum iniuria liberi reddantur. Præterea rationem, quod filiis legitima titulo institutionis relinqui debeat, illam esse diximus *supra num. 4.* vt eis honor præstetur, & vtilitas conseruetur. Hanc autem rationem non minus, imo multo magis in parentibus obtinere, apparet *ex l. veluti. 2. ff de iustit. & iur.* Atque ita, *post Clarum nostrum, & ab eo relatos,* tenent Roland. Pafleger. *in tract. de testam. & vltim. volunt. rubric. 17. num. 22. & rubric. 28. num. 5.* Ioan. Schneidevvin. *ad §. vltim. Instit. de inoffic. testam. num. 7.* Viglius *ibidem num. 3.* & Mynsinger. *num. 5.* Beust. *ad l. 1. ff. de iureiur. nu. 180* Bernhard. Wurmbser. *lib 1. obseruat. titu. 39. obs. 9. num. 1. & seq.* Hartman. Hartm. *lib. 2. obseru. tit. 43. obseru. 6. num. 2. & seq.* Thadeus Piso *lib. 3. var. resolut. cap. 8. num. 4.* Fachineus *lib. 4. controuers. iur. c. 30.* & Berlichius *d. part. 3. conclus. 15. num. 67.*
20 *vbi ad contraria neruose respondet.* Porro † fratrum & transuersalium (quibus legitima portio debetur, turpi persona instituta. *§. 1. Instit. de inoffic. testam. l. fratres. 27. C. eod.*) legitima, quemadmodum in trientem, vel semissem, si plures, quam quatuor sint fratres, non est conuersa siue aucta, *vt tradunt gloss. in d. auth. nouissima. super verb. titulo. C. de inofficios. testam. & ibidem* Angel. *num. 1.* Salicet. *num. 4.* Antonius Cuechus *num. 8. &* Iason *num. 36.* Bald. *in d. l. fratres. 27. num. 9. C. eod.* Rodericus Soarez *in repetit. l. quoniam. 32. C. eod.* Vasquius *lib. 2. de success. creat. § 20. num. 213.* Surdus *cons. 404. num. 5.* Grassus *in d § legitima. quæst. 10.* Arumæus *Exercit. Iustin. 10. th. 21.* Treuteler. *disput. 23. th. 13. lit. D. volum. 1.* Wesenbecius *in d. §. vltim. Institut. de inoffic. testam. num. 3 & ibi* Angel. *num. 6.* Hergius *num. 8. &* Schneidevvinus *num. 10.* ita & titulo institutionis non est relinquenda: cum nullibi hoc de fratribus cautum reperiatur, *in dict. Nouell.*
21 *115. c. 3. & seq.* Quod † autem mutatum non est, stare non prohibetur. *l. præcipimus. 32. §. vltim. C. de appellat. & l sancimus. 27. C. de testam.* Atque ita in terminis tradunt Salicet. *in d. l. fratres. 27 num. 8. C. de inoffic. testam.* Douell. *libr. 6. commentar. de iur. ciu. c. 15. in med. §. postremo vt sit vir honestus, &c.* Iason *consil. 71. num. 7. & seq. volu. 1. & in d. auth. nouissima. C. de inoffic. testam. num. 35.* Beust. *ad d. l. 1. ff. de iureiur. num. 180. sub fine. hosque laudans* Berlichius *d. conclus. 15. num. 70. Illam que rem explicatius tractauimus ad d. §. vltim. Instit. de inoffic. testam num. 25. & seqq.*

22 *Pone, quod in ciuitate adsit statutum.*] Quod † legitima per statutum aucta, itidem est relinquenda titulo institutionis, *vltra Clarum hic nostrum,* affirmant Imola *in l. si vero. 64. § de viro. 9. ff. solut. matrim.* Rodericus Soarez *in d. repetitione l. quoniam 32. C. de inoffic. testam.* Fernand. Vasquius *de success. creat. § 20 num. 240. &* Michael Grassus *prædicto §. testamentum. quæst. 35. num. 7.*

Sed nunquid tota & integra legitima est de necessitate filio re-
23 *linquenda titulo institutionis.*] Non necesse est, vt tota legitima relinquatur liberis titulo institutionis: sed sufficit, quod aliqua res, etiam minima, institutionis titulo relinquatur. Tunc enim poterit filius agere ad supplementum, vt scilicet ex bonis patris sibi integra legitima suppleatur: non autem poterit dicere testamentum nullum, vel contratabulare (*vt loquuntur*) neque querela inofficiosi agere. *§. sed hæc ita. 3. Instit. de inoffic. testam. l. omnimodo. 30. & l. seq. C. eod. Nouell. 115 cap. 5.* Grassus *in d. § legitima. q. 32 num 3. & d. § testamentum, quæst. 35. num. 20.* Thadeus Piso *d. lib. 3. cap. 8. num. 5. & 6* Cæterum de supplemento legitimæ, & a quibus fieri debeat, plenissime disputat Berlichius *d. part. 3. concl. 15. per tot.*

Relinquo centum pro legitima.] Legitimam † non satis in- 24
stitutionis titulo relictam censeri, cum testator rem certam, vel quantitatem simpliciter his verbis dedit (*Marco filio meo fundum vel centum pro sua legitima vel pro Falcidia, vel pro sua parte, relinquo*) post Salicetum hoc loco allegatum, opinantur Alexand. *ad l. nam quod 14. § non omnino. 5. ff. ad SC. Trebell. & cons. 70. lib. 2. & ibidem* Carol. Molin. *in addit.* Iason *in d. auth. nouissima. num. 28. C. de inoffic. testam.* Couarruu. *in c. Raynutius. 16. § 1. num. 6. de testamen. hosque recitans* Fachineus *lib. 4. controuers. iur. c. 25.* Angel. Perusin. *in auth vnde & si parens. in princ. C. de inoffic. testam.* Ioan. ab Imola & Andr. Barbat. *in d. cap. Raynutius,* Marsil. *in suo notab. 159. &* Corneus *in l. humanitatis. 9. C. de impuber. & al. substitutionib.* Verum contrarium, vltra Bartolum & Clarum nostrum, defendunt Baldus, Fulgosius, Castrens. & Francisc. Aretin. *in d. auth. vnde & si parens. C. de inoffic. testam.* Coman. *in l. his verbis. 48. ff. de heredib. instituend.* Romanus *in d. l. nam quod 14. §. non omnino. ff. ad SC. Trebell.* Vasq. *de success. creat. § 20. num. 254.* Francisc. Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib. 4. tit. 3 num. 22.* Piso *d. lib. 3. cap. 8. num. 11. &* Grassus *d. § testamentum, quæst. 35 num. 14. & seqq. idque fusius exposuimus ad d. § vlt. Instit. de inoffic. testam. num. 11. & subseqq.*

Relinquo filiæ meæ centum pro dote.] Adde † videndum 25
Michaelem Grassum *lib. 1. recept. sentent. § institutio quæst. 14. num. 9. & d. § testamentum, quæst. 35. num. 18. &* Thadeum Pisonem *d. cap. 8. num. 15.* nec non Berlichium *d. part. 3. concl. 15. num. 51. & seqq.*

Quod volebat testamentum suum extendi dictamine sapientis.] Hac † de re, *præter Doctores hic relatos,* vide Chassan. *in consuetud. Burgund. titul. de successionib. rubric. 7. § 3. verb. par droict. vers. item pone. num. 5.* Fernandum Vasq. *de success. creat. § 20. num. 258.* Pisonem *d. capit. 8. num. 9.* Ludouicum Zunchum *in consi. pro vxore. num. 549.* & Grassum *d. § testamentum, qu. 35. num. 19.*

QVÆSTIO XXXIX.

SVMMARIA.

1 *Conditio quid sit, & quotuplex.*
2 *Conditio possibilis quid.*
3 *Impossibilis quæ dicatur.*
4 *Possibilis conditio quotuplex.*
5 *Extraneus sub qualibet conditione possibili heres institui potest: filiusfamilias non item. huiusq; ratio.*
6 *Testamentum, in quo filius est institutus sub conditione casuali, vel mixta, nec in defectum eius exheredatus, an & quatenus valeat, tempsiue.*

N*Vnquid filius in potestate possit institui sub conditione.*] Bre-
uiter hic addendum: quod † conditio nihil sit aliud, 1
quam adiectio, qua dispositio siue institutio heredis suspenditur in futurum euentum, *definit. re* Francisco Duareno *ad tit. ff. de condit. institution. cap. 2.* Eaque aut possibilis est, aut impossibilis, *auctore* Iulio Paulo *lib. 3. sentent. tit.*
5. Possibilis † conditio est, quæ institutioni adiecta fieri & 2
euenire potest. D. Georgius Obrecht. *disputat. 20. th. 387.*

Impos-

3 Impossibilis † conditio proprie dicitur, cui natura impedimento est, quo minus existat: vt si dicam: *Si cælum digito attigeris, si volaueris, si Rhenum ebiberis, &c. heres esto §. si impossibilis. Inst. de inutil. stipulat.* 4 Possibilis autem † conditio triplex perhibetur: potestatiua siue arbitraria: casualis seu fortuita; & mixta *l. vnic. §. sin autem aliquid. 7. C. de caduc. tollend. l. vlt. C. de necessar. seruis heredib. instituend.* Quas species ipse Clarus hic perspicue explicat. Easdem & nos explicuimus *ad § impossibilis. 10. Instit. de heredib. instituend. num. 2. & seqq.*

Et sub huiusmodi conditione potest filius institui.] Indubitatum est: 5 omnem † possibilem conditionem institutioni adijci posse, adiectamque seruari debere: quia testator id voluit, cuius voluntas totum in testamento fecit. *Lex facta. 85 §. rerum. 3. ff. de heredib. instituend.* Vbi tamen diligenter dispiciendum: an extraneus, an vero filiusfamilias sit institutus. Extraneus sub quauis conditione possibili heres potest institui: quoniam liberum est testatori, illum heredem facere, vel non facere. Et propterea, conditione existente, heres existit: non existente, non existit. Existere vero conditio potestatiua tum videtur, cum per heredem non stat, quo minus impleatur. Tum enim pro completa habetur. *L. qua sub conditione. 8. §. penul. ff. de condit. institut. l. iure ciuili. 24. ff. de condit. & demonstrat. l. si mater. 3. vbi* Gothofred. *C. de institut. & substitut.* At filiusfamilias non nisi sub conditione potestatiua, recte heres instituitur. Nam si institutus est sub ea conditione, quæ in ipsius potestate non est, institutio non valet, & testamentum nullius momenti est. *l. Lucius Titius. 83 ff. de condit. & demonstrat. l. vltim. in princ. ff. de condit. instit. l. si pater filium. 4. C. de institut. & substitut.* Etenim si instituatur sub conditione casuali: non existente conditione, quod facile euenire potest, contra leges repetitur præteritus: ac proinde, non expectato euentu, statim pro præterito habetur: quia non nominatim seu expresse est institutus, nec expresse exheredatus, *vnius tit. Instit. de exheredat. liberor. §. eadem hac 12. Instit. de heredit. atrib. quæ ab intest. deferunt.* Fachin. *lib. 5. controuers. iur. c. 71.* Et licet idem de qualibet conditione, quæ non exstitit, dici queat: tamen filio imputari merito potest, quod non paruerit ei conditioni, quæ in ipsius potestate fuit, *vt tradit* Cuiac. *ad l. fun quoque. 4. ff. de heredib. instit.* Duaren. *ad d. tit. ff. de conditionib. institut. cap. 4.* Ex quo etenim potest filius conditionem adimplere, censetur quasi pure institutus: & ideo si illam non adimplet, videtur tacite paternam hereditatem repudiare, *vt fate* Clarus *hic loquitur*

Sub huiusmodi conditione casuali, vel mixta, non potest filius 6 *institui.*] An † & quatenus testamentum, in quo filius est institutus sub conditione casuali, vel mixta, nec in defectum eius conditionis exheredatus, valeat, *post Clarum nostrum & ab eo relatos*, abunde exponunt Hierony. Gabriel. *consil. 151. num. 14.* Fernandus Vasquius *de success. creat. § 20. num. 8.* Michael Grassus *libr. 1. recept. sent. §. testament. quæstio. 57 num. 2. &* Thadeus Piso *libr. 2. variar. resolut. capit. 11. num. 1. & aliquot seqq. Quibus quoque addendus est* D. Hunnius *libr. 2. variar. resolutio. iur. ciuil. tractat. 5. quæstio. 17.*

QVÆSTIO XL.

S V M M A R I A.

1 *An si causa exheredationis in testamento fuerit à testatore omissa, testamentum sit nullum, etiamsi filium ingratus extiterit, heresque ingratitudinis causam probare velit.*

2 *Si causa ingratitudinis, in testamento expressa, non sit legitima: nunquid hoc casu testamentum sit nullum.*

3 *Et quid, si causa quidem inserta sit, sed non probata.*

4 *Heres & locum & tempus commissæ ingratitudinis probare tenetur.*

5 *Quid statuendum, si exheredetur filius emancipatus, remissive.*

Pater exheredat filium nulla inserta causa.] Si † pater filium 1 exheredet, nullamque ingratitudinis causam testamento inserat: potest filius testamentum nullum dicere: neque ei querela opus erit, quamuis ingratus extiterit, heresque causam legitimam probauerit. *Nouell. 115. cap. 3. circa fin. versic. sine igitur, &c. & authen. non licet. C. de liber. præterit.* Et *post Clarum nostrum. ab eoque relatos hoc loco*, tradunt Michael Grassus *libr. 1. recept. sentent. §. testamentum, quæst. 41. num. 1. & 8.* Thadeus Piso *libr. 2. variar. resolut. capit. 9. num. 3.* Antonius Gomezius *tom. 1. var. resolut. iur. ciuil. cap. 11. num. 11.* Fernandus Vasquius *de success. creat. §. 30. num. 179.* Franciscus Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 4. tit. 11 num. 37.* Petr. Gregor. *libr. 44. syntagm. iur. vn. cap. 3.* Fachineus *lib. 6. controuers. iur. c. 76.* Couarruu. *in cap. Raynutius. c. 6. in princip. num. 7 & 8. de testamen. Idque accuratius explanauimus ad § final. Instit. de exheredat. liber. num. 88. & seqq.*

Aut causa inserta non est ex causis legitimis.] Quod † dici- 2 tur, causa in testamento non expressa, testamentum esse nullum, locum etiam sibi vindicat, si causa fuerit expressa, sed non legitima. Nam adhuc testamentum est nullum, neque opus est querela, *ex ratione hic per Clarum allata. Quem refert & sequitur* Thadeus Piso *d. lib. 2. var. resol. cap. 9. num. 6.*

Aut talis causa inserta non probatur ab herede.] Si † causa 3 ingratitudinis in testamento siue exheredatione inserta, ab herede non sit probata: valet quidem testamentum, cum in forma peccatum non sit: sed per querelam inofficiosi testamenti rescinduur, *vt post Clarum nostrum, & alios*, tradunt Gomezius *d. tom. 1. var. resolut. iur. ciu. c. 11. num. 10.* Francisc. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. d. lib. 4. tit. 11. num. 35.* Grassus *d. § testamentum, quæst. 41. num. 3.* & Piso *d. cap. 9. num. 6.* vbi illud obseruandum subicit; quod † 4 quamuis neque locum, neque tempus commissæ ingratitudinis exprimi in testamento sit necessarium; heres tamen & locum & tempus probare debeat, *per notata* Alexandri *cons. 103. num. 9. volu. 2.* Socini senioris *cons. 105 in fin. volu. 3.* Iasonis *in auth. non licet, num. 11. C. de liber. præterit. &* Francisc. Mantic. *d. lib. 4. tit. 12. nu. 34.*

Quid in filio emancipato.] Ecquid † filius emancipatus, 5 si sine insertione causæ, vel cum causa, non tamen probata, sit exheredatus, testamentum nullum dicere, vel illud per querelam inofficiosi rescindere queat, *postalios, quos allegant*, late declarant Gomezius *d. c. 11. num 34. &* Grassus *d. quæst. 41. num. 11. Huc quoque conferunt etiam, quæ annotauimus ad §. emancipatos. 3. Inst. de exhered. liberor.*

QVÆSTIO XLI.

S V M M A R I A.

1 *Quot sint causæ in iure expressæ, ob quas filij à parentibus possint exheredari.*

2 *Prima exheredationis causa.*

3 *Filius semper honesta & sancta debet esse persona patri.*

4 *Quo casu liberi parentibus manus iniicere asserant.*

5 *Quid iuris, si liberi manus saltem aduersus parentes leuasse dicantur.*

6 *Interpretatio extenfiua in materia odiofa locum non habet.*

7 *Secunda exheredationis caufa.*

8 *Liberi parentes honore, non contumelia afficere debent.*

9 *Qualis hic iniuria intelligatur.*

10 *Grauis iniuria verborum æquiparatur verberibus.*

11 *Tertia exheredationis caufa.*

12 *Quibus in caufis liberi parentes accufare poßint.*

13 *An liberi fint exheredandi, fi in criminalibus teftimonium dixerint, aduocatum egerint, aut fententiam tulerint aduerfus parentes.*

14 *Quarta exheredationis caufa.*

15 *Malefici qui hoc loco intelligantur.*

16 *Medici Empirici maleficis annumerandi.*

17 *Quinta exheredationis caufa.*

18 *Non poteft maior effe ingratitudo, quam illius vitæ aliquem infidiari, à quo vitam accepit.*

19 *Sufficit ad exheredationem, filium paraffe venenum, etiam non fecuto homicidio.*

20 *Sexta exheredationis caufa.*

21 *Priuigni cum nouerca confuetudo inceftuofa eft.*

22 *Filius concubinam patris vxorem ducere nequit.*

23 *Septima exheredationis caufa.*

24 *Liberis debent parentes defendere, non iis per delationem damnum aliquod inferre.*

25 *Octaua exheredationis caufa.*

26 *An & quatenus filius æs alienum patris exoluere teneatur.*

27 *Nona exheredationis caufa.*

28 *Liberis hereditas aufertur, fi parentes fuos teftari prohibuerint.*

29 *Decima exheredationis caufa.*

30 *Nihil honeftis parentibus folet accidere ingratius, quam fi videant liberos fuos inhoneftis conforiiis delectari.*

31 *Vndecima exheredationis caufa.*

32 *Turpis & luxuriofa vita meretur exheredationem.*

33 *Si filia 25. annum excefferit: &, parentibus ei honeftam nubendi conditionem non quærentibus, in corpus peccauerit, non poterit exheredari.*

34 *Num filius, fine patris confenfu nuptias contrahens, exheredari poßit.*

35 *Fœminino fermone fexus mafculinus non continetur.*

36 *Duodecima exheredationis caufa.*

37 *Si liberi curam furiofi parentis nullam habuerint, poftea, fanitate recepta, iure exheredantur.*

38 *Decimatertia exheredationis caufa.*

39 *Liberi, parentem captiuum ab hoftibus non redimentes, ab eo reuerfo iufto poßunt exheredari.*

40 *Decimaquarta exheredationis caufa.*

41 *Liberi heretici patri nullo modo fuccedunt.*

42 *An pater Pontificiæ religionis, filium Auguftanæ confeßionis, & contra, ceu hereticum, exheredare poßit.*

43 *Quis hereticus habeatur.*

44 *Ante damnationem nemini ob crimen afferri poteft præiudicium.*

45 *In pace religiofa, religio vtraque libere permiffa.*

46 *Num exheredatio ob caufas fimiles, fiue grauiores in No. 115. c. 3. expreßis, fieri poßit.*

47 *Veritati tenaciter adhærendum.*

48 *Sermo vniuerfalis, maxime negatiuo conceptus verbo, vniuerfaliter intelligendus.*

49 *Exceptio confirmat regulam in cafibus non exceptis.*

50 *Abfurdum eft, aliquem velle fua priuata interpretatione deliberationem imperatoris fubuertere.*

51 *In illis, quæ forma nominæ præfcripta funt, nihil mutare licet; etiamfi maior rationi cafus omißo interueniat.*

52 *Ad obiectionem refpondetur.*

53 *Odia interpretatione reftringenda.*

54 *An Vafallus ob fimiles vel grauiores caufas feudum admittat.*

55 *Ecquid filius furiofus ex caufa ingratitudinis, ante furorem commiffa, exheredari poßit.*

56 *Quid, fi filius viuo patre, & ante conditũ teftamentum egerit pænitentiam.*

57 *Pœnitentia non tollit pœnam.*

58 *An & quatenus exheredatio locum habeat, fi filius patri reconciliatus fuerit.*

59 *Exheredationis præcipuus finis quis.*

60 *Culpæ expreßio in teftamento nominatim facienda.*

61 *Nouißima voluntas fequenda.*

62 *Intellectus l. filio, quem pater. 23. ff. de liber. & pofthum. heredib. inftit.*

63 *Pofthumus an hodie exheredari poßit.*

64 *Nulla exheredatio fine elogio procedit.*

65 *Appellatione liberorum etiam pofthumi continentur.*

66 *Quatenus olim pofthumus potuerit exheredari.*

V*Idendum eft, quæ fint illæ caufæ, propter quas filius poteft à patre exheredari.*] Iuftinianus Imperator enumerat
† caufas quatuordecim, propter quas filii à parentibus 1
exheredari poffunt, *Nouell. 115. cap. 3. §. 1. & feqq.* Quarum
† prima hæc eft: fi liberi parentibus manus intulerint. 2
Huiufque caufæ duplex affignari ratio folet: tum † quia 3
filiis femper honefta & fancta debet effe perfona patris. *l.
liberto. 9. ff. de obfequiis parentib. & patron. præftand.* tum quia
hac ratione parentum illi inimici, non liberi effe intelliguntur. Proinde nifi hanc iniuriam parentes in teftamento vindicent, Magiftratus vindicare debet. *l. 1. §. fi filius. 2. ff. d. tit. Nouell. 22. c. 21. Exod. c. 21. verf. 15. Leuit. c. 20. v. 9.* Excipitur tamen cafus, quo † liberi, vel ob defenfionem fui, vel 4
Patriæ, parentibus manus inferunt, *argu. l. vt vim. 3. ff. de iuftit. & iur. l. fciendum. 45. §. qui, cum aliter. 4. ff. ad leg. Aquil. l. minime. 35. ff. de religiof. & fumpt. funer. l. fi quis percufforem. 3. C. ad leg. Cornel. de ficar.* Ripa *in l. fin. C. de reuocand. donat. quæft. 19.* Couarruu. *in c. Raynutius. 16 in princ. num. 9. ext. de teftament. vbi plures citat. Illudque fufius expofuimus ad §. item lex Cornelia, de ficariis. 5. num. 103. Inftit. de publ. iudic.* At quid dicendum, fi † liberi parentibus manus non intulerint, 5
eofue percufferint: fed manus faltem aduerfus eofdem
leuaffe proponantur; Et cum Iuftinianus expreffe requirat verberationem ac realem manuum iniectionem. *d. Nouell. 115. c. 3. §. 1. ibi, intulerit.* fatis inde apparet, quod conatus, fiue leuatio manus non fit fufficiens exheredandi
caufa. Quo facit etiam ratio: quod † interpretatio ex- 6
tenfiua hic, vtpote in materia odiofa, exulare iubeatur, *argum. l. fi præfes. 32. in fin. & l. interpretatione. 42. ff. de pœn. cap. odio. 15. de regul. iur. in 6.* Tametfi contrarium confuluerit Goeddæus *confil. Marpurg. 28. vol. 2.* vbi *num. 121. & 134.* fubiungit: quod licet manus leuatio non contineatur fub hac prima caufa: contineatur tamen fub fecunda, *de qua mox differendum.*

Secunda † exheredationis caufa eft: fi grauem & in- 7
honeftam iniuriam liberi parentibus ingefferint. *d. Nouell.
115. cap. 3. §. 2.* Liberi enim † parentes honore, non con- 8
tumelia afficere debent, *iuxta 4. Decalogi præceptum.* Intel-
ligitur † autem iniuria verbalis. Tum quia hoc arguit 9
verbum, *ingefferit.* Sic ingeram mala multa, hoc eft, maledicta, *inquiunt Terentius & Plautus.* Et in codice Holoandri legitur: *atrocem & indecentem contumeliam ingefferit.* Tum quia præcedens caufa de iniuria reali concepta eft. Ita argumentatur Alexand. *confil. 202 libr. 2. num. 1. 2. & 3.* dum fcribit: quod ifta verba *dicti c. 3. §. 2.* exemplificanda fint in graui iniuria verbali, non autem in actu vulnerandi, aut fuftibus cædendi: quia hæc fub prima caufa comprehendantur. Tum quia intellectum hunc vrget verficulus gloffæ: *Si patrem feriat, vel maledicat ei:* & magis aperte Ioannis de Platea: *Parentes feriat, vel verbum fi graue dicat.* Tum denique idem euincitur *ex d. l. 1. §. 1. & 3. ff. de obfeq.*

obſeq. parentib. & patron. præſtand. vbi Vlpianus iniuriam
verbalem a reali perſpicue diſtinguit. Non ergo dubi-
tandum eſt, quin grauis & inhoneſta verborum iniuria
(puta ſi quis parentem appellauerit proditorem, &c.) ſit ſuffi-
10 ciens cauſa exheredationis. Etenim † grauis iniuria ver-
borum æquiparatur verberibus, præcipue illata patri,
cui iure diuino & humano ſummus honor, ſummaque
reuerentia debetur, vt eleganter ait Clarus noſter hic num.3.
Cæterum perperam nonnulli hanc cauſam generalem
eſſe opinantur, ſub qua omnes aliæ, etiam dict. Nouell.115.
capit.3. non expreſſa, comprehendi queant. Molineus in
conſuetud. Pariſ. titul.1.§.30.quæſtio.35.num.135. Menochius
libr.2.de arbitr. iud.qq. cent.3.caſ.267. num.6. aliique per hunc
relati. Tum quod ſic vnam, vel tredecim, non qua-
tuordecim cauſas poſuiſſet Iuſtinianus: qui tamen hanc
ipſam à reliquis ſeparare & in numerum 14. cauſarum
referre voluit: tum quod ſic nihil protſus noui intro-
duxiſſet. Illud vero bene dicitur: hanc cauſam acci-
piendam eſſe de eiuſmodi graui iniuria, quæ per ſe talis
ſit ſua natura & in abſtracto, non autem relatione ad pa-
rentes: cum horum reſpectu quæuis iniuria talis ſit. leg.
prætor edixit. 7.§.fin.ff. de iniur. Weſenbecius in Paratit.
C.de inoffic.teſtam.num.18.

11 Tertia cauſa exheredationis eſt: ſi † liberi parentes
in criminalibus cauſis accuſauerint. Quia tum officio
liberorum depoſito, inimicorum officio funguntur.
12 Excipiuntur † eæ cauſæ, quæ principem & Rempublic.
concernunt. dict. Nouell.115.cap.3.§.3. Vnde Conſtanti-
nus Harmenopolus aſſerit, liberos poſſe parentes ſuos
accuſare læſæ Maieſtatis. lib.1. Epitom. titul.6. Porro ci-
uiliter filium aduerſus patrem impune agere, iuſque
ſuum per ſententiam obtinere poſſe, non dubium eſt,
argum. l. nullus.55. l. factum.155. & l. qui in ius. 177. in fin. ff. de
regul.iur. l. iniuriarum.13 §.1.ff.de iniur. l. prohibere.3.§.plane.4.
verſicu. hoc ita verum eſt. ff. quod vi aut clam. etiamſi pater
fortaſſis dicat, inique contra ſe iudicatum eſſe. Id enim
non filio, ſed iudici imputandum erit. l. argentarius.10.§.
cum autem.3. ibi, aut de iudice queri debet. ff.de edendo. We-
13 ſenbecius conſil.29.num.62. Quid † autem, ſi liberi in
criminalibus ſponte dixerint teſtimonium, aduocatum-
ne egerint, aut iudicis perſonam ſuſtinentes, ſententiam
iniquam per imperitiam tulerint aduerſus parentes?
Nunquid propterea exheredari poterint? Et licet id ad-
ſtruat, poſt alios à ſe citatos, Didacus Couarruuias in dict.
capit. Raynutius.16.in princip.num.11. de teſtament. & Gilke-
nius in authen. non licet. num.23. Codic. de liber. præterit. con-
trarium tamen veritati magis accedit. Tum quia Iuſti-
nianus hanc, ceu legitimam exheredandi cauſam, non
expreſſit. in dict. Nouell 115.cap.3.§.3. Tum quia accuſaſ-
ſe non dicitur, qui teſtem egerit, ſecundum gloſſ. in l. qui,
cum maior.14. §.accuſaſſe.8.ff. de bonis libertor. vel aduoca-
tum. dict. l.14 §.ſi patroni. 9.ff. eod. l. inter officium.54.ff. de rei
vindicat. vel iudicem. Andreas Gerhard. de teſtam. diſputa.5.
th.17. in fin.

14 Quarta † exheredationis cauſa eſt: ſi liberi cum ma-
leficis hominibus, vt malefici, verſentur. Non enim
ſufficit, vt quis in itinere aut hoſpitio inter maleficos re-
periatur: ſed neceſſe eſt, vt inter eos ſit latrocinij ſocie-
tas. dict. Nouell.115.cap.3.§.4. & facit Nouell.22.cap.15.§.ſi igi-
tur. verſic. aut latrocinij ſectantem vitam, &c. & l. viui paſſam.
15 39.§.mulierem.4.ff.ad leg. Iul. de adulter. Malefici † autem
hic non quiuis malefactores in genere, ſed propriè illi
intelliguntur, qui incantationes, vel magicas artes,
aut veneficia perniciosè exercent, vt docent Carolus Mo-
lin. in conſuetud. Pariſ. dict. titul.1.§.30. quæſtion.35.num.138.
& Couarruu. in dict. cap. Raynutius. 16. in princip. num. 11. de
teſtament.

Quibus non † immerito annumerantur Emplrici 16
illi Medici, qui conceptis precum & verborum formu-
lis, deperditam ſanitatem recuperari iactitant, vane-
que gloriantur. Eiuſcemodi ſiquidem incantationes,
admurmurationes, & inſuſurrationes Vlpianus quoque
Iuriſconſultus non obſcure damnat. leg.1 §. medicos. 3.ff.
de extraord. cognitionib. Quin & Impp. palam iſthæc re-
media exterminant. leg. eorum 4. Cod. de maleficis & mathe-
matic. Canones vero ab Eccleſiæ conſortio ſegregant
eos, qui in collectionibus herbarum carmina dicunt,
quiue characteres ægrotis ad ſanandum apponunt. can.
nec mirum. 14. §. adhuc omnia cauſ.26. quæſtion. 1. can. illud.6.
cauſ. 26. quæſtio. 2. can. admoneant. 15. & ſeq. dict. cauſ. 26. quæ-
ſtio.7.

Quinta † cauſa exheredationis eſt: ſi liberi vitæ pa- 17
rentum ſuorum per venenum, aut alio modo inſidiari
tentauerint. dict. Nouell.115.capit.3 §.5. Haud † etenim 18
maior poteſt eſſe ingratitudo, quam illius vitæ aliquem
inſidiari, à quo vitam accepit. Vnde Oreſtes apud o-
mnes mortales laudem & gloriam ſempiternam conſe-
cutus dicitur, quod illum occidiſſet, qui prius patrem
interfecerat, referente D. Obrechto diſputat. 20. th.703.
Notanter autem Iuſtinianus ait, tentauerint. Quoniam
† filium paraſſe venenum, etiam non ſecuto homicidio, 19
ſufficit. Nam & lege Pompeia de parricidiis, & lege
Cornelia de ſicariis talis tenetur. leg. 1. in fin. ff. ad leg.
Pompon. de parricid. leg. eiuſdem. 3. ff. ad leg. Cornel. de ſicar.
Couarruu. ad dict. capit. Raynutius. 16. numer.13. extr. de te-
ſtament.

Sexta exheredationis cauſa eſt: ſi † filii nouercæ ſuæ, 20
aut concubinæ patris ſe immiſcuerint. d. Nouell. 115. cap.
3.§.6. Priuigni namque cum nouerca conſuetudo ince-
ſtuoſa eſt. leg. nemini.17, C. de nupt. Et † concubinæ patris 21
conſuetudine filius in tantum abſtinere debet, vt nec
vxorem eam ducere, ſi maxime velit, poſſit. l. liberi.4.
C. eod. tit. Iſtiuſque † delicti fit mentio in leg. diuus Hadria- 22
nus.5.ff. ad leg. Pomp. de parricid. 2. Samuel. 16. v.22. & 2. Reg.
12. v. 11.

Septima cauſa eſt: ſi † delatores contra parentes ex- 23
titerint filii, & hac delatione ſua grauia eos diſpendia
fecerint ſuſtinere, dict. Nouell. 115. capit. 3.§.3. Debent e-
nim liberi parentes defendere; non, vt offendantur,
anſam præbere. Hucque † pertinet textus in leg. ſi quis 24
à liberis. 5. §. idem iudex. 11. ff. de agnoſc. & alend. liber. ibique
Accurſius. Quantum vero diſpendium illud eſſe debe-
at, iudicis arbitrio relinquitur, argum. leg. 1. §. vltim. ff. de
iur. deliberand. cap. de cauſis. 4. extr. de offic. & poteſt. iudic. deleg.
Ripa in leg. fin. quæſtio. 24. C. de reuocand. donat. Couarruu.
ad d. cap. Raynutius. 16. numer. 14. verſic. ſexta, &c. Quid igi-
tur, ſi aliter, quam per delationem, graue diſpendium
parentibus à liberis inferatur? Cum textus in dict.
Nouell. 115. capitul. 3. §. ſeptimo. vtrumque coniun-
gat: nec delationem abſque diſpendio, nec diſpen-
dium abſque delatione ſufficere, non abſurdè quiſ-
piam dixerit. Gerhardus prædicta diſputatione quinta,
theſ. 32.

Octaua exheredationis cauſa eſt: ſi † liberi maſculi 25
(ad quos hoc ſingulariter reſtringitur) pro parenti-
bus, carcere incluſis, fideiubere recuſauerint. dict. No-
uell. 115, capit. 3. §. 8. Nam † etſi filius non cogitur æs a- 26
lienum patris exoluere. leg. 1. tot. titul. Cod. ne filius pro pa-
tre, &c. tamen vbi parentem in vincula coniici videt:
certè omnia potius ſuſtinere, quam illud pati debet.
Atque hoc non ſolum de patre, ob debitum pecunia-
rium incarcerato, ſed de omni etiam, qui ſub fide-
iuſſoribus relaxari poteſt, exaudiendum erit. Tum
quia Imperator in dict. §. 8. ſimpliciter vtitur verbo,

inclusum. Tum quia subdit, *pro persona, vel pro debito.* Tum quia vanus exheredationis metus infertur ab eo, qui totus obæratus detinetur. Diligenter autem notandum, quod Iustinianus *in dict.* §. 8. addit hæc verba: *petiit ab eo, vel vnus ex his in sua eum noluerit fideiussione suscipere, &c.* Ex quibus non difficulter colligitur: ad hanc exheredationis causam iustificandam necessum esse, auxilium fuisse à filio petitum, & tamen patri denegatum, *vt concludit.* Welenbecius *consil. vigesimo nono, numero* 54.

27 Nona exheredationis causa perhibetur: si † liberi parentes suos testari prohibuerint. Quod si ex hac causa parentes filium non exheredauerint, vtpote quia postea nunquam eis contigit posse facere testamentum: ni-
28 hilominus † ei tanquam indigno hereditas aufertur, & fisco vindicatur. *dict. Nouell.* 115. *capit.* 3. §. *conuictus.* 9. *l.* 1. *ff. si quis aliquem testar. prohib. leg.* 2. *Cod. eod.* Paul. *libr.* 5. *sentent. titul.* 12. Quod si duo fuerint fratres, & alter parentem supremam mentem suam declarare impedierit, testibus aditum intercluserit, solennia peragere vetuerit: alter vero maluerit hereditatem patris testamento capessere, neque libertatem testandi temeratus fuerit: suam virilem portionem capiet, & illius peruersitas nihil huic nocebit. *leg. si quis dolo.* 2. §. 1. *ff. si quis alio testari prohib.* Cæterum si filius, patre viuente, paciscatur de hereditate patris, eo non consentiente: ex hac causa non poterit exheredari, *vt ex Purpurato in leg. fin. Cod. de pact. num.* 18. *notat* Couarruuias *ad d. capitu. Raynutius.* 16. *in princ. num.* 14. *in fin. de testam.*

29 Decima exheredationis causa est: si † præter voluntatem parentum liberi se arenariis vel mimis coniun-
30 xerint. *dict. Nouell.* 115. *capit.* 3. §. *si præter.* 10. Quia † nihil honestius parentibus solet accidere ingratius, quam si vident liberos suos inhonestis delectari consortiis. Nec immerito. Quales enim sunt ii, quibus cum liberi versantur, tales & ipsi proculdubio fieri, & tales quoque parentes à plurimis iudicari solent. Dn. Obrecht. *disput.* 20. *th.* 712. *& seq.*

31 Vndecima causa censetur: si † filia aut neptis parentibus, maritum & dotem congruam offerentibus; non consenserit, sed luxuriosam vitam degere maluerit.
32 Turpis † enim vita exheredationem meretur. *dict. Nouell.* 115. *capit.* 3. §. *si alicui.* 11. *leg. si filiam.* 19. *C. de inoffic. testament.* Nam etsi filia impune nuptias à parente oblatas detrectare possit. *leg. cum te pietatis.* 18. *& l. filia.* 20. *Cod. d. titul.* id tamen ea de causa nequit, vt luxuriosam potius vitam eligat. Hanc etenim vitam si coniugali prætulerit: rectè, vt ingrata, exheredationis fulmine feriri poterit; nec ei querela inofficiosi competit. *dict. l. si*
33 *filiam.* 19. *Cod. eod.* Quod † si vero filia 25. annum excesserit: &, dum parentes ei honestam nubendi conditionem non quærunt, fortè in corpus clam semel atque iterum peccauerit: non poterit exheredari: cum non sua culpa, sed parentum id commisisse cognoscatur. *d. Nouell.* 115. *capit.* 3. §. 11. *v. si vero vsquam Authen. sed si post. inde desumpta. Codic. de inoffic. testament.* Cæterum si filia non clam, sed palam turpiter & flagitiose, adeoque more meretricio vixerit: merito exheredabitur. *dict. leg. si filiam.* 19. *Cod. eod.* Et ita sentit quoque Clarus noster *hic num.* 4. Verum de ista exheredandi causa fusius differtat Petrus Gilkenius *in authen. non licet. Cod. de liber. præterit. num.* 26. *& seqq.*

34 At quid, si † filius sine patris consensu nuptias contraxerit; anne idcirco exheredari poterit? Et verisimilius est. eum, siue maior, siue minor sit 25. annis, istam ob causam exheredari non posse: eo quod totus dictus §. 11. de filia duntaxat sit conceptus. Fœmini-
no † autem sermone sexum masculinum comprehendi, 35
exemplo pessimum est. *l. si ita scriptum.* 45. *in princ. ff. de legat.* 2. *l. seruus.* 81. *in princ. ff. de legat.* 3. Gœdd. *ad l.* 1. *num.* 60. *ff. de verbor. significat.* Excipiendus tamen videtur casus, quo filius ad turpem & inhonestam personam se applicuerit. *l.* 3. §. *si emancipatus.* 5. *ff. de bonor. poss. contra tabul. dict. Nouell.* 115. *cap.* 3. §. 4. *&* 10. Et ita in terminis tradunt Baldus Nouellus *in tractat. de dote. part.* 6. *priuileg.* 16. *num.* 6. Ioan Borcholt. *in tract. de gradib. pag. mihi* 70. Grassus *lib.* 1. *recept. sentent.* § *testamentum, qu.* 42. *num.* 6. Bolcheus *lib.* 2. *de nupt. n.* 16. Brunell. *in tractat. de sponsalib. conclus.* 17. *num.* 2. Emanuel Soarez. *in thesaur. recept. sentent. lit. F. num.* 285. *pluresque alii, quos congessimus ad princip. titul. Instit. de nuptiis, numer.* 43.

Duodecima exheredationis causa est: si † liberi parenti furioso curam competentem non præbuerint. Et 36
certe si † filius vel filia curam furiosi parentis nullam ha- 37
buerit; postea sanitate recepta, filius iure exheredari poterit: vel si in ipso furore parens decesserit intestatus, aut mutato testamento, quod ante furorem fecerat, ut quo filium, aut extraneum heredem scripserat, qui postmodum testatorem furore correptum non procurauit; heredi legitimo, vel testamentario hereditas, quasi indigno, aufertur; & non fisco, sed extraneo applicatur, si quis sit, qui pietate vel misericordia motus, testato furiosi illius curam susceperit. *d. Nouell.* 115. *cap.* 3. §. 12. *& authen. liberi furiosi. C. de episcop. audient.* Cuiac. *ad Nouell.* 18. *post medium.*

Decimatertia causa est: si † liberi patrem captiuum 38
non redemerint. *d. Nouell.* 115. *capit.* 3. §. 13. Captiuum hic
intelligimus ab hostibus. Etenim † liberi, qui paren- 39
tem captiuum ab hostibus non redimunt, ab eo postliminio reuerso exheredari iustè possunt: vel si parens apud hostes decesserit, hereditas liberis, imo generaliter legitimis omnibus, vel testamentariis hæredibus, si forte ante captiuitatem testamentum fecerit, quod lege Cornelia confirmatur eo moriente apud hostes: his, *inquam*, omnibus, si negligentiores fuerint in redimendo captiuo, hæreditas aufertur quasi indignis, & Ecclesiæ, non fisco, applicatur; ea conditione, vt quicquid ex hæreditate peruenerit, in redemptionem captiuorum insumatur: vt, vnde ille à suis non est redemptus, aliorum redemptio procuretur, & ita pœnæ quodammodo æqualitas siue proportio seruetur. Ac sane adeo hic liberandi parentis captiui fauor procedit: vt minores 25. annis, maiores tamen octodecim, possint in hunc finem mutuo accipere pecuniam, resque suas proprias, vel parentis quoque mobiles, aut immobiles, etiam absque decreto pignori obligare. Et contractus huiusmodi, ac si à persona suæ potestatis & legitimæ ætatis facta fuerint, firmi reputabuntur: nec vllum præiudicium inde generabitur iis, qui cum his contraxerunt. Et pater postliminio reuersus, hos filii sui, suo nomine celebratos contractus, ratos habere tenetur, eisq; tanquam suis debitis obligatur. *d. Nouell.* 115. *c.* 3. §. 13. *& auth. si captiui aliquando inde desumpta. C. de episc. & cleric.* Cuiac. *ad d. Nouell.* 18. *post medium.*

Decimaquarta & vltima exhæredationis liberorum
causa est; si † liberi fuerint hæretici, pater vero catholi- 40
cus. *dict. Nouell.* 115. *c.* 3. §. *si quis de prædictis.* 14. *& authen. idem est de Nestorianis. inde excerpta. Codic. de hæretic. & manich.*
Et generaliter constitutum est: ne † liberi hæretici vllo 41
modo patri succedant: & si fortasse liberi non sint Christiani, vt succedant agnati Christiani, & post hos fiscus. *leg. cognouimus.* 19. *Cod. de hæretic. Nouell.* 118. *capitu. vltim.*

Illud † hodie in Imperio Romano-Germanico 42
haud

haud abs re quæritur : an pater Pontificiæ confessionis
siue religionis, filium Augustanæ siue reformatæ (*vt vo-
cant*) religionis, & è contrario pater Augustanæ, fi-
lium Pontificiæ religionis, tanquam hæreticum, exhe-
redare possit ? Et quamuis vtramque in partem hæc
quæstio probabiliter disputari queat, *vt patet ex iis, qua
prolixe tradit* Iacobus Alemannus *consultat.* 10. attamen
negatiua sententia probabilior videtur. Tum quia fi-
lius hoc casu non potest dici hæreticus : siquidem causa
hæreseos, in testamento apposita, non pro cuiusuis
arbitrio interpretanda, sed intra fines ac terminos, à le-
43 ge præscriptos, coercenda est vt nimirum † is demum
habeatur hæreticus, qui quatuor illa sancta Concilia,
Nicænum, Constantiuopolitanum, Ephesinum pri-
mum, & Chalcedonense, non amplectitur, *l. quicun-
que.* 8. *Cod.de heretic. & dict. Nouell.*115.*cap* 3. §.14. Wesen-
becius *in Paratit. Cod. de heretic. num.*1. Atqui vero re-
formata religio cum quatuor istis Conciliis optime
consentit, nec ab illis vllo in articulo recedit. Tum
quia non sufficit dicere, filium esse hæreticum : sed
etiam necesse est, vt huius criminis conuictus sit &
44 condemnatus : cum † ante damnationem, nedum an-
te accusationem, nemini ob crimen afferri præiudi-
cium possit. *leg. vltim.* §. *vltim.ff.de bon.eor. qui ant. sentent.
mort. sibi consciu.l.ex iudiciorum.* 20.*ff. de accusationibus. l.post
contractum.* 15.*ff.de donat.l.*2. *Cod. qui testament. fac. possunt.*
45 Tum etiam, quia † in pace religiosa, *Anno* 1555. *in Im-
perio promulgata*, vtraque religio, tam Pontificia, quam
reformata, est permissa : ita vt ab vna ad aliam liber sit
transitus, absque bonorum, vel famæ, vel honoris
iactura, nullo impediente : & vtriusque religionis so-
cii vera amicitia & Christiana charitate, in bona & mu-
tua respectu religionis concordia libere viuere iuben-
tur. Quæ autem esset religionis libertas, si liberi ob
eam à familia & hereditate paterna excludi possent ?
Dn. Georg. Obrecht. *dict. disput.*20. *th.*738.*cum seqq. &*
Rittershusius *in exposition. Nouellar. part.*6.*capit.* 3.*num.*14.
& seqq.

Nunquid filius possit tantum propter illas 14. *causas, vel a-*
46 *liquam earum exheredari.*] Exheredationem † ob causas
similes siue æque graues, vel graniores iis, quæ *in præ-
dicta Nouell* 115. *cap.*3. enumeratæ sunt, fieri posse, *vltra
Clarum nostrum, & ab eo hic allegatos*, tenent Angelus *in
leg. lex Cornelia.*5.*ff. de iniur.* Couarruu. *in capit. Raynutius.*
16.*in princip. num.*16 *extr.de testament.* Antonius Gomez.
*tom.*1.*variar. resolut. cap.* 11.*num.*12. Emanuel à Costa *in l.*
Gallus. 29.§. *& quid, si tantum.* 5.*part.*3. *num.* 175.*ff. de li-
ber.& posthum. heredit. instit.* Fernandus Vasquius *libr.* 2.
de succeßion. progreß.§.17. *numer.* 101. Emanuel Soarez *in
thesaur. recept. sentent. lit. E. num.*205. Viuius *libr.* 1.*opin.*
128. *Chassan. ad consuetud. Burgund. titul. de succeßionibus.
rubr.non possunt exheredare.* §.2. *versic. sed quæro, &c.* Mo-
linæus *ad consuetudin. Parisiens. titul.*1.§.30.*num.*138. Lau-
rentius Kirchov. *in thesaur. commun. opin. in verb. exhero-
dari liberi poss.* Petrus Surd. *in tractat.de aliment. quæst.*64.
*num.*16. Schrôderus *in tractat. feud. part.*9. *capitu.*9.*num.*
20. Rosenthal *in synops feud. cap.*10. *conclusion.* 14.*num.*4.
Grassus *lib.*1.*recept. sentent.*§. *testamentum, quæstio.*42.*num.*
2. Borcholt. *in tractat. de feud. cap.* 8. *num.*131. Wesenbec.
*in paratit.ff.num.*5.*ff.de liber. & posthum. heredib.instit.* Clin-
glus *ad tit. Instit. de exheredat. liber. versic. potest quoque. &
ibidem* Schneidevvin. *num.*15. Simon de Prætis *libr.* 3.*de
interpretat. vltim. volunt. interpret.* 1. *dubitat.* 6.*solutio.*1.*num.*
5. Corasius *libr.*3.*de iur. arte.cap.*8. Fachineus *libr.*6.*contro-
uers. iur.cap.*78. Euerhardus in Topic. *legal. loc.ab except.
ad regul.num.*8. Menochius *de arbitr. iud. quæstio. lib.*2.*cent.*
2.*cap.*130.*num.*4.*& cent.*3.*cas.*267.*num.*6. D.Bocer. *class.* 3.
*disput.*3.*th.*44.*ad lit.B. edit.* 2. Matthias Stephani *cent.* 2.
*quæst.*66.*lit.B.* Paulus Busius *ad rubric.ff.de liber. & posthum.
heredib.instit. num.*4. Ludouicus Schvvartzmaier. *lib.*1.*mi-
scellan. iur.cap.*5.*in fin.* Hœnon. *disput.*7.*controuers.*44. Ha-
ckelman. *quæstio. illustr.disput.* 6.*th.*10. *& disput.*16.*th.*14.*lit.
A.* Speckhan. *cent.*1.*quæst.*96.*num.*6. Sichardus & Gilke-
nius *num.*15.*in authen. non licet.C.de liber. præterit.* Thadeus
Piso *lib.*2.*variar. resolut. cap.*9.*num.*7. *& plures alii, ab iis an-
notati.*

Atque hæc opinio licet frequentioribus Docto-
rum suffragiis sit confirmata; ac proinde ab ea in practica
non esse recedendum Clarus hic asserat : contrarium ta-
men veritati (cui † semper tenaciter adhærendum, & 47
pro qua, tanquam pro anima, pugnandum. Alemann.
*consultat.*9.*pagin.*972.*sub fin.*) propius accedere videtur.
Primo enim *in dict. Nouell.* 115. *cap.*3. Iustinianus perspi-
cue constituit; præter quatuordecim causas istas, nulli
licere ex alia lege ingratitudinis causas apponere, nisi
quæ in eiusdem constitutionis serie nominatim & ex-
presse contineantur. Certi autem iuris est, sermonem
† vniuersalem, maxime qui negatiuis conceptus est ver- 48
bis, vniuersaliter intelligendum esse. *leg. si is, qui ducenta.*
13.§. *verum ita.*3.*ff.de reb.dub l.si necessarias.* 8.§. *si annua.*3.*ff.de
pignoratit. act.* Secundo, quia † exceptio confirmat re- 49
gulam in casibus non exceptis. *leg. quæsitum.*12.§. *denique
Neratius.*43.*ff.de instruct. & instrument. legat. l.*1. *ibique* De-
cius *num.*21. *ff.de regul.iur.* Atqui regula est, quod paren-
tes teneantur liberos suos heredes instituere : cuius ex-
ceptiones quatuordecim subiiciantur à Iustiniano in *dict.
Nouell.*115.*cap.*3. Ergo hæ confirmant regulam in casibus
non exceptis : ac consequenter aliæ, ceu idoneæ & suf-
ficientes, non sunt admittendæ. Et quamuis quidam
ex dissentientibus respondeant; non censeri alias & di-
uersas causas ab his, à Iustiniano recensitis, quæ parem
cum illis rationem habeant : exceptionem quoque con-
firmare regulam in casibus non exceptis ; sed casus si-
miles & eadem ratione subnixos non excludere : atta-
men id tum demum procedere videtur, quando non a-
perto constat, legumlatorem voluisse eos quoque ex-
cludere causas, quæ pari ratione nituntur. Id autem
voluisse Iustinianum, vel inde clarescit, quod cum pro-
positum habuerit omnes causas dignas referre, ac simul
prohibuerit alias, præter nominatim à se illic recensi-
tas, admittere; voluerit etiam eadem ratione subnixas
alias excludere : id quod verba Imperatoris manifeste sa-
tis significant. Sic enim scribit : *Sed quia causas, ex qui-
bus ingrati liberi debeant iudicari, in diuersis legibus dispersas, &
non aperte declaratas inuenimus : quarum aliquæ nec digna no-
bis ad ingratitudinem visa sunt : aliqua vero cum essent digna,
prætermissa sunt : ideo necessarium esse perspeximus, eas nomi-
natim præsenti lege comprehendere : vt præter ipsas nulli liceat ex
alia lege ingratitudinis causas opponere, nisi quæ in huius consti-
tutionis serie continentur.*

Tertio, quia † valde absurdum est : si, cum Iustinia- 50
nus modo recitatis verbis profiteatur, si causas, ex qui-
bus liberi ingrati iudicentur, in diuersis legibus disper-
sas, & non aperte declaratas, quarum aliquæ nec dignæ
eidem ad ingratitudinem viderentur, aliquæ vero, quæ
dignæ erant, tamen prætermissæ essent, eo consilio sua
lege comprehendisse, ne amplius dubitandi occasio es-
set, aut aliæ causæ admitterentur : nos priuata inter
pretatione deliberationem ipsius Imperatoris subuer-
tere velimus, pro quatuordecim causis alias infinitas
inducendo, & legem quodammodo circumuenien-
do. *leg. contra.* 29. *cum leg. seq.ff.de legibus. l. non dubium.* 5.
Cod. eod. Quarto, quia † in illis, quæ formæ nomine 51
sunt à lege præscripta, nil quicquam mutare licet, e-

Iamsi maior ratio in casu omisso interueniat, *argum. leg. si pupillorum.* *§. si prætor. 3. ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel cura sunt, &c.* vbi tutor, cui permissum est, vendere prædium pupillare, non potest hoc oppignorare. *& leg. fin. Cod. de prædiis decurion. sine decret. non alien.* vbi Curiales prædia sua donare sine decreto possunt [illegible] vendere non possunt. Atqui causæ exheredationis *in dict. Nouell. 115 cap. 3.* enumeratæ, pertinent ad formam exheredationis, *vt patescit ex dict. capit. 3. §. vltim. versic. si autem hæc obseruata non fuerint, &c.* Igitur † mutari non possunt [illegible] nec aliæ ibidem non expressæ admitti debent.

52 Nec † mouet, quod ad hanc rationem a nonnullis respondetur: in adscriptione quatuordecim exheredationis causarum, prout verbis conceptæ sunt, non consistere formam exheredationis: cum causæ istæ 14. non ex verbis, sed ex ratione metiendæ sint: id quod demonstrent duæ illæ considerationes, quas Iustinianus in consilium adhibuerit: quarum prima est, ne liberi falsis accusationibus condemnentur, vel aliquam circumscriptionem in parentum substantiis patiantur: altera vero, vt parentes & filii a testatorum iniuria liberi reddantur: *dict. Nouell. 115. capit. 3. § vltim. versicu. si autem hæc obseruata non fuerint, &c. & capitu 5. in princip.* Etenim quod causæ istæ 14. à Iustiniano enumeratæ, ex verbis, & non ex ratione debeant æstimari, satis arguit, quod Iustinianus ait, *præter nominatim* ibi recensitas non esse alias admittendas [illegible] & quod omnes idoneas causas *nominatim* recensere voluerit. Nec obstant rationes, quas Imperator in consilium adhibuisse ac perpendisse perhibetur. Nam idcirco, ne qua liberis iniuria fieret, neue aliquam circumscriptionem in substantia parentum sentirent, voluit Imperator causas exheredationis iustas & idoneas ad vnam omnes *nominatim* comprehendere, quo omnem liberos circumscribendi occasionem præcideret.

Quinto, quia ex vtriusque iuris textibus relucet, odia

53 † non esse interpretatione adiuuanda aut extendenda, sed potius restringenda. *leg. si præses. 32. & l. interpretatione. 42. ff. de pæn. cap. odia. 15. & capit. in pœnis. 49. de regul. iur. in 6.* Exheredationem autem esse odiosam, liquido constat *ex leg. cum quidam. 19. Cod. de liber. & posthum. heredib. institu.* Ideoque omnino dicendum est: nullam esse nostro in casu extensionem admittendam. Denique hanc sententiam recentiores Interpretes plerique defendunt, Franciscus Connan. *in commentar. iur. ciu. capit. 10. num. 6.* Viglius *in §. fin. num. 8. Institut. de exheredat. liberor.* Fichardus *consil. 46. num. 5. volum. 1.* Schurff. *consil. 97. numer. 4.* Bronchorst. *cent. 2. ἐναντιοφανῶν. assert. 26. ed. 2.* Treutler. *disputat. 13. th. 8 volum. 1.* Schegk. *in delibat. iur. disput. 9. th. 5.* D. Obrecht. *disput. 20. th. 752. cum seqq.* Theodorus Marcilius *in §. 1. Institut. de inoffic. testam.* Forster. Iunior. *libr. 2. disputat. 12. th. 28.* Arumæus *Exercit. 10. th. 3.* Andreas Gerhard. *decad. 8. quæstion. 7.* Wegner. *disputatio. 7. th. 5. ad lit. F. & in corollar.* Claudius *in tractat. de sepulturis [illegible] capit 4. num. 39. & cap 5 num. 109. cum seq.* Stuckius *part. 1. Exercitat. Iustin. decad. 6. assertio. 6. ad lit. C.* Paulus Berens *disputat. 6. ad Inst. iut. them. 3. quæst. 1.* & D. Hunnius *libr. 2. variar. resolut. iur. ciuil. tractat. 5. quæstio. 19.*

54 Huic sententiæ non obstat hoc argumentum: Ex † quibus causis filius potest exheredari, ex iisdem etiam potest vasallus feudo priuari. *capit. 1. §. 2. versic. præterea [illegible] modis. Quæ fuit prima caus. benefic. amitt. lib. 2. Feudor. titul. 24.* Ast in priuatione feudi possunt istæ causæ ad pares vel grauiores emergentes extendi, *vt ibidem Feudist. ad d. cet.* Ergo in exheredatione filii idem licebit. Hoc, *inquam*, argumentum non obstat. Siquidem ideo vasallus, ob similes etiam, vel grauiores causas feudum amittit: quia isthæc extensio in vsibus feudorum specialiter est permissa. Cæterum in nostro themate talis extensio iure ciuili est nominatim prohibita *d. Nouell. 115. cap. 3.* vbi Imperator absolute & præcise loquitur & omnes alias causas, præter illas quatuordecim, excludit. *Reliqua, quæ huic decisioni aduersari videntur, late refutat* D. Hunnius *d. quæst. 19. & de iisdem videantur, quæ annotauimus ad § fin. Instit. de exheredat. liberor. num. 74. & seqq.*

Numquid talis filius, postquam factus est furiosus, poterit à patre exheredari.] Q[illegible] ex inita causa ingrati- 55
tudinis, ante furorem [illegible], exheredari possit, *post* Bartolum *hic relatum* [illegible] Fernandus Vasquius *de successionum creat. §. 21 [illegible] §. 17 num. 113. de successionum progress.* Michael G[illegible] *recept. sent. §. testamentum, quæst. 42. num. 13. &* T[illegible] *libr. 2 variar. resolut. capit. 9. num. [illegible]*

Egit viuo ipso patre pœnitentiam ante testamentum ab eo conditum.] Quanquam † communiter existiment Docto- 56
res: ingratitudinem commissam tolli, neque causam præbere exheredationi, si filius viuo patre, & ante testamentum ab eo conditum, pœnitentiam illius criminis egerit, vt *post Clarum nostrum & alios*, docent Grassus *dict. quæst. 42 num. 9. cum [illegible] & Pilo dict. cap. 9. num. 8.* contrarium tamen verius non sine ratione videtur. Tum quia
† pœnitentia, post delictum patratum, pœnam non tol- 57
lit. *l. quæ ea mente. 65. de furt. l. penultim. ff. vi bonor. raptor. l. quid sit fugitiuus. 17 [illegible] ff. de ædilit. edict.* Tum quia non excusat pœnitentia, cum alter iam est læsus, vt *post* Baldum *in l. si quis non dicam rapere. 5. C. de episcop. & cleric.* tradit Menochius *de arbitrar. iud. cap. quæst. lib. 2. cent. 4. casu 360. num. 13.* Tum quia parens præsumitur in eodem odio durasse, nec animum exheredationis mutasse. Bald. *consil. 112. num. 8.* Wesenbec. *consil. 29. num. 53.* Fachin. *lib. 6. controuers. iur. cap. 80.* Sed quid, si filius post iniuriam pa-
renti factam, ei reconciliatus fuerit, nunquid exhere- 58
datio locum habebit? In resolutione huius quæstionis Doctores mire variant. Quidam enim exheredationem non cessare, licet filius in gratiam patris redierit, opinantur, Aretinus *in l. filio, quem pater. 23. ff. de liber. & posthum. hered. instit.* Gerard. *sing. 3.* Curt. Iunior. *in authen. non licet. num. 8. C. de liber. præterit.* Alii contra, exheredationem locum amplius non habere censent, Bartol. *in l. 4. §. vltim. ff. de adimend. vel transferend. legat.* Iason *in [illegible] non licet. C. [illegible] de liber. præterit.* Grassus *d. § 1. Testament. quæstion. 4 num 1.* Thadeus Pilo *dict. libr. 2. cap [illegible] 9.* Fachin. *d. [illegible] cap. 79.* Arumæus *Exercitat. [illegible] th 5. &* Hilliger. in Donell. *enucleat. libr. 6. cap. 12. [illegible]* Nonnulli distinguunt, an remissio vel reconciliatio p[illegible] cesserit exheredationem: & hoc casu sequi non posse exheredationem: an subsecuta fuerit: & tunc exheredationi locum esse contendunt, Lancellot. & Purpurat. *in l. [illegible] C. de pact.* Alii denique alias distinctiones afferunt, vt Couarruuias *in c. Raynutius. 16. in princ. num. 17. ext. de test.* [illegible] Busius *ad rubr. ff. de liber. & posthum. heredib. instit. n 7. &* [illegible] *lib 3. de success. creat. §. 30. num. 201.*

Mihi Bartoli, & eius asseclarum sententia, *supra* [illegible] *loco relata*, haud absque ratione euidenti arridet: quod 59
videlicet in proposito casu exheredatio simpliciter locum non habeat. Est etenim exheredationis ille præcipuus finis: vt iniuria parenti facta, ea vindicatur: & liberi obedientes ab inobedientibus quasi separentur: cum obedientes parentum hereditatem suis obsequiis [illegible] sibi confirment: inobedientes vero se illa indignos faciant. Ideoque cessante exheredationis causa, quæ scilicet in iniuria parenti illata consistebat, & ipsam exheredationem, tanquam effectum, cessare necesse est. [illegible] *l. adigere. 6. §. quamuis. ff. de iur. patronat. leg. 1. in princip. Cod. de latin. libert. toll. cap. cum cessante. 60. extr. de appellation.*

Deinde

60 Deinde † culpæ expressio in testamento nominatim fa-
cienda est à testatore. *d.Nouell.115.c.3. in princ. & §.si quis de
prædictis.14. vers. siue igitur. & cap.4. §.si tales 9.* At culpa hic
exprimi nequit: quia remissa est; adeoque pro non culpa
habetur. *§.fin. Instit. de inoff.* Accedit textus *in d.l.3. §.vlti.
iuncta l.seq. ff. de adimend. vel transferend. legat.* vbi dicitur, si
inter legatarium & testatorem inimicitiæ exortæ fuerint,
eæque postmodum remissæ, legatum deberi. Ergo mul-
to magis hereditas filio debebitur, si iniuriam parens ei
remiserit: cum facilius liberis parentes quid condonent,
eosque maiori amore prosequantur, quam legatarios, vt
plurimum extraneos, & non tam arcto vinculo iis con-
iunctos: cum & liberis alias ratio naturalis, quasi tacita
quædam lex, parentum hereditatem deferat. *l.cum ratio.*
61 *7. ff. de bon. damnator.* Præterea † nouissimam voluntatem
sequendam esse, rescripsit Alexand. Imp. *in l.in ipsius me-
ritis.5. C. famil. ercisc.* Atqui isthæc nouissima est patris vo-
luntas, ne filius exheredetur. Quod licet scriptura pro-
bari non possit: quia tamen aliis rationibus doceri nihil
impedit, nimirum iniuriarum remissione; & quia talia
merita liberorum deprehenduntur, ex quibus parentum
ira mitigari queat. *d.l.5. C. eod.* merito æquitati consenta-
neum esse affirmatur; filium, non obstante exheredatio-
ne, paternam hereditatem nostro in casu sibi vindicare
posse.

62 Decisioni † huic non repugnat textus *in d.l. filio, quem
pater.23. ff. de liber. & posthum. heredib. instit.* vbi Papinianus
scripsit, quod si filius exheredatus emancipetur, deinde
iterum per adoptionem in patris potestatem redigatur, ei
nocere exheredationem. *Nam* quomodo exheredatio
huic filio noceat, Papinianus non declarat. Quare sup-
plendum & interpretandum est, vt noceat quoad dene-
gandam bonorum possessionem contra tabulas: item
quoad ius dicendi nullum denegandum; non autem
quoad excludendam inofficiosi querelam, *quemadmodum
vberius explicat* Fernand. Vasquius *lib.7. controuers. illustr. cap.
106. num.23.*

*Nunquid secundum ius nouissimum posthumus possit à patre
exheredari.*] Quanquam † multi existimant; posthumos
63 hodie non minus, ac olim, exheredari posse, Franciscus
Connan. *lib.9. comment. iur. ciuil. cap.*10. Alciat. *libr.4. para-
dox. c.*10. Donell. *in auth. ex causa. C. de liber. præterit. & libr.6.
Commentar. de iur. ciu. cap.13. ibique* Hilliger. *in suis notat. ad
lit. E.* Vasquius *de succession. creat. lib.2. §.20. part.3. requisit.29.
declarat 3. num.191.* D.Bocer. *class.6. disp.39. th.32. edit.2.* Iul.
Pac. *cent 5 ἐναντιοφανῶν. quæst.* 86. Andreas Gerhard. *de-
cad. 8 quæst.6.* Duaren. *ad tit. ff. de inoffic. testam. cap.6.* Schick-
hardus *disput.8. the. 1. quæst.6.* Arumæus *Exercitat. Iustin.10.
th.6.* Matthias Stephani *cent.2. quæst.67. ad lit. A.* Hœnon.
*disput.7. controuers.*16. Treutler. *volum.2. disput.11. th.1. lit. F.*
Cramer. *disceptat.12. posit.6.* Schröterus *diatrib. domesticar.
decad.5. quæst.4. & alii:* contrarium tamen, tanquam ve-
rius & æquius, amplexi sunt, *vltra Clarum hic nostrum*, Do-
ctores Plerique, *Accurs. & cæteri in l. si quis 33. §. legis 1. super
verbo, existimari C. de inoffic. testam.* Michael Grassus *lib. 1. re-
cept. sent. §. testamentum, quæst.42. num.*14. Cuiacius *ad l. pla-
cet.4. ff. de liber. & posthum. hered. instit.* Petrus Gregorius *libr.
44. syntagmat. iur. vniuers. c.3. num.5. &* 17. Loriot. *in tracta. de
exheredat. axiomat.7. &* 8. Hackelman. *quæstion illustr. dispu.
6. th.4. lit. A.* Schneidevvinus *in §. posthumi.1. num.2. Instit. de
exheredat. liberor.* Borcholt. *ibidem num.4.* Petrus Heigius
num.5. Mynsinger. *num.7.* Viglius *num 9.* Nouus *num 13.*
Vulteius *num.14. & plures alii: quibus nouissime adstipulantur*
Erasmus Vngepaur. *Exercit. Iustin.12. quæst.1. &* D.Hunnius
lib.2. variar. resolut. iur. ciuil. tractat.5. quæst.10. Hæcque sen-
64 tentia hoc † potissimum fundamento nititur: quod nulla
exheredatio sine elogio, id est, appositione & probatio-
ne causæ ingratitudinis procedit. *d. Nou. 115. cap.3. in princ.
& §. vltim. vers. siue igitur omnes, &c.* vbi prohibentur paren-
tes † liberos suos quoscunque; sicq; etiam posthumos (si- 65
quidem hi nomine liberorum comprehenduntur. *§. fin.
Instit. qui testam. tutores dari poss. & l. nomen filiarum. 164. ff. de
verb. significat.* maxime quando de commodo ipsorum a-
gitur. *l. qui in vtero 7. & 26. ff. de statu hominum. l. quod dici-
mus. 231. ff. de verb. significat.*) sine nominata ingratitudinis
causa exheredes in testamento suo facere. Atqui elogium
siue ingratitudinum posthumo adscribi neutiquam potest,
arg. d.l. si quis. 33. §.1. C. de inoffic. testam. Si ergo posthumus
de facto exheredetur: exheredatio ista, vt simpliciter con-
tra legis formam facta, pro nulla habetur, *argum. l. non du-
bium. 5. C. de legib.*

Non aduersatur huic sententiæ, quod † etiam olim 66
posthumus exheredari potuerit. *l. posthumus 3. ff. de iniust. rupt.
irr. fact. testam. l. si posthumus. 14. in princip. ff. de liber. & posthum.
d. §. posthumi. 1. Instit. de exheredat. liber.* vbi tamen non mi-
nus opus fuit causæ expressione, quam hodie. *l. cum ratio.
7. in princ. ibi, nisi meritis de causis. ff. de bonis damnator.* Nam
respondetur: olim quidem sine causa exheredationem
fieri non potuisse: verum hodie hoc amplius dispositum
esse, vt non quælibet causa ad exheredationem sufficiat,
sed causa iusta ac determinata & specialiter testamento
inserta, eaque ab herede probata esse debeat: cum olim
non ita, quemadmodum hodie, causæ determinatæ fue-
rint. *d. Nou. 115. c.3.* vbi duntaxat 14. referuntur ingratitudi-
nis causæ: ex quibus cum nulla posthumo adscribi queat:
consequens est, illum hodie exheredari nequaquam pos-
se. *Idque explanatius ostendi in d. §.1. Instit. de exheredat. liberor.
num.11. & seqq.*

QVÆSTIO XLII.

SVMMARIA.

1 *Heredis institutio caput & fundamentum testamenti.*
2 *Testamentum, in quo filiusfamilias est præteritus, ipso iure nullum.*
3 *Cur filiifamilias vel instituendi sint, vel exheredandi.*
4 *Duo vnius rei domini vel possessores in solidum esse non possunt.*
5 *Testamentum, in quo non est institutus filiusfamilias, nullum censetur, licet filius ante patrem moriatur.*
6 *Quod ab initio vitiosum est, tractu temporis conualescere nequit.*
7 *An in emancipatis ius vetus, quod eos præterire permittebat, hodie sit sublatum.*
8 *Nunquid filii naturales præteriti possint testamentum dicere nullum.*
9 *Quid obtineat in legitimatis.*
10 *At quid, si filia exclusa sit à successione per statutum,*

T*Estamentum, in quo filius est præteritus, est ipso iure nullum.*]
Quia † heredis institutio est caput ac fundamentum 1
totius testamenti. *§. ante heredis. 34. Instit. de legat.* idcirco
conuenienter dicitur, testamentum, in † quo filiusfami- 2
lias nominatim non sunt instituti, vel exheredati, plane
inutile esse, ipsoque iure nullum. *l.1. ff. de iniusto, rupt. irr.
fact. testam. l.3. §. vltim. l. si filius. 7. & l. inter cætera. 30. ff. de liber.
& posthum. heredib. instit. l. vltim. circa finem. C. de liber. præterit.
& initio tit. Instit. de exheredat. liberor.* Eiusque ratio non ob-
scura est: quia † liberi, in potestate constituti, suo quo- 3
dam iure hereditatem parentum sibi vindicant: ita qui-
dem, vt alio, quam heredem titulo, honestius appellari
nequeant. Reputantur enim, viuo adhuc patre, quo-
dammodo heri, id est, domini rerum paternarum: &, pa-
tre defuncto, dominium in eos de nouo non transfertur,

ſed continuatur. *l.in ſuis.11.ff.de liber.& poſthum.heredib.inſtit.*
Proinde lex voluit, vt pater iſtam domini continuatio-
nem exheredatione interrumperet, illudque filiofami-
lias ante nominatim auferret, quam alteri per inſtitutio-
4 nem tribueret: propterea, quod † duo vnius rei domini
vel poſſeſſores in ſolidum eſſe non poſſent. *l.ſi vt certo.5.*
§.ſi duobus.15.ff.commodati. quod alias hic contingeret.
Nam & filius eſſet rerum paternarum dominus, aucto-
ritate legis. *d.l.in ſuis.11.ff.de liber.& poſthum.hered.inſtit.§.*
ſui autem.2.verſ.ſed ſui quidem.Inſtitu.de hered.qualit.& diffe-
rent. & item extraneus à patre inſtitutus, *tradentibus* No-
nio *num.1.* Weſenbecio *numer.3.* Mynſingero *num.4.* &
Vulteio *num.15. ad princip.tit.Inſtitut.de exheredat.liber.item*
Michaele Graſſo *lib.1.recept.ar.ſenten.§.teſtamentum.quaeſt.*
35.num.2. Adeo † autem teſtamentum, in quo filiusfa-
5 milias neque inſtitutus, neque nominatim exheredatus,
ſed præteritus eſt, inutile ſiue nullum exiſtimatur: vt et-
iamſi alii heredes ſint inſtituti, & filium antè patrem mo-
ri contingat, tamen teſtamentum non conualeſcat, &
nemo heres ex eo teſtamento exiſtere queat. *d.init.verſic.*
adeo quidem.Inſtit.de exheredat.liber.d.l.ſi filius 7.ff.de liber.&
6 *poſthum.hered.inſtit.* idque † propter tritam iuris regulam,
qua dicitur: quod ab initio non valet, ſeu vitioſum eſt,
non poſſe tractu temporis conualeſcere. *leg. quod initio.*
29.& l.quæ ab initio.210.ff.de regul.iuris.l.1.ff.de regul.Ca-
toniana.

Sed quid in emancipato.] De liberis emancipatis con-
7 trouertitur: an in † iis ius vetus, quod eos præterire per-
mittebat *§.emancipatos.3.Inſtit.de exheredat.liberor.§.eman-*
cipati.9.Inſtitut.de heredit.quæ ab inteſt.defer.l.non putauit.8.§.
fin.ff.de bonor.poſſ.contr.tab.cum ſimilib. per nouam Iuſtiniani
Imperatoris conſtitutionem, quæ extat *in Nouell.115.cap.*
3.& in §.ſed hæc quidem.5.Inſtit.de exheredat.liber. ſit ſubla-
tum? Et licet Bartolus, Corneus, Cuiacius, *& cæteri com-*
muniter in auth.ex cauſa.C.de liber.præterit. Gomez. *tom 1.*
variar.reſolut.c.11.num.34. Fernand. Vaſquius *de ſucceſſ.creat.*
*§.20.num 2.& 22.*Graſſus *d.§.teſtamentum.quaeſt.36.num.3.*
aliique *per Clarum hic relati*, exiſtiment: poſſe hodie filios
emancipatos ſimpliciter præteritos teſtamentum iure
ciuili, ad inſtar ſuorum, dicere nullum: nec iis amplius
bonorum poſſeſſionem neceſſariam eſſe: alii tamen re-
ctius concludere videntur: ne quidem legislatione no-
uiſſima, propter emancipatorum præteritionem, teſta-
mentum ipſo iure concidere: ſed per bonorum poſſeſſio-
nem contra tabulas illud euertendum ſiue reſcindendum
eſſe, *argum.l.vltim.§.fin.C.de liber.præteri.& l.præcipimus.32.*
in fin.C.de appellationib. *Eaque de re videantur* Weſenbecius
num.2.& Viglius *nu.6.ad d.§.ſed hæc quidem.5.Inſtit.de exhe-*
redat.liberor. Dn. Collega Bocer. *claſſ.3.diſput.3 th.17.edit.2.*
Donellus *ad d.authen.ex cauſa.C.de liber.præterit.num.5.& lib.*
6.Commentar.de iur.ciu.cap.13.pag.30.& ſeq. vbi accuratiſſime
hanc rem perſequitur.

8 *Sed quid in filiis naturalibus.*] Quod † filii naturales, ſi
ſint præteriti, vel iniuſte exheredati, non poſſint dicere
teſtamentum nullum, vel contratabulare, *vltra Clarum*
hic noſtrum, docet etiam Michael Graſſus *d.lib.1.recept.ſen-*
tent.§.inſtitutio.quaeſt.7.num 5.& d.§.teſtamentum,quaeſtio 36.
numer.9. Thadeus Piſo *libr.2.variar.reſolut.capit.6.nu-*
mer.16.

9 *Sed quæro, quid in filio legitimato.*] Quod † filii legitima-
ti præteritione teſtamentum ipſo iure corruat, inde pa-
tet: quod legitimatus à cæteris legitimis & naturali-
bus ſimul nihil differat. *l.cum quis.10.in fin.C.de naturalib.*
liber.Nouell.12.cap.vltim.in fin.Nouell.74.capit.2.circa prin-
cip.ibi, nihil à legitimis filiis differentes, &c. Nouell.89.capit.
9.§ 1.& cap.3.in princip.ibi, nihil diſsimiles legitimis, &c. ca-
pit.1.& cap.tanta.6.ext.qui filii ſint legitimi. Atque ita com-
muniter Doctores ſentire, *poſt Clarum noſtrum infra quæ-*
ſtio.14.alioſque ab eo laudatos, teſtantur Fernandus Vaſ-
quius *de ſucceſſ.creat.§.20.num.18.* Graſſus *d.§.teſtamentum,*
quaeſt.36.num.10.& quaeſt.77. Andr. Gail. *libr.2.obſeru.112.*
num.21.& obſer.140.num.4. Fachineus *lib.4.controuerſ.iur.c.*
3.& docuimus in §.adoptiuis.4.numer.8.& ſeq.Inſtit.de ex-
heredat.liberor.

Sed † quid, ſi adſit ſtatutum excludens filias fœminas à ſuc- 10
ceſſione] De hac quæſtione, *poſt Clarum hic noſtrum, & ab eo*
citatos, vide latiſſime diſſertantem Michaelem Graſſum *d.*
§.teſtamentum,quaeſt.36 nu.7.& ſeq. nec non Thadeum Piſo-
nem *d.lib.1.var.reſolut.c.6.num.5.*

QVÆSTIO XLIII.

SVMMARIA.

1 *An teſtamentum, in quo filius præteritus eſt, ſit nullum etiam de iure prætorio.*

2 *Quatenus appellatio a ſententia lata, tendat ad reſcindendam ſententiam.*

3 *Nunquid inſtitutus poſſit impugnare teſtamentum, nec expectare teneatur, quod præteritus impugnet, etiamſi præteritus ſit emancipatus.*

4 *An & quatenus filius præteritus, approbans teſtamentum, præiudicet filio inſtituto.*

SEd in contrarium eſt magis communis opinio] Quod † vi- 1
delicet teſtamentum, in quo filius eſt præteritus, ſit
nullum non ſolum de iure ciuili, ſed etiam de iure præto-
rio. Adde Thadeum Piſonem, eandem ſententiam re-
ferentem & amplectentem *libr.2.variar.reſolut.capit.6.*
num.15.

Datur potius ad declarandum teſtamentum nullum, quam ad
illud reſcindendum.] Sic † in ſimili appellatio a ſententia 2
lata, tendit ad reſcindendam ſententiam. *l.1.§.vltim.ff.ad*
SC.Turpill. vbi Marcianus reſpondit, prouocationis re-
medio, condemnationis extingui pronunciationem.
Hoc tamen procedit & verum eſt, quando ſententia eſt
valida. At ſi ſententia ſit nulla: appellatio non venit ad
reſcindendum, ſed ad declarandum ſententiam nullam,
vti notat Bartolus *& alii in l.ſi expreſsim.19.ff.de appellationib.*
Iaſon *in l.poſthumo.2.num.32.C.de bonor.poſſ.contr.tabul.hiſque*
citans Thadeus Piſo *loco præallegato.*

Antequam impugnetur ab ipſo filio præterito.] Quod † te- 3
ſtamentum, in quo filius eſt præteritus, ſit nullum, an-
tequam impugnetur ab ipſo filio præterito, & conſe-
quenter, quod inſtitutus poſſit per ſe impugnare teſta-
mentum patris, non expectando, quod præteritus im-
pugnet, etiamſi filius præteritus ſit emancipatus, contra
alios late defendit Thadeus Piſo *d.lib.2.variar.reſolut.cap.7.*
num 4.& ſeq.

Nunquid hæc approbatio ipſius præiudicet inſtituto.] An † & 4
quatenus filius præteritus, ſi approbet teſtamentum,
præiudicet filio inſtituto, ita vt ipſe bonorum poſſeſſio-
nem contra tabulas, beneficio præteriti habere non poſ-
ſit, *poſt plures alios à ſe cumulatos*, copioſe ac dilucide decla-
rat Thadeus Piſo *modo allegato cap.7.num.6.& ſubſequenti-*
bus. Huc que pertinent, quæ nouiſſime tradidit D. Hunnius *lib.2.*
var.reſol.iur.ciu.tract.5.qu.16.

QVÆSTIO XLIV.

SVMMARIA.

1 *Filiafamilias æque, ac filius, inſtituenda ad hoc, vt præterita nõ reddat teſtamentum nullum.*

2 *An sufficiat, filiam instituere in dote.*

1 Q*Vod imo possit pater filiam in sola dote sua instituere, &c.*] Filiamfamilias † æque, ac filium, instituendam esse
ad hoc, vt præterita non reddat testamentum nullum,
communis opinio est, *testante Claro nostro supra quæst.42.*
num.6. Michaele Grasso *lib.1.receptar.sent.§.testamentum,*
2 *quæst.36.num.5.* Idque † locum habet non solum in filia
soluta, sed etiam maritata, dotata & vidua. Nam & il-
lam instituendam esse saltem in dote data, *post Clarum hic*
nostrum, & ab eo citatos. tenent Grassus *d.quæst.36.num.6.*
& Thadeus Piso *libr.2. variar. resolut cap.6. num 4.* Plerique tamen tutius esse existimant, si vltra dotem in aliquo modico, puta in quinque solidis filia instituatur. *Quod latius persequitur* Iohannes Dilectus Durantes *in tract. de arte testandi.tit.3.cautel.5.num.2.*

QVÆSTIO XLV.

SVMMARIA.

1 *Posthumus heres necessario instituendus, ne testamentum illius præteritione rumpatur.*
2 *Ratio dubitandi.*
3 *Ratio decidendi.*
4 *Quid, si posthumus viuo testatore decedat.*
5 *Et quid, si tempore illegitimo nascatur.*
6 *Et quid, si exsecto matris vtero sit editus.*
7 *Mens & intellectus l.anniculus.132.§.vltim.ff.de verb. significat.*
8. *Conditio in forma specifica debet verificari.*

1 S*Ed etiam in posthumo.*] Posthumum † heredem necessario esse instituendum, ne testamentum si nascatur,
eius præteritione rumpatur, communis & indubitata
conclusio est. *§ posthumi.1.Instit. de exheredat. liberor. l.posthumi.3.ff.de iniust.rupt.irr.fac.testam. l.2. & 3.C.de posthum. heredib.instit. Et notant, post Clarum nostrum,* Michael Grassus *lib.1.recept.sent.§.testamentum.quæst.36.num.16.* Thadeus
Piso *lib.2.var.resolut.cap.6.num.10.* Videri tamen poterat;
2 posthumum † institui non posse: propterea quod testamentum est certa voluntas & iudicium defuncti. *l.1.& l. qui in testamento.14.ff qui testament fac. poss.* At posthumus
videtur persona esse incerta: proindeque non rectè insti-
3 tui posse. Sed † ratio decidendi, cur posthumus institui
queat, hæc est: quia in iure posthumus, siue is, qui in vtero est, pro iam nato habetur in iis, quæ ad ipsius commodum pertinent. *l.qui in vtero.7. & 26.ff.de stat.homin l. cum quidam.30 §.1.vers.quoniam mortu ff.de acqu.vel omitt.hered.l.quod dicimus.231.ff.de verbor signific.*

Sed pone, quod † huiusmodi posthumus viuo testatore decedat.]
4 Adde videndos, *post plures alios, quos citant,* Antonium
Gomezium *tom.1.var.resolut.iur.ciu cap 11.num.14.vers.quartus effectus,&c.* Grassum *d.§.testamentum.q.36.num.18 &* Pisonem. *d.cap.6.num.11.*

Sed quid, si iste posthumus nascatur in sexto vel octauo mense.]
5 Quod posthumus non rumpat testamentum, si † nascatur tempore illegitimo, ita vt certum sit, cum naturaliter
viuere non posse. *præter Clarum nostrum* recensent Alciatus *in l.qui mortuo.129.ff.de verb. signif.* Parisius *consil.56.colum.2.volum.2.* Tiraquell. *in l.si vnquam.in.8.in verb.susceperit liberos.num.167.C.de reuocand.donat.* Thadeus Piso *l lib.2.*
6 *cap.6.num.14. &* Grassus *d quæst.36.num.19.* At quid, si †
posthumus exsecto matris vtero editus sit, num rumpet
testamentum? Et rumpere constat *ex l.quod dicitur 12.ff. de liber.& posthum.heredib. instit n. & l.1 §.si qua prægnans.9.ff vnde cognati* & tradit Decius *in l. posthumo.2. C de bonor. pos-*
7 *sess.contra tabul.* Nec † huic contrariatur *l.anniculus.132.§. vltim.ff.de verb.significat.* vbi dicitur, falsum esse, eam peperisse, cui mortuus filius exsectus est. *Illa* namque procedit in eo, cui aliquid esset relictum sub conditione, si
talis mulier peperisset. Tunc enim exsecto ipsi ventre
atque inde extracto filio, legatum non consequeretur:
quippe quod † minime purificata sit conditio, quæ in 8
forma specifica verificari debet *l.qui heredi 44.& l.Meuius. 55.ff de condit.& demonstrat.* Piso *d.cap.6.nu 13.*

QVÆSTIO XLVI.

SVMMARIA.

1 *An clausula codicillaris sustineat testamentum nullum ex causa præteritionis.*
2 *Et quid, si posthumus à testatore fuerit ignoranter præteritus.*
3 *In testamento militis qua clausula tacite insit.*
4 *Quatenus legata à posthumo ignoranter præterito non debeantur.*
5 *Donatio inter viuos potentior fideicommisso.*
6 *Eadem donatio natiuitate filiorum reuocatur.*
7 *Sententia l.1.C. de codicillis.*
8 *Paria sunt: codicillos simpliciter facere, & clausulam codicillarem apponere.*
9 *Testator alienam sobolem suæ anteponere voluisse non præsumitur.*
10 *Sermone generali quid contineri intelligatur.*
11 *Commune parentum votum quod.*
12 *Consideratio l.qui iure militari.7. ff. de testam.militar.*

P*One, quod in testamento, in quo filius est præteritus, sit inserta clausula codicillaris.*] Quod † clausula codicillaris 1
sustineat testamentum nullum ex causa præteritionis,
vltra Doctores hic à Claro relatos, tenent Thadeus Piso *lib.1.var.resolut.capit.7.num.43.* Michael Grassus *libr.1.recept. sentent.§.testamentum. quæst.36.num.21.* Dn. Collega Boccer. *class.3.disput.8.th.46.lit.B.edit 2.* Menochius *libr.4.de præsumpt.præs.32. num.2 aliique ab illo citati.* Tametsi Fachineus *lib.4.controuers.iur.cap.11.* & alii nonnulli *commemorati ab Autoribus* Gabrielo Romano *lib.6.commun.conclus.tit.de clausulis conclus.7.num.2.* contrarium verisimiliter defendant, *vt ostendimus ad §.1.Institut. de codicill.numer.23.& seqq.*

Contrariam † autem sententiam, quod scilicet, vbi posthumus fuit à testatore ignoranter præteritus, clausula codicillaris 2
nihil operetur.] Quod clausula codicillaris, posthumo
ignoranter a testatore prætereito, nihil operetur, *præter Dd. hoc loco citatos,* tradunt Simon de Præt. *de interpret.vlt.volun. lib.2.solu.11.nu.8.* Gail *lib.2.obs.114.nu.8.* Mantic. *de coniectur. vlt.volunt.lib.1.tit.10.* Grassus *lib.1.recept.sent.§.codicillus.n.22.* Menoch. *cons.499.lib.5.& de præsumptionib.lib.4.præsumpt.32* Fachineus *lib.4.controuers.iur.c.12.* Arumæus *Exercit.Inst.10. th.8.* Thadeus Piso *lib.3.var.resol.c.3.n.10.cum seqq.&* Cæteri *per hos adducti.* Huiusq; opinionis hæc potissimum afferri
solent argumenta. I. In † testamento militis, quod iure 3
communi confectum est, tacite inest illa clausula: *vt, si non possit valere iure communi, valeat iure milit ari.l.si miles.3.ff.de testamento mil.* Sed si filius sit ignoranter præteritus, nihil operatur ista clausula: quia nullo iure valet. *l.fiunt certi.9.& l. seq.C.eod.* Ergo idem dicendum est in testamento pagani,
in quo expressa est illa clausula codicillaris, *si non valet, vel non valebit,&c.* II. Legata † nō debentur à posthumo igno- 4
ranter prætereito, vbi alius heres institutus est, & ipse coheres efficitur: quia videlicet de eo testator non cogitauit. *l.qui gerant vtero.11 & l.penult.ff.de iur.codicill.* Igitur multo minus fideicommissum ipsius hereditatis debebitur.
Neq; enim verisimile est, defunctum testatorem voluisse

posthumo, de quo non cogitauit, tale fideicommissum
iniungere, vt heredi scripto restituat hereditatem: cum
contra officium pietatis sit, filium ab hereditate exclu-
dere. *l.2.& l.Titia 13.ff.de inoffic. testament. can.fin. caus.17.qu.*
5 4 III. Donatio † inter viuos potentior est fideicommis-
so: quia nititur voluntate duorum, nimirum donantis
& donatarii: fideicommissum vero nititur voluntate v-
nius duntaxat defuncti, *argum.l.1.§.2.ff.de pact.* At donatio
6 † inter viuos reuocatur natiuitate filiorum. *l.si vnquam.8.*
C.de reuocand.donationib. Ergo multo magis fideicommis-
sum, superuenientibus liberis, quos testator sic habere
7 ignorabat, reuocari debet. IV. Huc † confert textus *in l.*
1.C.de codicillis. vbi rupto testamento per natiuitatem post-
humi, codicilli quoq; ad testamentum pertinentes rum-
puntur. Ergo similiter clausula codicillaris, quæ testa-
mentum conuertit in codicillos, vt rumpatur necesse est.
8 Siquidem † paria sunt: codicillos simpliciter facere, &
clausulam codicillarem apponere, *argum. l.si iure.11. C.de*
testament.manumiss. Vt ergo, rupto testamento, rumpun-
tur codicilli simpliciter facti: ita etiam, rupto testamen-
to per natiuitatem posthumi, debent rumpi codicilli pro
9 uenientes ex clausula codicillari. V. Non † præsumitur
testator voluisse alienam sobolem suæ anteponere: atq;
adeo bona sua peruenire ad heredes scriptos, exclusis fi-
liis propriis, *argum.l.cum auus.102.ff.de condit.& demonstrat.*
l.si is, qui ducenta.13.in fin.ff.de reb.dub.l.cum acutissimi.30.C.de
fideicommiss. l.generaliter.6.C.de institutionib.& substitut. Vi-
deretur autem illud voluisse testator: si clausula codicil-
laris in nostra specie id efficeret, vt filius posthumus exi-
stimaretur esse grauatus fideicommisso bona restituere
scriptis heredibus.
10 Huic conclusioni non aduersatur, quod † per clausu-
lam codicillarem (præsertim quando concipitur per ver-
ba futuri temporis) testator videatur in genere & impli-
citè saltem cogitasse de omnibus venientibus ab intesta-
to, tam natis, quam nascituris, & etiam ignotis, *argum.l.*
qui iure militari.7.ff.de testament. milit. adeoque censeatur
omnes eos rogasse in casu, quo successuri essent. *l.si quis 3.*
& l.ab intestato.16.ff.de iur. codicillor. Etenim sermone ge-
nerali nunquam intelligitur contineri id, quod verisimi-
liter quis in specie non dixisset, *argum.l.obligatione generali.*
11 *6.ff.de pignorib.& hypothec.* Sic † quoque sermone gene-
rali nunquam intelligitur facta exclusio filiorum, nisi spe-
cialiter excludantur: cum commune sit parentum votum
liberos potius, quam alios, ad hereditatem & bona sua
vocare. *l.cum ratio.7.ff.de bon.damnator.* Neque mouent
quicquam verba clausulæ codicillaris, futurum tempus
respicientia. *Quia* cum testamentum possit non valere
ex aliis causis, quam ex causa prætentionis posthumi, i-
gnoranter præteriti, puta per mortem heredis contin-
gentem ante obitum testatoris, per non aditionem, aut
repudiationem hereditatis, propter incapacitatem pro-
uenientem ex delicto, & multis aliis modis: non recte
dicitur, neque valet consequentia: potest iste casus sub
tali generalitate comprehendi: ergo comprehenditur.
12 Nec † ad rem pertinet *d.l.qui iure militare.7.ff.de testam.mi-*
lit. Quia quando miles iure militari testatur: de eius vo-
luntate clare constat. Quod secus est in nostro casu, vbi
contrarium apparet: tum propter commune votum pa-
rentum: tum quod clausula codicillaris non debet trahi
vltra cogitationem, quam testator in testamento habuit,
Vnde non sumus in dubio: & licet in dubio versare-
mur: non tamen ita fauendum esset testamentis, vt fa-
uorem filiorum excluderemus, *quemadmodum anno-*
tauit Piso *d.lib.3.variar.resolut cap.3. num.9. idque fu-*
sius persequuti sumus ad d. §.1.Instit.de codicill.
num.11.& seqq.

QVÆSTIO XLVII.

SVMMARIA.

1 *Mater, vel auus maternus, &c. liberos suos, præterire pos-*
sunt.
2 *Mater & auus maternus filios in potestate non habent.*
3 *Ius prætorium subsequitur ius ciuile.*
4 *Quo remedio matris auiue materni testamentum impugne-*
tur.
5 *Ecquid filio à matre, vel ascendentibus per lineam maternam*
præterito, hodie testamentum valeat.
6 *Iura vetera, specialiter non correcta, merito adhuc vigore iu-*
bentur.

Q*Vero nunc, quid de filio per matrem, aut ascendentes per*
lineam maternam, præterito.] Constat manifeste ex §.
fin.Instit.de exheredat. liberor. matrem, vel † auum mater- 1
num, & cæteros per matrem ascendentes, non cogi libe-
ros suos heredes instituere, aut exheredare: sed posse eos
silentio præterire, vel omittere: hancque prætentionem
pro exheredatione accipiendam esse: idque tam iure ci-
uili, quam prætorio. *l.illud 4.§.2.ff.de bonor.possess.cont.ta-*
bul. Eiusque ratio non obscura est: quoniam † filii non 2
sunt sui heredes matri, aut auo materno: quippe cum hi
non habeant illos in potestate. *§.fœminæ.10.Instit.de ado-*
ptionib. §.cæteri.3.Instit.de hered.qual.& different. Iure vero
prætorio hæc est ratio: quia illud subsequitur ius ciuile *l.*
scio.14.ff.de testibus. Quamuis † autem liberis à matre, vel 3
auo materno præteritis, neque ciuili, neq; prætorio iu-
re, quo prætentis liberis contra tabulas bonorum posses-
sio conceditur, succursum sit: tamen aliud illis adminicu-
lum, scilicet † querela inofficiosi testamenti (quam Iu- 4
stin.Imp.vocat vltimum adiutorium, *in l. vltim. circa me-*
dium.C.de liber.præterit.) ad impugnandum matris, auiue
materni testamentum, seruatur. *l.3.& l.filiam.15.C.de inof-*
fic.testam.d.§.fin.Instit. de exheredat. liber. iuncto principio Instit.
de inoffic.testament. Cæterum hæc iura, vtpote vetustiora,
per Nouell.115.cap 3. hodie correcta esse, adeoq; † filios à 5
matre, vel cæteros liberos, à parentibus maternis sim-
pliciter prætentos, testamentum dicere nullum posse,
post Clarum hic nostrum, cæteri Scribentes communiter
tradunt, Gomez. *tom.1.variar.resolut iur. ciu. cap.11.num 35.*
Grassus *lib.1.recept.sent.§.testamentum, quæst.36.num.1.* Tha-
deus Piso *lib.2.var.resolut.cap.6.num.7.* D. Hunn *lib.2.var.re-*
sol.iur.ciuil.tract.5.quæst.11. Mynsingerus & Vulteius *num.3.*
in d.§.fin.institut.de exheredat. liberor. At † cum iura isthæc 6
vetera, per dictam nouellam constitutionem, non inue-
niantur specialiter & nominatim correcta: merito adhuc
vigere iubentur. *l.præcipimus.32.§.vltim.C.de appellat.l.sanci-*
mus.27.C.de testament. Duaren. *ad tit.ff.de inoffic.testam.cap.3.*
& ad tit.ff.de liber.& posthum.heredib.instit.cap.3. Cuiac. *in l.4.*
circa finem.ff.eod. Donell. *in auth.ex causa.num.5. C.de liber.*
præterit. D. Collega Bocer. *class.3. disputa.3.th.19.edit.2.*
Treutler. *disput.11.th.1.lit.C. volum.2.* Vasquius *de success.*
creat. libr.2.§.20.part.3. requisit.29.declaratio.3. numer.268.
Heigius *in dict.§.fin. num.4. Institut.de exheredat.liber.*
Soarez. *in thesaur.recept.sentent.in verb.filii.*
num.264. vbi plures
citat.

QVÆ-

QVÆSTIO XLVIII.

S V M M A R I A.

1 *An & quatenus filio liceat exheredare aut præterire parentes suos, remissiue.*
2 *Nunquid filii militis testamentum subiaceat querelæ inofficiosi, remissiue.*

1 AN liceat filio exheredare aut præterire parentes suos.] An † & quatenus filius liceat patrem, vel ascendentes per lineam paternam præterire, aut exheredare, *post Clarum nostrum*, luculenter exponunt Anton. Gomezius *tom. 1. variar. resolut. iur. civ. cap. 11. num. 36.* Vasquius *de success. creat. §. 20. num. 24.* Michael Grassus *lib. 1. recept. sentent. §. testamentum, quæst. 45. num. 1. &* Thadeus Piso *lib. 2. var. resol. cap. 10. num. 13.*

2 *Sed etiam, si testetur de peculio castrensi.*] Nunquid † filii, de bonis castrensibus testantis, testamentum subiaceat querelæ inofficiosi abunde explicatum est supra *ad quæst. 15 num. 3. & seqq.*

QVÆSTIO XLIX.

S V M M A R I A.

1 *Verum filius possit matrem sine causa præterire, remissiue.*
2 *Propter quas causas liberi parentes exheredare queant.*
3 *Patria potestas in pietate, non atrocitate, consistere debet.*
4 *Cur filii ex pluribus causis possunt exheredari, quam parentes.*
5 *Nullus affectus paternum vincit.*
6 *Vbi maior affectio, ibi maior ingratitudo.*
7 *Non æquum est, vt filius sit censor morum patris.*

1 FIlius non potest matrem sine causa præterire.] Adde † idem sentientes Anton Gomezium *tom. 1. variar. resolu. iur. civ. capit. 11. num. 36.* Fernandum Vasquium *de successio. creat. § 20. num. 14. versic. quod si mater, &c.* Grassum *lib. 1. re. pt. ... testamentum, quæst. 45. num. 3* & Pisonem *... variar. re... lut. cap. 10. num. 13. versic. idem dicendum est ...*

Quæ autem sint causæ, propter quas filii possunt parentes ex ...] Liberi † parentes tantum propter octo ... cre ... possunt. Prima est: si parentes ad in... ... tæ liberos suos tradiderint, siue eos crimina... ... auerint. *Nouell. 115. capit. 4. §. 1.* vbi excipitur causa ... læsæ maiestatis.

Secunda est: si parentes venenis, aut maleficiis, aut alio modo vitæ liberorum insidias struxerint. *dict. Nouell.*
3 *115. cap. 4. § 2.* Hodie † enim sublato vitæ necisque iure. *leg. 3. & l vltim. Cod. de patr. potest.* patria potestas in pietate debet, non in atrocitate consistere. *l. diuus. 5. in fin. ff. ad leg. Pomp. de parricid.*

Tertia est: si pater nurui suæ, aut concubinæ filii sui sese immiscuerit. *d. Nouell 115. c. 4. § 3.*

Quarta est: si parentes liberos suos in rebus illis, in quibus habent testandi licentiam, puta castrensibus, vel quasi, testamentum condere prohibuerint. *dict. capit. 4. §. 4.*

Quinta est: si mater patri, vel matri pater, veneno aliloue modo insidiatus fuerit, vel ad interitum, vel ad mentis alienationem. Tunc etenim filius permittitur, nihil in suo testamento illi personæ relinquere, quæ tale scelus noscitur commisisse. *dict. capit. 4. §. 5.*

Sexta est: si parentes liberos furore correptos curare & alere neglexerint *d. c. 4. §. 6.*

Septima: si liberos captiuos non redemerint. *dict. cap. 4. §. 7.*

Octaua & vltima causa est: si parentes sint hæretici. *d. capit. 4. § 8.* vbi Iustinianus subicit, omnia in liberorum persona seruari debere, quæ supra in parentibus dicta sunt. Ratio autem diuersitatis, cur † filii ex pluribus cau- 4
sis exheredari possint, quam parentes, hæc reddi solet: quia maiorem affectionem habent parentes erga liberos, quam liberi erga parentes: cum † amor descendat, 5
non ascendat, nullusque affectus paternum vincat: & parentes magis liberos suos, quam se ipsos, diligant. *l. fin. in princip. ibique Gothofred. C. de curatore furios. §. vltim. Instit. de noxalib. actionib. l. isti quidem. 8 in fin. & ibi Accurs. ff. quod met. caus.* Schneidevvin. *ad princip. titul. Instit. de exheredat. liber. num. 22.* Ast † vbi maior affectio, ibi maior in- 6
gratitudo. Vnde fit, vt liberi pluribus ex causis ingrati fiant erga parentes, quam parentes erga liberos: & consequenter pluribus ex causis exheredentur, Iason *in auth. non licet. C. de liber. præterit.* Speckhan. *cent. 1. quæst. 95. in fine.* Quinimo quædam iure patriæ potestatis vel naturæ parentibus in liberos permissa sunt; quæ e contrario liberis prohibentur. Quid † enim, si pater filium verbera- 7
uerit, vel et conuicium fecerit: an non æquissimum est, vt hoc patri condonetur? At non vice versa æquum est, vt filius sit censor morum patris. Nam lex erubescit castigatores filios genitoribus statuere, *autore Iustiniano, Nouell. 12. cap. 24.*

QVÆSTIO L.

S V M M A R I A.

1 *Quænam persona dicatur turpis ad hoc, vt si instituatur in testamento fratris, frater præteritus querela inofficiosi agere possit.*
2 *An spurius sit infamis & turpis, adeo vt, eo herede instituto, querela istiac locum habeat.*
3 *Nemo debet alterius odio prægrauari.*
4 *Alteri per alterum in iqua conditio non inferenda.*
5 *Crimen paternum filio nullam maculam infligere potest.*
6 *Sententia can. nunquam. 3. distinct. 56.*
7 *Sententia can. de omnibus. 7. distinct. 56.*
8 *Sententia can. si. 4. distinct. 56.*
9 *Consideratio l. spurii. 6 ff de decurionib.*
10 *Infamibus portæ dignitatum non patent.*
11 *Qui nihil admisit, in infamia non potest dici notatus.*
12 *Quis infamia facti laborare dicatur.*
13 *Infantes, vtpote doli & culpæ incapaces, peccare non intelliguntur.*
14 *Refutatio contrariorum.*
15 *Sententia l. fratres. 27. C. de inoffic. testam.*
16 *Sensus l. generaliter. 3. §. 2. ff de decurionib.*
17 *Qui nam recipiantur in numerum Assessorum, Aduocatorum vel procuratorum in Camera Imperiali.*
18 *Et quid virgo, quæ vi amoris coacta, amanti copiam sui fecit, censeatur meretrix, turpisque persona, vt heres institui non possit.*
19 *Meretrix quæ proprie dicatur.*
20 *Amor & furor æquiparantur.*
21 *Amor ipso igne potentior*
22 *An querela, quæ competit fratri turpi persona instituta, rescindat testamentum in totum, an vero duntaxat pro parte, remissiue*

V*No tantum casu excepto, quando scilicet frater aliquam tur-*
pem personam heredem instituit.] Hucloco addendum,
1 quæ nam † persona dicatur turpis ad hoc, vt si institua-
tur in testamento fratris, frater præteritus querela inof-
ficiosi agere possit. Breuiter autem sciendum, quod qui-
libet infamis infamia iuris censeatur esse turpis, veluti
condemnatus per sententiam ex aliquo delicto publico,
vel ex delicto priuato in tribus casibus, videlicet furti, vi
bonorum raptorum & iniuriarum, vel ex contractu in
quatuor casibus, scilicet ex dolo commisso in contractu
depositi, pro socio, mandati & tutelæ, & similes. *de qui-*
bus in l. 1. & seqq. ff. de his, qui notant. infam. leg. 2. l. improbum
fœnus. 20. & tot. tit. C. ex quib. caus. infam. irrogat. Sed & tur-
pis persona dicitur in materia præsente infamis infamia
facti, cuius opinio ratione officii, vitæ, vel morum, apud
bonos & graues viros est grauata. *l. ea, quæ 3. C. d. tit. & l. 2.*
C. de dignitat. & notat Gomezius *tom. 1. var. resol. iur. civ. cap.*
11. num. 38. eumque referens Thadeus Piso *lib. 2. var. resolu. cap.*
13. num. 21.

2 Hic quæri † non inconuenienter poterit: anne talis
persona sit etiam spurius, ita vt si fuerit, præteritis fratri-
bus vel sororibus, institutus, testamentum querela in-
officiosi impugnari queat? Et sane multi affirmant; spu-
rium, quantumuis re & vita honestum, non quidem la-
borare infamia iuris, sed tamen infamia facti; & conse-
quenter locum querelæ esse, ex remedio *l. fratres. 27. C. de*
inoffic. testam. ibique Iason *num. 10* Azo *in summa cod. ex quib.*
caus. infam. irrog. num 4. & post eum Bartol. Bald. Alexand. *&*
alii in l. & si pepererit. 3. ff. de liber. & posthum heredib. instit. Af-
flict. decision. 125. & 204. Gozadin. *consil. 85.* Curtius Iun.
cons. 37. Thesaurus *decis. 126. num. 5.* Ancharan. Iun. *quæsti.*
familiar. lib. 3. quæstion. 36. num. 8. hosque referens Piso *d. libr. 2.*
3 *cap. 13. num. 22. vers. contrariam tamen sententiam, &c.* Sed †
quo minus huic opinationi subscribam, sequentia potis-
4 simum efficiunt argumenta. I. Quia † nemo debet al-
terius odio prægrauari. *c. non debet. 22. de regul. iur. in 6.* & al-
teri per alterum iniqua conditio inferri non debet. *l. non*
debet alteri. 74. ff. de reg. iur. Atqui si testamentum, in quo
spurius est institutus, posset à fratre querelam (*vt proponun-*
tur) sive impugnari: spurius grauaretur odio patris, & in-
ferretur ei iniqua conditio per patrem. Ergo dicendum
5 est: quod querela impugnari non possit. II. Quia † in
iure ac ratione naturali fundatum est axioma: crimen pa-
ternum nullam maculam filio infligere posse: sed vnum-
quemque ex suo admisso sorti subiici: nec alieni criminis
successorem quenquam constitui, docente Callistrato *in*
l. crimen. 26. ff. de pœnis. Iam vero propter crimen paternum
macula spurio inureretur, si propterea, quod extra con-
iugium natus est, infamia laborare deberet. III. Huc
6 † non parum facit textus *in can nunquam. 3. distinct. 56.* vbi
D. Chrysostomus non minus vere, quam eleganter, *De*
vitiis, inquit, nunquam erubescamus parentum. sed illud vnum
quæramus, & semper amplectamur, virtutem videlicet. Item,
ex meretrice natus & adultera, si propria virtute decoretur, pa-
rentum suorum non dedecoratur opprobrio. IV. Et ideo (*tra-*
7 *dente D. Hieronymo*) Dominus † noster Iesus Christus vo-
luit non solum de alienigenis commissionibus, sed etiam
de adulterinis nasci, quo nobis magnam fiduciam præ-
staret, vt qualicunque modo nascamur, dum tamen ve-
stigia eius imitemur, ab ipsius corpore non separemur,
cuius per fidem membra effecti sumus. *can. dominus. 7.*
8 *dist. 56.* V. Quia † sicut in seminibus non peccat terra,
quæ confouet: non semen, quod in sulcis iacet: non hu-
mor, vel calor, quibus temperata frumenta in germen
abeunt: ita quoque nasci a sceleratis, non est culpa eius,
qui nascitur, sed illius, qui generat, *can. nasci. 4. distinct. 56.*
9 VI. Accedit † textus *in l. spurii. 6. ff. de decurionib.* ex cuius
principio triplex deduci potest argumentum. Primo,
quod, cum spurii ad decurionatum admittantur, sequa-
tur, illos infames non esse. Deinde † infamibus & turpi- 10
bus personis portæ dignitatum sunt clausæ. *l. 2. C. de digni-*
tatib. c. penult. de regul. iur. in 6. Atqui spurii admittuntur ad
dignitatem. Ergo non sunt infames. Tertio, quod † qui 11
nihil admisit, & cui nullus imputari potest dolus, nulla-
que culpa, is infamia non possit dici notatus: quoniam
infamia est delicti & flagitii pœna. *arg. l. aliud. 131. ff. de verb.*
signific. l. sancimus. 22. C. de pœn. At nihil admisit spurius, in-
que eo nulla est illegitimæ procreationis culpa. *d. l. spurii.*
6. in princ. ff. de decurionib. Nouell. 12. in princ. d. can. nasci. 4. distin-
ctio. 56. Igitur infamia non est notatus. VII. Quia † cum 12
infamia facti is laborare dicatur, cuius opinio & existi-
matio apud viros bonos & honestos grauata est. *dict. l. ea,*
quæ. 13. & l. verbum. 17. C. ex quib. caus. infam. irrogat. inde con-
sequitur, spurium vita & re honestum non posse dici in-
famia facti laborare: cum nulla sit causa, cur is, qui nihil
admisit, opinione & existimatione apud bonos & hone-
stos viros grauari debeat. VIII. Denique si spurii ob id,
quod ex legibus improbato coitu nati sunt, infamium lo-
co habendi essent: consequens foret, eos statim ab ineun-
te ætate & infantia turpes atque infames existimandos
esse. Atqui vero ius nostrum satis crudele esse pronun-
ciat, vt † infantes, qui sensu carent, adeoque doli & cul- 13
pæ incapaces sunt, peccasse intelligantur. *l. si quis suo. 33. in*
fin. Cod. de inoffic. testament. & l. 1. versic. impuberes vero. C. de fal-
sa monet.

His † nihil refragatur *can. si gens. 9. distinct. 56. can. continen-* 14
tiones. 2. caus. 35. q. 2. & 3. cap. accedens. 14. de purgat. canon. c. per
venerabilem. 13. ad fin. qui filii sint legitimi. Sapient. cap. 3. v. 16. &
cap. 4. v. 3. & seqq. in quibus & similibus locis spurius in-
famia notari videtur, & ad sacros ordines promoueri pro-
hibetur. *Nam* omnia ista loca non de omni indistincte
spurio sunt exaudienda: sed de eo duntaxat, qui re & vita
inhonestus est, quique paternis vestigiis & vitiis insistit:
neutiquam vero de illo, quem propria virtus, vitæq; ho-
nestas commendat, prout ipsimet sacri canones textus
adductos interpretantur. *can. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 12. & 13. di-*
stinctio 56.

Sic † minime aduersatur, quod ad fratris testamen- 15
tum, tanquam inofficiosum impugnandum sufficiat, si
in eo scripti fuerint heredes infamiæ, vel turpitudinis,
vel leuis notæ macula aspersi. *d. l. fratres. 27. C. de inoffic. te-*
stament. Sed spurii leuis notæ macula aspersi videntur,
argum. † *l. generaliter. 3. § 1. ff. de decurionib.* vbi si in digni- 16
te vel magistratu adipiscendo spurii competitorem ha-
bent legitimo natum, hic illis præfertur. [illegible]
minime aduersatur. Spurios namque nu[illegible]
eoque ne infamia quidem facti laborare, ex [illegible]
euadit, quod infamibus portæ dignitatum non pa[illegible]nt.
d. l. 2. C. de dignitatib. & d. c. penult. de reg. iur. in 6. At spurii, [illegible]
& vita honesti sunt, & propria virtute decorentur, ad di-
gnitates & honores admittuntur. *d. l. 3. § 1. ff. de decurion.*
cum non impedienda sit dignitas eius, q[illegible] admisit.
d. l. spurii. 6. in princip. ff. eod. præterea non [illegible] hæc conse-
quentia: qui è legitimo thoro est natus, præfertur spurio
in decurionatu. Ergo spurius est inhonestus seu turpis,
siue leuis notæ macula laborat. Sed illud potius sequitur,
quod qui ex legitimo thoro genitus est, honestior sit spu-
rio: id quod † non negatur. Sane in Camera Imperii ne- 17
mo in numerum vel Assessorum, vel Aduocatorum, vel
procuratorum recipitur, nisi vel Nobilis sit, vel Doctor,
vel Licentiatus iuris, *iuxta ordinat. Cam. imper. part. 1. titu. 3.*
& 18. Gail. lib. 1. obseruat. 43. num. 7. inde tamen non recte
colligitur: quod reliqui, qui ab eiusmodi dignitatibus &
muneribus arcentur, infamiæ alicuius macula laborare
videantur. *Huicq; sententiæ non immerito adstipulantur* Gabriel
Palæotus *in tract. de nothis spuriisque cap. 55.* Roland. *cons. 87.*
lib.

lib.3.Hartman.Pistoris lib.1. quæst.iur.4.30. Fachineus lib.
4.controuerſ.iur.c.93.D.Collega Bocer. in tract. de muneſtiuer.
ſeud.c.3 num.141. & in Commentar. ad l.vnic.C.de famoſ.libell.
cap.1.num.11.& ſeqq.Hunnius lib 2.var.reſolut.tractat.7.quæſt.
6 aliique, quos laudauimus ad §.1.Inſtit.de iniur.nu.137.& ad §.
1.Inſt.de inoffic.teſtam.num.13.& ſeqq.

Addenda hoc loco & illa eſt perquam elegans quæ-
18 ſtio: vtrum † virgo, quæ amoris oeſtro percita, amanti
copiam ſui fecit, cenſeatur meretrix, adeoque turpis per-
ſona, vt propterea à teſtatore (fratre eius, vel ſorore præ-
teritis) heres inſtitui non poſſit? Et eam meretricem aut
turpem ſiue infamem perſonam non eſſe, ac proinde à
teſtatore inſtitui poſſe (etiam eius fratre, ſororeue præte-
19 ritis) rationes non contemnendæ euincunt. Primo † e-
nim meretrix illa propriè dicitur, quæ quæſtum corpore
ſuo facit. l.athletas.4.§.ait prætor.ff.de his,qui notant. infam. l.
palam 43 §.non eſt ignoſcendum.5. & §§.ſeqq.ff.de rit.nupt. At
quæ amoris cauſà copiam ſui facit, quæſtum non exercet.
Ergo non eſt meretrix: & conſequenter non turpis per-
ſona: quod meretricis eſt adiunctum. l.Paconius.3.in prin.
20 ff.ſi quis à parent manumiſſ.ſit. Deinde † amore capta fu-
rioſa perhibetur. Nou.74.c.4.in princ.verſ.nouimus,&c. Fu-
rorem autem non puniri, liquido patet ex l.infans. 12.ff.ad
leg.Cornel.de ſicar.l.diuus.14.ff.de offic præſid l.omne.6.§.qui ſe.7.
ff.de re militari. Præterea quæ coacta ſe proſtituit, mere-
trix non appellatur, nec infamis. leg.fœdiſſimam 20. & ibi
Bald. C.ad leg Iul. de adulter. Sed quæ amore capta, virgi-
21 nale clauſtrum alicui concedit aperiendum, vi † & poten-
tia amoris cogitur: cum amor ſit ipſo igne potentior, te-
ſte Alciato in libello emblematum, vbi ita canit:

Aligerum fulmen fregit Deus aliger, igne.
Dum demonſtrat vti eſt fortior ignis amor.

Sequitur ergo: mulierem illam, quæ vi amoris coacta
copiam ſui amanti fecit, nullam infamiam aut pœnam
incurrere. Hancque ſententiam copioſius explanaui-
mus ad d.§.1.Inſtit.de inoffic.teſtam.num.19.& ſeqq. Cui ſuf-
fragantur quoque Menochius libr.2 de arbitrar.iud.quæſtio.
cent.4.caſ. 328. num 3.cum ſeqq. Ioann. Faber ad d.§.1.num.
4.Inſtit.de inoffic.teſtam. Stuckius part.1. Exercitat. Inſtit. de-
cad.7.aſſert.8.ad lit.C.pag.307. Baiardus infra ad lib.5.Clari
noſtri, quæſt.24 num.100.Vngepaur. Exercitat.Iuſtin.16.qu.
10. Arthmæus diſput 9.Collegii criminal.theſ.5.ad lit.D. alii-
que ab eo relati.

Nunquid per huiuſmodi querelam teſtamentum rumpatur in
22 *totum, &c.*] Num † querela, quæ competit fratri, turpi
perſona inſtituta, reſcindat teſtamentum in totum, an ve-
rò pro parte tantum, hoc eſt, vſque ad legitimam, poſt
Clarum noſtrum, & ab eo hic recitatos, latè, & quidem di-
uerſimodè explicant Anton.Gomezius tom. 1. var. reſolut.
iur ciui.c.11.num.37. Rodericus Soarez in l. quoniam in prio-
ribus.32.C.de inoffic.teſtament. in euidenti.lib.num.12. Teſſau-
rus deciſ.128.num.9.& ſeqq. Sichardus in l.fratres.27.num 9.
C.de inoffic.teſtam. Graſſus lib.1.recept.ſentent.§. teſtamentum,
quæſt.46.num.4 Thadeus Piſo lib.2.var.reſol.cap.13.num.19.
aliique per hos adducti.

QVÆSTIO LI.

S V M M A R I A.

1 *Quid lege Papia de ſucceſſione libertorum cautum fuerit.*
2 *Quid Iuſtinianus imperator circa ſucceſſionem libertorum ſtatuerit.*
3 *Patroni liberi pro patronis habentur.*

§. SEd noſtra Inſtit.de ſucceſſ.libertor.] De ſucceſſione liber-
torum in allegato §.ſed noſtra.3. hoc proponitur: quod
Iuſtinianus Imp. conſtitutione quadam † ſua Papiam le- 1
gem (qua patronus ex bonis liberti, teſtato inteſtatoue
mortui, virilem portionem conſequebatur, ſi libertus ſe-
ſtertium centum millium patrimonium, id eſt, mille au-
reos illius ætatis reliquerat, nec plures, quam vnum, vel
duos liberos habuerat. Sin plures, quam duos reliqué-
rat liberos: patronus omnino repellebatur. §.poſtea vero.
2.Inſtit.d.tit.) ita moderatus ſit: vt, ſi † libertus minus in 2
bonis habeat centum aureis ſui temporis, ei patronus
non aliter ſuccedere poſſit, quam ſi abſque liberis inte-
ſtatus deceſſerit. Si vero patrimonium liberti centum ſit
aureorum, aut eam ſummam excedat, iſque liberos ha-
beat: patronus, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato,
excludatur: liberis non extantibus, patronus ab inteſta-
to ad totam hereditatem admittatur. Sin autem libertus
non habens liberos, teſtamentum fecerit: tertiam par-
tem relinquere patrono cogatur: qua non relicta, bono-
rum poſſeſſio contra tabulas liberti, ad tertiam iſtam con-
ſequendam, patrono concedatur. Et ſane non ſolum i-
pſe patronus, qui manumiſit libertum; ſed poſt eius mor-
tem liberi quoque ipſius, nec non cognati & agnati, ſalua
tamen ſemper gradus prærogatiua, ad ſucceſſionem li-
berti vocantur. d.§.ſed noſtra 3.Inſtit. de ſucceſſ.libert. Siqui-
dem † & hi pro patronis habentur, argum. leg. in ſerui- 3
tutem. 16. §. vltim. & ll. ſeqq. leg. quæritur. 38. ff. de bo-
nis libertor. Sed illam rem fuſius perſequuntur Mynſinge-
rus & Schneidevvinus ad dict. titul. Inſtitut. de ſucceſſ. li-
bertor.

QVÆSTIO LII.

S V M M A R I A.

1 *An teſtamentum, in quo filiusfamilias præteritus eſt, quoad inſtitutionem duntaxat, vel etiam quoad legata & reliqua teſtamenti capitula, corruat.*
2 *Ius vetus aperto non mutatum vel correctum, obſeruari debet.*
3 *Nemo pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere poteſt.*
4 *Præteritio matris, vel aui materni, eſt loco exheredationis.*
5 *Nouella 115. de qua præteritione ſit accipienda.*
6 *Ius liberorum in nullo minuendum.*
7 *Quodnam teſtamentum fiat irritum.*
8 *Authentica Irnerij non ſunt omnino authentica.*
9 *Si poſthumus fuerit ignoranter à patre præteritus, an hoc caſu rupto teſtamento ex cauſa præteritionis, legata & alia in teſtamento diſpoſita conſeruentur, remiſſiue.*

HOdie tamen quoad inſtitutionem bene annullatur, &c.]
Quod † teſtamentum patris ex præteritione nul- 1
lum, ſolum quoad heredis inſtitutionem, non etiam quo-
ad legata, fideicommiſſa, & cætera teſtamenti capitula,
pro nullo & infecto habeatur, vltra Clarum noſtrum, &
Doctores ab eo allegatos, alii plerique defendunt, Didacus Co-
uarruui.in c.Raynutius 16.de teſtam.§.6.num.3.cum ſeq. Graſſus
lib.1.recept.ſent.§.legatum.quæſt.67.num.2.Donell.in authen.ex
cauſa.nu.7.& 8.C.de liber.præterit.item lib.6.commentar.de iure
ciu.cap.13.pag.32.circa fin.item lib.8.c.17.pag.267.& lib.19 c.6.
Vigelius in methodo iur.controuerſ.lib.4.cap.9.reg.24.except.38.
replic.3.Gail.lib.2.obſ.113.num.1.Duarenus ad titul.ff.de iniuſt.
rupt.irr.fact.teſtam.c.2.Hotoman. lib.4 obſ.27. Ioan.Baptiſta
Coſta in tract.de facti ſcient & ignorant.cent.2.diſtinct.93.num.
5.Bellonus lib.4. ſupputat.cap.vltim.in fin. Loriot.de iuris art.
tract.12.de exhered.axiom 53 & ſeq. Fachineus lib.4.controuer.
iur.c.10.lib.6.c.77.& lib.10.c.70.Cephal.conſ.585.n.39 lib.4.
Villalob.in theſaur.commun.opin. in verb.teſtamentum.nu.45.

Arn.

Arumæus *Exercit. Iustin.10.th.2.* Bronchorst *cent 2.* ἐναντιοφανῶν. *assert.35.edit.1.* Forster. Iunior. *libr.2.disp.12.thes.17.* Hœnonius *disp.7.controuers.15.* Paulus Berens *disp.6.ad Instit.them.3.quæst 2.* Thadeus Piso *lib.2.variar. resolut.cap.12.num.2.* Vngepaur. *Exercit. Iustin.12.quæst 2. & nouissime* Hunnius *lib.2.var.resolut.iur.ciu.tracta.5.quæst.12.* Cæterum hæc sententia licet frequentioribus Interpretum votis sit comprobata: non tamen desunt, qui probabiliter negant, ex huiusmodi testamento, quod ob præteritionem paternam nullum est, quidquam deberi: ac proinde statuunt, illud non tantum quoad heredis institutionem, sed & quoad legata, cæteraque in testamento relicta, nullius momenti esse. Raphaël. Cuman.& Cuiac. *in l.filio.17.ff.de inius.rupt.irr.fact.testam.* Anto.Faber. *lib.9.coniectur. iur.cap.14.& part.1.de errorib.pragmat.decad.20.error.4.& decad.49.error.5.* Alciat. *lib.4.parerg.cap.9.* D. Collega Bocer. *class.3.disput.3.th.16.edit.2.* Petrus Gregor. *lib.42.syntagm. iur.vniuers.cap.22.num.31.* Chiflet. *lib.3.de iur.fideicommiss.c.8.* Hilliger. *in Donell, enucleat.lib.6.c.13.ad lit.F.* Andreas Gerhard. *exercitat.Iustinian.decad.8.quæst 4.* Treutler. *volum.1.disput.13.th.7.ad lit.C.* Schifordegher. *lib.1.tractat.17.quæstio.1.cum aliquot seqq.* Gilkenius *ad d.auth.ex causa.a num.1.vsque ad num.8.C.de liber.præterit.* vbi *num.* 2. plures pro hac opini-
2 one allegat. Eaque † sustinetur hisce potissimum fundamentis. I. Quia iure veteri totum testamentum, ob præteritionem paternam, corruebat. *d.l filio.17.ff.de inius.rupt.irr.fact.testam.l.inter cætera.30.ff.de liber & posthum, heredib.instit.l.1.in fin.C.de posthum.heredib.instit. & similibus.* Quod ius cum hodie non inueniatur aperte mutatum vel correctum, cur stare prohibeatur? *l.sancimus.27.C.de testa-*
3 *ment.l. præcipimus.32.§.fin.C.de appellat.* II. Quia † nemo pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere potest. *l.ius nostrum.7.ff.de reg.iur.* Id autem hic fieret, si contraria sententia obtineret. Etenim filius præteritus concurreret cum legatariis: & quia exheredatione ius, quod viuo patre habuit, ei non esset abscissum aut ademptum, eiusdem in solidum maneret dominus, & ab intestato in totam hereditatem ac omnia bona succederet. *l.in fin.11.ff.de liber.& posthum.heredib.instit.* III. Quia *in Nouell.115.c.*
4 3. per † præteritionem non alia intelligitur, quam matris, vel aui materni, vel filii, qui patrem præterit: quæ præteritio loco exheredationis est. *§.vltim.Instit. de exheredat.liberor.* Vbique enim eadem ratio illius constituitur, quæ exheredationis: & ex vtriusque causa dicitur testamentum euerti, euacuari, rescindi. *d. Nouell.115.c.3.in fin.*
5 *& cap.4.in fine.* Et quanquam † Iustinianus verbo generali *præteritionis* vtatur: quia tamen certo certius est, eum non sustulisse, *in d.Nouell.* ius præteritionis paternæ, neq; vllum caput huius iuris attigisse, præter solum nomen *præteritionis*: eo ipso, quod non expresse abrogatum est ius præteritionis paternæ; & nihilominus verbum *præteritionis* generaliter appositum est, luculenter significatur, Nouellam illam constitutionem non de præteritione paterna, propric sic dicta, sed de materna, quæ pro exheredatione habetur, accipiendam esse. Idque etiam est, cur in tota illa constitutione nusquam verbum *præteritionis* separatim ponatur, sed vbique verbum *exheredationis* addatur. Est quidem, vbi Imp. *in d. Nouell.* de solis exheredatis liberis loquatur: nusquam vero de solis præteritis. Quod si esset factum: fortasse causa esset, cur verbo generali *præteritionis* induceremur ad credendum, ius præteritionis innouatum esse. Iam quia id factum non est: vbique autem præteritioni exheredatio coniungitur: non est, quamobrem generali *præteritionis* verbo abutamur. Ex qua sane coniunctione edocemur, quod ea iura connectat, quæ eandem rationem habeant, *argum.l.1.ff.de reb.dub.* IV. Quia Iustinianus Imp. *in d. Nouell 115.cap.3.circa*
6 *finem*, In vniuersum statuit, in † nullo ius liberorum minuendum esse. At enim dicere: ideo se superiore constituisse, ne liberi falsis accusationibus condemnentur, vel aliquam circumscriptionem in parentum substantiis patiantur. Atqui proculdubio minueretur ius liberorum, in potestate patris constitutorum, si legata in eo testamento, in quo filius præteritus fuisset, & quod nullo iure valuisset, relicta deberentur, quæ olim filius præteritus nullo iure debuisset. *leg.si, quis in potestate.15.ff.de legat.* 6
præstand. V. Quia Irnerius dictam *authen.ex caus.3.C.de liber.præterit.* concepit de *irrito* facto testamento ex causa præteritionis. *Irritum* † esse dixit testamentum, vt signi- 7
ficaret, aliquando tenuisse. Irritum siquidem non fit testamentum, nisi quod aliquo casu & tempore ratum fuit, *l.1.l.si quis filio.6.§ irritum.5.ff.de iniust. rupt.irr.fact testament.* Filio autem à patre præterito, non fit irritum testamentum, sed est iniustum & nullum *d.l.1.ff.eod.* Et † vtut Irne- 8
rius secus fortè senserit: tamen authenticæ illius non sunt omnino authenticæ: ac proinde semper recurrendum ad ipsos Nouellarum fontes, vnde illas Irnerius excerpsit: & non infrequenter eas reuciunt nostrates, quod locus primus seu exemplar aliter se habeat, vt ex Alberico Gentili *lib.3.lect.c.11.* refert Hilliger. *in Donell.enucleat.libr.1.cap.11.lit.B. & dict.libr.6.capit.13.lit F.* Porro hanc rem omnium exquisitissime explanat Schifordegherus *d.libr.1.tractat.17.quæstio.1.& seqq. vbi argumenta contraria abunde confutat.*

Sed quid, si posthumus sit ignoranter præteritus.] An † & 9
quatenus legata, & alia in testamento disposita, conseruentur, si pater ignoranter posthumum præterit, latissime explicat Thadeus Piso *lib.2.var.resolut.cap.12.num.4.nec non* Petrus Gilkenius *in d.authen.ex causa.C.de liberis prater, num.10.& seqq.*

QVÆSTIO LIII.

SVMMARIA.

1 *Ecquid institutio facta de re certa sustineatur per dispositionem auth.ex causa.C.de liber. præterit.*

2 *An & quatenus institutus in re certa, sit loco heredis, vel legatarii.*

3 *Testator pro parte testatus, pro parte intestatus decedere nequit.*

4 *Omnem actum sic interpretari debemus, vt magis valeat, quam pereat.*

Q*Varo, numquid irritetur etiam institutio facta in re certa.*]
Resolutio huius quæstionis pendet ex eo: an † in- 1
stitutus in re certa sit loco heredis, vel legatarii. Nam si loco hæredis sit: institutio facta de re certa non sustinebitur: si vero sit loco legatarii, sicut cætera legata (*iuxta communiorem opinionem: cui quid hac in parte deferendum sit, in præcedente quæstione attigimus.*) sustineri poterit, *per auth. ex causa.Cod.de liber. præterit.* Circa quam rem ita quidem distinguendum existimant. Aut † quis institutus est in 2
re certa, & nullum alium hæredem habet: & tunc talis hæres in re certa perinde est, ac si solus scriptus fuisset hæres: & ob id, detracta rei mentione, hæres in solidum manet, ac per omnia loco hæredis habetur. *l.1.§.si ex fundo.4.ff de heredib.instituend.* Eiusque ratio est perspicua: quia
† alias testator decederet pro parte testatus, & pro parte 3
intestatus; quod vtpote absurdum, non est statuendum. *l.ius nostrum.7.ff de regul. iur.* Aut plures hæredes instituti sunt, & singuli in certis rebus, nulla quotæ vel hæreditatis mentione habita; & tunc licet certi limites videantur acquirendæ hæreditatis assignati: attamen æqualiter succedunt & res, in quibus sunt instituti, pro legatis habentur,

tur, id est, quilibet accipit suam rem, in qua est institutus, tanquam præcipuam: in relictis autem bonis æqualiter succedunt. *l. quotiens. 9. §. si duo sint. 13. & Lex facto 35. §. 2. ff. de heredib. instit.* Hocque ideo fit, ne in parte, cuius non est facta mentio, videatur testator intestatus. & in altera parte, cuius est facta mentio, testatus decessisse: quod non valet, *vt ostensum ex d. l. ius nostrum. 7. ff. de reg. iur.*
4 Sed † & in omni re sic actum interpretari debemus, vt magis subsistat, quam pereat. *leg. quoties. 12. ff. de reb. dubiis.* Aut denique quis institutus est in re certa & alius in quota, vel simpliciter, vt si dicat testator: *Titium in fundo instituo. Caium autem in tertia parte,* quæ est quota, vel *in rebus omnibus,* quod est simpliciter instituere: & tunc institutus in quota, vel simpliciter, est verus hæres; alter vero nec proprie legatarius, nec proprie hæres est: sed medium quandam & tertiam speciem constituit, quæ de vtraque multa sumit: quemadmodum *post* Bartolum *a se citatum*, id copiosius declarat Thadeus Piso *lib. 2. variar. resolut. cap. 12. num. 24. cum seqq.* item Michael Grassus *lib. 1. recept. senten. §. institutio. quæst. 22. num. 2. & seqq.*

QVÆSTIO LIV.

SVMMARIA.

1 *Nunquid fideicommissa vniuersalia sustineantur ex dispositione auth. ex causa. C. d. liber. præterit. remissiue.*
2 *An substitutiones pupillares & exemplares valeant, remissiue.*
3 *Quo iure legata, quæ sustinentur ex d. auth. ex causa petantur an ex testamento, vel ab intestato.*

1 SEd quid in *legatis vel fideicommissis vniuersalibus.*] An † fideicommissa vniuersalia sustineantur ex dispositione *auth. ex causa. C. de liber. præterit.* vltra Clarum nostrum, & ab eo relatos, explicant quoque Thadeus Piso *lib. 2. var. resol. cap. 12 num. 16.* & Petrus Gilkenius *ad d. auth. ex causa. C. de lib. præterit. num. 42.*

2 *Quæro etiam. nunquid † sustineantur substitutiones pupillares, & exemplaris facta filiis in ipso testamento.*] De hac quæstione late vtramque in partem disputant Gilkenius *ad d. authen. ex causa. C. de liber. præterit. num. 43.* Piso *prædicto capitul. 2. numer. 12. cum seq.* & nouiter Helfricus Vlricus Hunnius *lib. 2. variar. resolut. iur. ciuil. tractat. 5. quæstion. 13.*

3 *Petantur actione ex testamento.*] Quod † legata, quæ sustinentur ex dispositione *d. auth. ex causa C. de liber. præteri.* non ab intestato, sed ex testamento peti possint, autumat Thadeus Piso *d. lib. 2. capit. 12. num. 39. & seq.*

QVÆSTIO LV.

SVMMARIA.

Cur in testamento regulariter septem testes interuenire debeant.
2 *Quare septenarius numerus fuerit electus, variæ rationes.*
3 *Quæ sit natura iuris constituti.*
4 *Veteres peculiarem quandam vim numero septenario attribuerunt.*
5 *Septenarii numeri in sacris literis crebra mentio.*
6 *In ore duorum vel trium consistit omne verbum.*
7 *Testimonio vnius nemo damnandus.*
8 *Mulier tam in criminalibus, quam ciuilibus causis idonea testis: non item in testamento.*
9 *Cur fœmina in testamento testis esse nequeat.*
10 *Nunquid de iure canonico mulier testificari possit in testamento.*
11 *An in codicillis mulier possit esse testis.*
12 *Omnes possunt esse testes, qui non prohibentur.*
13 *Probationis facultas in dubio non angustanda.*
14 *Non plures ad actum aliquem confingendæ sunt solennitates, quam lex expressit.*
15 *Codicilli nullam solennitatem ordinationis desiderant.*
16 *Intellectus l. hac consultissima. 8. §. quia in eundem. C. qui testam. fac. poss.*
17 *Vtrum monachi, & cæteri religiosi possint in testamento testes adhiberi.*
18 *An legatarii tam in nuncupatiuo, quam scripto testamento, testimonium ferre queant.*
19 *Legatarii non sunt iuris successores.*
20 *Lege non distinguente, nec nos distinguere debemus.*
21 *An & quatenus omnia scripta testamenta sint mystica siue clausa.*
22 *Quatenus aliquis possit esse testis in ea causa, cuius commodum ad ipsum spectat*
23 *Fauori pro se introducto quilibet renunciare potest.*
24 *In fauorem alicuius introductum, non est retorquendum in eius odium.*
25 *Ecquid fideicommissarius vniuersalis in testium testamentariorum numero esse valeat.*
26 *Quatenus fideicommissarius vniuersalis pro herede habeatur.*
27 *Idem fideicommissarius in quo differat ab herede.*
28 *Fideicommissarius vniuersalis non est iuris successor.*
29 *Num tutor testamentarius adhiberi testamento faciendo testis possit.*
30 *Tutor loco domini habetur.*
31 *An filius emancipatus in patris testamento queat testificari.*
32 *Quoties vnus ex pluribus aliquid facere prohibetur, toties cæteris id permitti videtur.*
33 *Domesticum testimonium iure reprobatum.*
34 *Vnde æstimetur domesticum testimonium.*
35 *Pater & filius vna eademque persona, & vna caro reputantur.*
36 *Testes inhabiles vltra legitimum numerum non vitiant testamentum.*

REgulariter *in testamento debent interuenire septem testes.*] Ratio, cur † in testamento regulariter septem testium præsentia requiratur, hæc addi potest: vt non solum 1
in tam celebri actu fraudis suspicio omnis remoueatur: verum etiam falsis probationum modis occurratur tot testibus præsentibus. *l. vltim. C. de fideicommiss. l. data. 27. C. de donationib.* Nicolaus Reusner *in tract. de testam. part. 3. cap. 12. num. 5.* Cur † autem septenarius numerus fuerit ele- 2
ctus, alii aliam rationem afferunt. Hermannus Vulteius *in §. possunt autem. 5. Instit. de testam. ordin. 2. nd. num. 27.* censet, nullam esse rationem aliam, quam quod Romanis ita placuerit. Stephanus Forcatulus *necyomant. dial. 14. num. 7.* inquit, rationem nullam reddi posse, præterquam quod hic numerus mediocris sit visus legislatori, *arg. l. 1 §. mittam. 3. versic. pueritiam. ff. de postuland.* Antonius Faber *in ration. ad l. non omnium. 20. ff. de legib.* putat, esse † hoc exemplum iuris 3
constituti, cuius natura hæc sit, vt ratio eius nec inuestigari debeat, nec reddi possit. Eodem etiam inclinare videtur Petrus Gilkenius *in l. si vnus. 12 num. 1. C. de testament.* Ioannes Dauthius *in tract. de testament. tit. de testib. testamentar. numer. 410.* eumque referens Dominicus Arumæus *exercit. Iustin. 7. th. 10.* scribunt: nullam probabiliorem assignari

E ratio-

rationem posse, quam quod † veteres peculiarem quan-
4 dam vim & energiam huic numero septenario attribue-
rint. Vnde is & sacer & perfectionis dicitur: qui nume-
rus omnino huic sacræ & iustæ, hoc est, perfectæ homi-
nis vltimæ dispositioni conuenire rectius legislatori vi-
5 sus est. Et † sane illius numeri vsus frequentissime san-
ctis in scripturis occurrit. Die septimo quieuit Domi-
nus, eodem homines quiescere voluit. *Genes. capit. 2.* Se-
ptem millia non flexerunt genua coram Baal. *libr. 3. Reg.
cap. 19. v. 18.* Num fratri septies in die condonabo? Imo
septuagies septies. *Matth. cap. 18. v. 22.* Atque huius in rei
probationem vel Apocalypsis Iohannis sufficit. *cap. 1. v. 4.
5. 13 16. & 20. c. 2. v. 1. c. 3. v. 1. c. 4. v. 5. c. 5. v. 1. & 6. & alibi passim.*
Sed & *libr. 4. Regum. cap. 5. v 10.* legitur: quod Elisæus Pro-
pheta dixerit Naaman leproso: vade, & lauare septies
in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque munda-
beris, &c. Huc que faciunt quæ de septenarii perfe-
ctione congessit Andreas Laurent. *libr. 8. histor. anatom.
quæst. 31.* Aul. Gell. *lib. 3. noct. Atticar. cap. 10.* Laert. *lib. 2. de
antiquitatibus Græcor.* Anton. de Guevarr. *part. 1. horolog.
princip. cap. de Philosopho Bia. pag. 55.* Beatus Hilarius *Psalm.
118. ad versic. principes persecuti sunt, &c.* Dominic. de Mag-
dal. *de numer. test. in testam. requis. part. 1. cap. 3. num. 29.* Ea-
demque de re prolixe disputat Osualdus Hilliger (quem
quasi plagii arguit Erasmus Vngepaur, *Exercitat. Iustin. 11.
quæstio. 3.* an merito: iudicium penes candidum Lecto-
rem esto) *in Donello enucleat. lib. 6. cap. 7. ad lit. F.* vbi præ-
dictis rationibus reiectis, aliam ex Sexto Pompeio Festo
libr. 3. de verb. signific. operose exponit. Verum cum & ist-
hæc ratio, quam dicto loco Hilligerus affert, meris con-
iecturis constet: non putauerim vtique, eam superiori
6 Dauthii rationi, vtpote † sacris oraculis probabiliter ni-
tenti, præferendam esse.

Porro quod dicitur, ad testamenti ordinationem se-
ptem exigi testes: ei non obstat illud vulgatum, quod in
ore duorum vel trium consistat omne verbum. *Deute-
ronom. 19. versic. 15. Matth. 18. v. 17. Iohann. 8. v. 17. 2. Hebr. 10. v.
29. cap. in omni negocio. 4. & cap. licet vniuersis. 23. extr. de testib.*
Est enim illa regula generalis, à qua hic casus, & alii non-
nulli, propter communem vtilitatem, & fraudes euitan-
das, excipiuntur. Nec simpliciter prohibet lex diuina
plures, quam duos vel tres, adhiberi testes in testamen-
to: verum in certis duntaxat casibus duorum vel trium
7 testimonium probat: ea saltem ratione, vt † testimo-
nium vnius excludat, quo damnari quempiam valde ini-
quum fuerit: nihilominus interim, pro negocii qua-
litate, plurium testium fidem requirens, quoties ne-
cessitas postulat, sicuti hoc aperte arguit textus *in d. cap.
licet vniuersis. de testib.* cuius in fine Pontifex Alexand. III.
Licet, inquit, *quædam sint causæ, quæ plures, quam duos
exigant testes: nulla est tamen causa, quæ vnius tantum testi-
monio, quamuis legitimo, terminetur.* Reliqua, quæ no-
stræ aduersari videntur sententiæ, refutauimus *ad §.
sed cum paulatim. 3. Institut. de testament. ordinand. numer. 23.
& seq.*

*Mulieres non possunt ad condendum testamentum in testes ad-
8 hiberi.*] Quanquam † alias mulier, tam in criminalibus,
quam ciuilib. causis, testis idonea regulariter censetur. *Lex
eo. 18. ibique* Gothofred. *ff. de testib. l. 2. ff. de accusationib. leg. in
quæstionibus. 8. ff. ad leg. Iul. maiest.* Prosper Farinac. *in tractat.
de testib. quæst. 59. num. 18. cum seqq.* Ilico Vrmiius *disput.
16. de process. iudiciar. th. 4. num. 29.* Reusner. *in tractat. de te-
stament. part. 3. capit. 15 num 6. & seqq.* attamen in vltimo-
rum iudiciorum dispositionibus a testimonii dictione
arcetur. *§. testes autem. 6. Institut. de testament. ordinand. l. qui
testamento. 20. § mulier. 6. ff. qui testam. fac. poss.* Ratio, cur
9 † fœmina in testamento nequeat esse testis, non tantum
illa est; quod fragilis sit mulier corruptibilis, *quam* Gla-
rus noster *hic ex glossa refert*, adeoque in falso animaduer-
tendo tam sagax & circumspecta, vt masculus esse non con-
sueuerit. *Donell. lib. 6. comment. ar. de iur. ciu. c. pag. 14.* Duarē.
*in tit. qui testam fac. poss. sub rubric. de testib. in testament. adhib.
circa princip.* Sed & hæc non improbabilis redditur: quod
adhibitio testium ad confectionem testamenti sit de iure
ciuili. Iure autem ciuili mulier in calatis testamentis te-
stis esse non poterat: quia comitiorum commercium non
habebat: neque in eo, quod fiebat in procinctu; quia mi-
litiæ capax non erat. neque in eo, quod per æs & libram
fiebat: quid in emancipationibus, tanquam solennibus,
adhibebantur ciues Romani, masculi tantum, non etiam
fœminæ. Vulteius *d. §. testes. 6. num. 19 Instit de testament. or-
dinand.* Connan *lib. 9. comment. ar. iur. ciuil. cap. 3. num. 5. Plures
alias istius rei rationes recitat* Hilliger. *in Donello enucleat. dict.
lib. 6. cap. 7. ad lit. X.*

Sed quid de iure canonico. Quod † etiam de iure canoni 10
co mulier in testamento condito ad causas profanas, non
possit esse testis: vltra Clarum nostrum, *& per eum citatos
hic*, tenent Michael Grassus *libr. 2. rec. sent. §. testamen-
tum, quæst 57. num. 3.* Ioan. Baptist. Villalob. *in commun. op.
lit. M. nu. 144.* Viuius *in commun. opin. de testib. verb. testis esse non
potest mulier in testament. num 2.* Emanuel Soarez *in thes. iur.
recept. sent. lit. M. num 165.* Ioseph. Mascard. *vers. 2. de probat.
conclus. 763. nu 4. hosque referens* Farinac. *d. tract. de testib. q. 59.
num. 59. & 60.* vbi subiicit, ab hac opinione (quicquid alii
contra dicant) non esse recedendum: vtpote quæ non so-
lum à Dd. magis communiter recepta, sed etiam vsu per
Notarios obseruata sit: qui nunquam soleant, etiam in ter-
ris Ecclesiæ, fœminas in testamento in testes adhibere.

An mulier possit esse testis in codicillis.] Mulierem † in codi- 11
cillis quoq; a testimonio repelli, opinantur Philippus De-
cius *in l. 2. ff. de reg. iur. num. 26. ad fin.* Cuiacius & Dauth. *in l.
qui testamento. 20. §. mulier. ff. qui testam. fac. poss.* Reuber. *in tr.
de testib. pag. 82. & seqq.* Sed cōtrarium, quod nimirum mu-
lier in codicillis testis esse queat, communiter Doctores
tuentur, Accursius, Bartolus, Bald. Albetic. Castrens. *& alii
in d. l. qui testamento. 20. §. mulier. ff. qui testam. fac. poss.* Ioan. à
Platea, Faber, Angelus, Portius, Viglius, Nunius, Schnei-
devvinus, Heigius, *& alii in d. § testes. 6. Instit de testam. ordi-
nand.* Arumæus *Exercit. Iustin. 7. th. 14.* Vasquius *lib. 2. de suc-
cession. creat. §. 12. requisit. 2. nu. 12.* Grassus *d. §. testamentum, q.
57 nu 4.* Mascard. *d. vol. 2. de probat. concl. 763 nu. 7.* Farinac.
d. tract. de testib. quæst 59. n. 64. aliiq; plurimi, ab eo congesti Hu-
iusque † communis sententiæ multiplex est ratio. Tum 12
quia omnes possunt esse testes, qui non expresse prohibē-
tur. *l. 1. § 1. ff. de testib.* At mulier in codicillis dicere testimo-
nium, nusquam perhibetur. Tum † quia probationis fa- 13
cultas in dubio non angustanda est: sed potius ceu fauo-
rabilis, amplianda. *l. quoniam. 21. in fin. C. de hæretic. c. odia. 15. de
reg. iur. in 6.* Tum † quia non debemus plures ad actum a- 14
liquem confingere solennitates, quam lex expressit, *arg. l.
quod constitutum. 21. ff. de test. a mil. l. illam 19. §. de collatione. C. de
collationib. Nou. 18. c. 5.* Atqui nullibi apparet, leges hanc so-
lennitatem exegisse, vt testes in codicillis adhibendi viriles
sint sexus. Simpliciter quidem exprimitur *in l. fin. §. vlt. C. de
codic.* testes quinq; in codicillis interuenire debere: sed nō
additur, masculos duntaxat, non autem fœminas idoneas
esse. Tum postremo quia mulier hanc etiam ob causam
testis in testamento esse prohibetur: quia veteres ad solen-
nia nec mulierem, nec seruum admittebant. *d. l. qui test. 20
§. mulier. 6. & § seruus. 7. ff. qui testamento fac. poss.* Testiū
adhibitionem ad solēnia pertinere, euincitur *ex d. l. qui test.
20. §. & veteres. 8. ff. eod. & l. si vnus. 22. C. de testa.* Sed hæc ratio
cessit in codicillis: cum † in nullam solennitatē ordinatio- 15
nis desiderent. *§. vlt. Inst. de codic.* Ergo isthæc quoq; prohibi-
tio cessare debet, *arg. l. adigere. 6. §. quamuis. ff. de iur. patro. l. ex fa-
cto. 43. in pr. ff. de vul. & pupill. subst. c. cum cessante. 60. ext. de app.*

Nec

16 Nec huic veriori ſententiæ aduerſatur *l. hac † conſultiſſima. 8. § qua in eundem. C. qui teſtam. fac. poſſunt*, vbi dicitur, eundem modum in codicillis debere obſeruari, qui præſcribitur teſtamentis. *Agitur* enim in illa lege de teſtamentis & codicillis cæcorum: qui codicilli eundem modum obſeruant, & eandem quodammodo ſolennitatem deſiderant, quam teſtamenta: quod ſcilicet adhuc vnum teſtem, vel notarium exigant, qui ſubſcribat. Noſtra autem quæſtio in genere de codicillis propoſita eſt: quorum conſtat minorem, quam teſtamentorum, imo nullam ſolennitatem eſſe. *d. § vltim. Inſtit. de codicill. l. ſi idem. 7. & d. l. fin. § vlt. C. d. tit.* Quod igitur ſpecialiter in teſtamentis & codicillis cæcorum receptum eſt: non eſt producendum ad conſequentias *l. quod vero. 14. ff. de legib. Cætera diſſentientium argumenta diluimus in d. § teſtes. 6. num. 11. & ſeqq. Inſtitu. de teſtam. ordinand.*

17 *Nunquid monachi, & fratres mendicantes poſſint in teſtamento teſtes adhiberi.*] Monachos, † alioſque religioſos in teſtamentis poſſe teſtes adhiberi, vltra Clarum noſtrum, tradiderunt B ll. *in cap. nuper. extr. de teſtib. & conſil. 2. libr. 2.* Zabarell. *conſil. 97.* Signorol. *conſil. 157.* Iaſon *in authen. ingreſſi. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Aretin. *conſ. 159. Pariſ. conſil. 60 nu. 12. lib. 3.* Boſſius *in tit. de oppoſit. contr. teſt. num. 92. in fin.* Emanuel Soarez *in theſaur. recept. ſent. lit. T. nu. 116.* Quos omnes & plures alios, refert & ſequitur Proſper Farinac. *d. tract. de teſtib q. 61 nu. 126. & ſeqq. vbi hanc concluſionem nonnullis limitationibus declarat.*

Nunquid legatarius poßit eſſe teſtis in teſtamento.] Legata-
18 rios † indiſtincte, tam in nuncupatiuo, quam ſcripto teſtamento, ad teſtimonium ferendum admittendos eſſe, ſcripſerunt Angelus Aretinus *num. 1.* Iohannes Faber *numer. 3.* Heigius *num. 5.* Viglius & Tobias Nonius *num. 9. in § legatarius. 11. Inſtit. de teſtam. ordinand.* Fichard. *in addit. ad* Villalob. *lit. L. num. 55. &* Villalobos *in lit. T. num. 31.* Connan *lib. 9. Commentar. iur. ciu. cap. 3. num. 6.* Robet. *diſput. 11. ad Inſtit. th. 6.* Giacharius *hic in ſuis addit.* Reuſnet. *in tract. de teſtament. part. 3. cap. 21. num. 12.* Farinac. *in tractat. de teſtibus. quæſt. 60. num. 188. &* Ilico Vmmius *diſputat. 16. de proceſſ. iudic. th. 3. num. 20.* Horumque ſententia confirmatur *ex d. § legatarius. 11. Inſtitut. de teſtam. ordin.* vbi idcirco legatariis & aliis perſonis eis coniunctis, teſtimonium non denegatur: *quod non iuris ſunt ſucceſſores.* Ex qua ratione perſpicue euincitur: nullam eſſe, quoad hunc articulum, inter teſtamentum nuncupatiuum & ſcriptum differen-
19 tiam. Siquidem † legatarii non iuris, ſed tantummodo rerum ſibi legatarum, ſucceſſores ſunt, ſiue ex nuncupatiuo, ſiue ſcripto teſtamento aliquid capiant. Sed & huc non parum confert textus *in l. qui teſtamenta. 20. in princip. ff. qui teſtament. fac. poſſ.* vbi Vlpianus de legatario in teſta-
20 mento adhibendo generaliter loquitur: nec † diſtinguit teſtamentum, quod fit per nuncupationem, ab eo, quod in ſcriptis conficitur. Ergo neque nobis diſtinguendum erit. *l. de precio. 8. ff. de public. in rem act.* Nec oberit, quod regerunt diſſentientes: *in d. l. 20.* quæri, an valeat teſtamentum, in quo teſti aliquid relinquitur: non autem, an legatarius in teſtamento recte teſtis adhibeatur. *Hoc enim* licet concedatur: nihilominus tamen eſt veriſſimum, quoties teſtamentum valet, toties omnes teſtes recte eſſe adhibitos: cum ex teſtibus magna ex parte teſtamenti vis
21 dependeat. Nec item mouet, quod † obiicitur; in teſtamento ſcripto legatarium ignorare, ſibi quid relictum eſſe: ac proinde eum non videri dicturum teſtimonium pro teſtamento imperfecto aut iniuſto. *Nam* hac ratione heres quoque admittendus foret, qui & ipſe, heredem ſe eſſe inſtitutum, ignorat. Imo non omnia ſcripta teſtamenta ſunt clauſa, ſeu myſtica: ſed ſæpenumero etiam teſtibus legenda proponuntur. Poteſt etenim teſtator complicare ſcripturam, ſi velit teſtes ignorare, quid in teſtamento ſcriptum ſit: poteſt itidem apertam ſcripturam ſubſcribendam & conſignandam teſtibus offerre, ſi non curet, teſtes voluntatem ſuam ſcire. *l. hac conſultiſſima. 21. in princ. C. de teſtam. § ſin autem. 3. Inſtitu. de pupill. ſubſtitut.* Poteſt ſimiliter in præſentia teſtium, eorundemque legatariorum teſtamentum dictare: vbi certe teſtes ſibi legata relinqui, audiunt. *l. dictantibus. 22. Cod. de teſtament.*

Neque obſtat, quod † legatarius ex teſtamento emo- 22
lumentum ad ſe peruenturum ſciat. *Licet* enim regulariter teſtis ea in cauſa nemo eſſe poſſit, cuius commodum ad ipſum ſpectat. *l. nullus. 10. ff. de teſtib. & l. omnibus. 10. C. eod.* tamen regula illa locum non habet, vbi is, cuius in fauorem receptum eſt, ne talis teſtis admittatur, eum admittere deſiderat. Tunc † equidem is fauori pro ſe introdu- 23
cto renunciare poteſt. *l. penult. C. de pact.* Eſt autem in teſtatoris fauorem introductum, ne teſtes ſuſpecti, de ipſius voluntate deponentes, audiantur. Si igitur teſtator eiuſmodi teſtes teſtamento ſuo adhibet, & his fidem adhiberi vult: vtique ratio poſtulat, vt ea in re voluntatem illius ſequamur: ne † quod in fauorem eius introductum eſt, 24
in eiuſdem odium retorqueatur. *l. quod fauore. 6. C. de legib. c. quod ob gratiam. 61. de reg. iur. in 6.* Vide ea de re varie & diuerſimode ſentientes, Iohannem Andreæ *in addit. ad Speculat. tit. de inſtrument. edit. § reſtat. in addit. incipiente, audiuit, &c.* Panormit. *in c. inſuper. 6. extr. de teſtib.* Socinus *in l. ſi quis ita. 14. ff. de reb. dub.* Curtius *conſil. 178.* Duarenum *ad tit. ff. qui teſtam. fac. poſſ. ſub rubr. de teſtib. in teſtamento idoneis. verſic. quidam ex veterib.* Donell. *lib. 6. Comment. de iur. ciu. c. 17. circa fin.* Ioan. Dilect. Duran. *in tract. de arte teſtand. tit. 2. cautel. 9.* Michael Graſſ. *lib. 1. recept. ſent. § teſtamentum, q. 57. nu. 15. &* Antonium Fabr. *de errorib. pragm. decad. 66. error. 1.*

Porro cum indubitatum ſit: legatarios † & fideicom- 25
miſſarios ſingulares in teſtamento teſtes eſſe poſſe. *d. § legatariis. 11. Inſtit. de teſtam. ordinand.* non incommode quæritur: an etiam fideicommiſſarius vniuerſalis, cui tota hereditas ex Senatuſconſulto Trebelliano reſtituenda eſt, in teſtium numero eſſe queat? Et quamuis id pernegent Doctores communiter, Accurſius, Ioan. Faber, Eguinarius Baro, Portius, Angelus, Aretin. Nonius & Nicaſius *in d. § legatariis. item* Baldus, Corneus, Sichardus *& alii in d. l. dictantibus. 22. C. de teſtamen.* Campeg. *de teſtib. reg. 74.* Crotus *de teſtib. num. 17. cum ſeq.* Aufret. *de reprobat. teſtium nu. 46.* Ioan. Maria Monticell. *in ſuo repertor. teſtium. verb. teſtes in teſtamento fol. 326.* Maſcard. *volum. 3. de probat concluſ. 1357. nu. 5.* Reuber. *in tract. de teſtib. pag. 31.* & Farinac. *d. tract. de teſtib. quæſt. 66. nu. 303.* attamen affirmatiua ſententia haud improbabiliter diſputando defendi poſſe videtur. Tum quia Iuſtinianus Imp. generaliter & indiſtincte loquitur. *d. § legatariis. 11. Inſti. de teſtam. ordinand.* Tum quia negocium non inter teſtatorem & fideicommiſſarium vniuerſalem, ſed inter teſtatorem & heredem geri intelligitur. *§ ſed neque heres. 10. Inſt. d. tit.* Tum quia nullibi teſtimonium fideicommiſſario vniuerſali interdictum inuenitur: vnde efficitur, eum non eſſe ab officio teſtis remouendum, *per regulam l. 1. § 1. ff. de teſtib.*

Non aduerſatur huic opinationi, quod † fideicom- 26
miſſarius vniuerſalis pro herede reputatur. *§ reſtituta. 3. Inſtit. de fideicommiſſar. hereditatib.* Illud enim quoad commoda heredis recte dicitur, quæ omnia ad fideicommiſſarium, tanquam ad heredem, poſt reſtitutam hereditatem, poſt reſtitutam hereditatem pertinent. *leg. 1. § 2. ff. ad ſenatuſconſult. Trebellian.* quod † alia vero ab hærede diſ- 27
crepat: & comprimis in hoc differt, quod non cum ipſo fideicommiſſario, ſed cum herede negocium teſtamenti geri cenſeatur. Quæ differentia merito etiam diuerſum ius inter vtrumque, quoad teſtimonium dicendum, producit. Neq; ad rem pertinet, quod obiicitur, fideicom-

28 missarium † vniuersalem iuris esse successorem. Quia sim-
pliciter negatur: fideicommissarium, cui vniuersa hære-
ditas restituenda est, iuris successorem esse: siquidem
iura actiua & passiua per restitutionem, & sic quasi tra-
ditionem consequitur. *leg. 1. §. 2 & passim. ff. ad senatusconsult. Trebell.* Et hanc ipsam tenet sententiam Iason *in d. l. dictantibus. 22. num. 2. Cod. de testament.* Cæterum quod de
legatario & fideicommissario hactenus dictum est; idem
29 quoque in eo, qui † tutor testamento est scriptus, pro-
cedit. Nam & is recte adhiberi testamento testis potest,
si eum nihil aliud impediat. *d. l. qui testamento. 20. in princip.*
30 *vers. quod in legatario. ff. qui testam. fac. poss.* Quamuis † enim
causa pupilli sit quasi propria tutoris, qui loco domini
habetur, adeoque in ea idoneus testis esse non possit. *l. qui fundum. 7. § si tutor. 3. ff. pro emptore. l. interdum. 56. § qui tutelam. ff. de furt. l. si is, qui in puteum, 11 §. an igno, c. tut. 7 quod vi aut clam. l. vlt. ff. de testib.* antequam tamen tutelam suscipit,
nondum scilicet adita hereditate, testis testamento licite
adhibetur. *l. si nemo. 9 ff. de testam. tutel.* Reusner. *in tract. de testam. part. 3. cap. 21. num. 10.*

Siue filius sit in potestate, siue emancipatus.] Etsi Clarus noster hoc loco, *post Bartolum à se citatum,* pluresque alii, *quos refert & sequitur* Prosper Farinac. *d. tract. de testib. quæstio. 54.*
31 *num. 154.* existimant: filium † emancipatum in patris te-
stamento testificari non posse: contraria tamen senten-
tia verisimilior iudicatur, *per textum in § in testibus. 9. Instit. de testament. ordinand. & in l. qui testamento. 20. ff. qui testam. fac. poss.* vbi cum nominatim & specialiter filius, in po-
testate patris existens, prohibeatur esse testis in testa-
mento patris: unde haud obscure colligitur, diuersum in
filio emancipato statuendum esse. Cur enim de filiofa-
milias duntaxat istud scriberetur: si idem in filio emanci-
32 pato obtineret? Accedit, quod † quoties vnus ex plu-
ribus aliquid facere prohibetur, toties cæteris id permit-
ti videatur, *l. cum prætor. 12. in princip. ff. de iudic.* Cum igitur
filiusfamilias prohibeatur in patris testamento esse te-
stis, hoc filio emancipato permitti intelligitur. Nec ob-
33 stat, quod † domesticum testimonium iure non valeat.
d. §. in testibus 9. Instit. de testament. ordinand. d. l. qui testamento. 20. in fine princip. ff. qui testam. fac. poss. l. parentes 6. C. de testib.
At domesticum sit testimonium, quod patri perhibet fi-
34 lius emancipatus. *Etenim respondetur*: domesticum † illic
testimonium dici, quod ex vinculo patriæ potestatis, non
etiam cognationis, æstimatur: *quemadmodum docent* Theo-
philus, Viglius & Hegius *in §. pater. 8. Instit. de testament. ordinand.* Coman. *libr. 9. commentar. iur. ciuil. cap. 3. num. 4.*
35 Eius † siquidem vinculi ratione pater & filius vna eadem-
que esse persona censentur. *l. vltim. Cod. de impuber. & aliis substit.* & pars quodammodo corporis patris est filius. *l. cum scimus. 22. prope finem. C. de agricol. & censit.* adeoque v-
na caro reputantur pater & filius. *can. contradicimus. 21. §. hac authoritate can. 35. quæst. 3.* Sicut ergo nemo pro se i-
pso; ita nec pater pro filiofamilias, & econtra, testimo-
nium perhibere potest. *l. testis. 9. cap. l. nullus. 10. ff. de testibus. & d. l. omnibus. 10. Cod.* Hanc vero rationem cessare
in filio emancipato, nemo est, qui non animaduertat:
cum is non amplius sit in potestate patris, vtpote ea per
emancipationem liberatus. *§. præterea. 6 Institut. quib. mod. patria potest. soluit.* Plura, quæ hanc sententiam encruare
videntur, annotauimus *ad dict. §. pater. 8. Institut. de testament. ordinand. num. 5 & seqq.* Eademque sufficienter
diluit D. Hunnius *lib. 2. variar. resolutio. iur. ciuil. tractat. 5. quæstio. 6.*

36 *Si † aliquis alias inhabilis adhibeatur, &c.*] Adde, quod
si plures testes, quam de iure requiruntur, testamen-
to adhibeantur tametsi isti superadditi sint fœminæ,
surdi, cæci, furiosi, sicque inhabiles, nihilominus testa-
mentum subsistat. Quia nulla dispositio regulariter vi-
tiatur per interuentum illius rei, quæ etiamsi omnino
abesset, illa non vitiaretur, vt, *post alios,* scriptum re-
liquit Michael Grassus *dict. §. testamentum, quæstio. 57. num. 18.*

QVÆSTIO LVI.

S V M M A R I A.

1 *Ecquid numerus septem testium sit de forma probatoria, an substantiali ipsius testamenti.*
2 *Mens & intellectus l. final. C. de fideicommiss.*
3 *Quot testes in testamento, pestis tempore condito, requirantur.*
4 *Interpretatio l. casus. 8 C. de testam.*
5 *Exceptio confirmat regulam in casibus non exceptis.*
6 *Sententia l. consultissimam. 8. §. 2. ff. de iure codicillor.*
7 *In casu necessitatis plerunque receditur à regulis iuris communis.*
8 *Quatenus tempus belli, & tempus pestis æquiparentur.*
9 *In dubio ea tenenda opinio, quæ fauet testamento.*
10 *Quot testes in testamento rustici desiderentur.*
11 *Testamentum coram Principe, vel apud acta iudicii factum, sine solennitatibus subsistit.*
12 *An statutum, minorem numerum testium inducens, valeat.*
13 *Quæ iure ciuili sunt disposita, contraria lege vel statuto mutari possunt.*
14 *Verum testamentum, quod vigore statuti seu consuetudinis coram duobus tribusve testibus factum valet, etiam alibi, vbi maior numerus testium exigitur, pro valido sit habendum.*
15 *Testamentum ruri coram quinque testibus factum vbiq; valet.*
16 *Insinuatio donationis, in vno loco facta, quo vsque effectum suum porrigat.*
17 *Decretum iudicis super alienatione rerum immobilium minoris interpositum, ad quæ bona extendatur.*
18 *Quoad solennitates attenditur consuetudo loci, in quo actus celebratur.*
19 *Testamentum, à forensi conditum, ad quæ bona effectum suum extendat.*

E*T scias, quod † iste numerus testium non solum est de forma* 1
probatoria ipsius testamenti, sed etiam de eius forma substantiali.] Huius sententiæ fundamentum desumi poterit ex *l. si vnus. 12. l. hac consultissima. 21. § ex imperfecto. 1. & l. per nuncupationem. 2. C. de testament.* Quibus ex locis appa-
ret: si vnus de septem testibus defuerit, iure deficere testamentum. Quod si isthæc septenarii numeri solennitas ad probationem tantum requireretur: non dixissent Impp. *in dict. l. si vnus. 12.* iure deficere testamentum, sed probationem *argum. l. duo sunt Titii. 30 ff. de testament. tutel.* Deinde si testes probationis duntaxat causa accederent: nihil impediret, quo minus voluntate testatoris minor testium numerus sufficeret: quod plerique omnes negant, vt recte, *post Bartolum & alios à se allegatos hic,* asserit Clarus noster, Fernandus Vasq. *libr. 2. de successión. creat. §. 12. num. 10.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 2 titul. 11. num. 3.* Dominic. de Magdal. *de numer. test. in testament. requisit. part. 1. cap. 4.* Dauth. *in tractat. de testam. tit. de testibus testamentar. num. 421.* Robert. *disput. 11. ad Instit. tit. 4.* Reusner. *in tract. de testam. part. 3. cap. 12. num 6.* Meyrer. *in tractat. de testamentor. success. lib. 3. titul. 1 num. 30. &* Paulus Berens *disput. 6. ad Institut. theor. 1. quæstio. 3.* Tametsi aliter sentire videantur Stephanus Forcatulus. Necyomantiæ *dialog. 14. numer. 7.* Pruckmann. *in tractat. de regalibus. capitu. 4. membr. 3. effect. 1. numer. 14. pagin. 653.* Vaconius à Vacuna *libr. 4. declaration. capit. 63. numer. 7.*

tum, seq. & Gilkenius in d.l.hac consultissima.21.C.de testamen.
num.13.18.& seq.

2 Neque † sententiæ nostræ repugnat textus in l.vltim.
Cod.de fideicommiss. vbi voluntas testatoris seruanda est,
quando per confessionem vel iuramentum agnoscitur &
euidens est, licet testamentum solennem testium nume-
rum non habuerit. Illic etenim testator non simpliciter
legatum vel fideicommissum in fide heredis posuit: sed
curauit, vt heres sibi promitteret de præstando legatum
aut fideicommissum, argum. l.spadonem.15.§.1.ff.de excusat.
tutor. Sicque dispositio ista in contractum transit, & he-
res ex contractu per legatarium conuenitur. Iason in l.ne-
mo potest 55.ff.de legat.1.nu.18.in fine. Reliqua, huic decisioni
aduersantia, refutauimus ad §.sed cum paulatim. 3. Inst.de te-
stam.ordinand.num.28. & seqq.

3 Sed quid, si testamentum fiat tempore pestis.] Quotnam † te-
stes in testamento, pestis tempore condito, requirantur,
mirifice Interpretes variant, nonnullis septem testes re-
quirentibus, quibusdam duos, vel tres, vel quinque
sufficere opinantibus, aliis inter testem magnam & par-
uam distinguentibus, vt videre est hic ex Claro nostro,
Gabriel. Romano lib.4.recept.conclus.tit.de testament. conclu-
sio.8. Andreas Gail. lib.2.obseru. 118.num.18. Mynsingero
cent.1.obser.96. Reusnero in tractat.de testament.part.4.cap.
17.num.8.cum seqq. Dauthio in tractat.de testam.titu.de te-
stibus testamentar. num.424. Matthia Berlichio conclusio-
num practicabil.part.3.conclusio.5. & Iusepho Mascardo in
tractat.de probationib.volum. 3.conclus. 1353. num.18.& aliquot
subseqq. Sed cæteris opinionibus & distinctionibus omni-
bus repudiatis; eorum ego amplectendam puto senten-
tiam, tanquam veritati iuris maxime congruam, qui sim-
pliciter & absolutè tradunt: tempore pestis, vt alio, se-
ptem testes adhibendos esse. Hæcque traditio proba-
4 tur primo per Clarum & perspicuum textum in † l.casus.
8.C. de testam. vbi Impp. Diocletianus & Maximianus
aperte rescribunt; tempore pestis aliquid de sollennita-
tibus relaxatum esse in testamentis: sed relaxationem il-
lam non circa numerum, sed circa testium eodem tem-
pore conuentionem versari. Aiunt enim diserte: Te-
stes huiusmodi morbo oppressos eo tempore iungi atque sociari re-
missum est, non etiam conueniendi numeri eorum obseruatio sub-
lata est. Septem ergo testes præcise & necessario ad te-
stamentum tempore pestis requiruntur: sed non opus
est, vt omnes simul socientur & iungantur; siue vnico
contextu adhibeantur: verum sufficit, si ex interuallo
interueniant, puta hac hora duo, sequenti hora iterum
duo vel plures, & sic deinceps, donec numerus septena-
rius plene fuerit completus. Quod si vnius tantum testis
deficiat, vel testator, antequam testes omnes singulatim
adhibiti fuerint, decedat: testamentum non valebit. Nec
mouet quidquam, quod dissentientes respondent, hanc
legem de parua & leui peste esse accipiendam, non item
de magna & vehemente. Nam huic interpretationi
contradicit ipse contextus, qui non solum indistincte &
generaliter contagionis mentionem facit: sed etiam de
casu maiori, timoreque contagionis, quæ testes deter-
ret, loquitur: qualis maxime pestis magna & vehemens
5 esse solet. Deinde † adstipulatur huic sententiæ regu-
la vulgata, sumpta ab exceptione. Quæ cum in eius-
modi testamento vnam solemnitatis partem remittat. d.
l.casus.8.C.eod. reliquam constabilire intelligitur. Exce-
ptio quippe confirmat regulam in casibus non exceptis.
l.quæsitum 12.§.denique Neratius 43.ff.de instructo.& instru-
ment. legat. l.cum prætor.12.ff.de iudic. leg. his verbis.102. ibique
6 Dd.ff.de legat.3. Præterea † huc facit textus in l.conficiun-
tur 8.§.codicillis.1.ff de iure codicill. ex quo constat, nihil re-
ferre ad minuendum testium numerum, vtrum quis
potuerit eo tempore, quo scripsit vel fecit testamen-
tum, plures testes cogere, an non potuisset. Hancque
decisionem pluribus rationibus confirmauimus in prædi-
cto §.sed cum paulatim.3. Instit.de testament.ordinand.num.36.
& seqq.

Qui non obstat, quod † in casu necessitatis plerunque 7
recedatur à regulis iuris communis: siquidem illa legi
non subiaceat, argum.l.vbi absunt.19.ff.de tutorib.& curato-
rib.datis ab his,&c. l.Cæsar.15.ff.de publican.& vectigalib.l.sed
sciendum.7.cum l.seq.ff.ad SC.Trebellian. l.consensu.8.§.1.C.de
repudiis l.1.& ibidem Bartol. sub fine.C.de operis libert. Hic
autem subsit casus necessitatis: cum tempore contagio-
nis, quæ testes deterret, tot testes cogi nequeant. Nam
respondetur: plerunque in casu necessitatis recedi à regu-
lis iuris communis, at non perpetuo non sane tunc,
cum leges cauent expresse, ne à iure communi receda-
tur, vt hoc loco factum esse ostendit dict.l.casus.8.Cod.de
testament.

Sic † quoque non obstat, quod tempus belli, & tem- 8
pus grauissimæ pestis æquiparantur: cum, inualescente
pestilentia, Deus bellum gerere, & iram suam in homi-
nes distringere videatur, per doctrinam Bartoli in l.na-
turaliter.5.num.23.ff.de vsurpat.& vsucap.item in l.vnic.ff.de bo-
nor.possess.ex testam.milit. Sed in bello valet testamentum
minus solenne, coram duobus aut tribus testibus fa-
ctum.l.1.& tot.titul.ff.& C.de testament.milit. Ergo & pe-
stis tempore valebit. Non obstat, inquam, ista compa-
ratio belli & pestis. Quia non simpliciter, sed tantum
secundum quid illa comparatio procedit. In testamento
etenim militis simpliciter omnes solennitates sunt remis-
sæ, iuncto & tot. tit.Instit.de militari testament. Secus est in
testamento tempore pestis confecto. dict.l.casus.8.Cod.
de testament.

Similiter non obstat, quod † in dubiis opinionibus 9
tenenda est illa, quæ fauet testamento. l.si pars 10.in princ.
ff.de inoffic.testam. quoniam causa conseruationis testamen-
ti concernit publicam vtilitatem. l.vel negare 5.ff.quemadm.
testam.aperiant. Atqui opinio ista, quod valeat testamen-
tum tempore pestis duobus saltem, aut quinque adhibi-
tis testibus, ordinatum, pertinet ad vltimam voluntatem
conseruandam. Etenim responsio parata est: quod quidem
ita sit testamentis fauendum, ne tamen per hoc omnia
iura & solennitates testamentorum protius euertantur.
l.nemo potest.55.ff.de legat.1. Deinde negatur, nos hic versari
in casu dubio: siquidem quid circa testium numerum, pe-
stis tempore, obseruari debeat, luculenter expressum est
in prællegata.l.8.C.de testam. Atque ita in terminis tradunt
Paulus de Castro, Fulgosius, Francisc.Aretin. & Alexan-
der de Imola in l.fin.C.de testam. Ludouic.Roman. in auth.
similiter.C.ad leg.Falcid.in 34.priuileg. vers. cæterum pono, quod
testator,&c. Angel. in dict.l.conficiuntur 8.§.1.ff.de iur.codicill.
Raphael Cuman. in l.fin.ff de testam.milit. Lucas de Penna
in l.1.C.de his, qui in exilium dati,&c. Matth.de Afflict.dec.ss.
25.Andr. Fachineus lib.5.controuersiar.iur.c.92.Dominic.de
Magdal.in tract.de numero testium in testam.requisit.part.1.c.11.
num.39.Ioan.Crotus in tract.de testib.part.cnu.22.& seq.Ste-
phan.Bertrand.consil.210.num.5.lib.2.Domin.Card.Tusch.
tom.8.pract.conclus.lit.T.conclus.122.nu.20.& seq. Gilkenius
in d.l.casus.8.num.10.& seqq.C de testam. Arumæus Exercitat.
Instit.7.th.11.Hœnonius disput.7.controuers.4.Wegner.dis-
put.7.th.3.ad lit.E.Vngepaur.exercit.Instit.11 quæst.3.Stucki
part.1.exercit.st.Instit.de.ad.6.assert.3.lit.K.pag.268. Paul.Be-
rens disp.6.ad Instit.them.1.quæst.6 Bronchorst.cent.2.assert.
controuers.assert 14. Andr.Gerhard.dec.ad.7. exercitat.Institut.
quæst.5.Hunnius lib.2.variar.resolut.iur.ciuil.tract.5.quæstio.5.
& nouissime Matthias Berlichius d.part.3.conclus.5.vbi latissi-
me hanc quæstionem persequitur. Sane non solum in Camera
Imperiali & iure Saxonico receptum est, Andr. Gail. d.lib.
2.obs.18.nu.18.constit.Electoral.Saxo.part.3.c.4.Beust.in l.admo-

nendi 31.*num*.488.*ff.de iure iur.* Virgil. Pingiz *quæst*.20. *num*. 40. *& seqq.* sed & Wirtembergico constitutum extat: vt testamentum, tempore pestis coram duobus vel tribus idoneis, fideque dignis testibus factum, indistinctè valeat. Fürstl. Würtemberg. erneuert Landtrecht. *part*. 3.*tit*.4.*pag*. 340.

Sed quid in testamentis conditis in rure per rusticos.] Quod
10 † testamentum rustici quinque tantum testes requirat, *vltra* Clarum nostrum, docuerunt Fernandus Vasquius *de success.creat*.§.22 *num*.29.*cum seqq*. Mascardus *dict.conclus*. 1352.*num*.45.*volum*.3. Dominic.de Magdalen. *d. part*.1.*c*.21. *per tot*. Simon de Præt. *de interpretat vltim. volunt.libr*.2.*interpret*.2.*dub*.2.*solut*.3.*num*.24. Dauth. *d tract.de testam.num*. 436.& Grassus *lib*.1.*recept. sentent* § *testamentum, quæstio*.54. *num*.6.7.*&* 8. vbi subiicit, quod etiam nobiles illi, qui ruri habitant pro maiori parte temporis, eodem priuilegio gaudeant, per notata Bartoli *in d. l. conficiuntur*.8.§.*codicill.ff.de iure codicillor*.& Vasquin *d*.§ 22.*n*.32.

Si aliquis testetur coram Imperatore, non est necessarius nu-
11 *merus septem testium.*] Testamentum † coram Principe, vel apud acta iudicis factum, propter fidem publicam, quæ omnem fraudis & falsitatis suspicionem cessare facit, perinde subsistit, ac si solennitatibus omnibus adhibitis factum sit. *Lomnium* 19.*ibique* Alexand. Iason, Bald. Dauthius *& cæteri. C.de testament.* Domin.de Magdal. *dict. tract.de numero test.in testam.requisit.part*.1.*cap*.23.*&* 25. Boër. *decis*.228.*num*.3. Mynsinger *cent* 6.*obseru*.20. Mascard. *dict. tractat.de probationib.vol*.3.*conclus*.1252 *num* 47. Grassus *d.* § *testamentum, quæst*.54.*num*.17.*&* 18. Reusner. *in tract. de testament.part*.3.*c*.12.*num*.16.*& part*.4.*cap*.18.*&* 19. Duaren. *ad tit.ff.qui testam.fac.poss.sub titul.de effectu solennitatis seruatæ in testamento.vers. cepimus ostendere, &c.* Fachin. *lib*.6.*controu.iur.cap*.86. Moller. *lib*.1. *Semestr.cap*.5. Hœnon. *disput*.7 *ad Institut.controuers*.3. Donell. *lib*.6.*commentar.de iur.ciu.cap*.6. Giphan. *disput*.13 *ad Instit.tit*.25.*ibique* Olemannus *in suis not. num*.30. Schneidevvin. *ad* §.*sed cum paulatim* 3. *Instit.de testament.ordinand.num*.17. vbi Wesenbecius ad marginem notat: hodie sufficere; iudicem, aut duos, tresue ad domum testantis venire, & testamentum illis insinuari, vt postea ad acta referatur. Verum cum hæc sententia à nonnullis in dubium vocari soleat: tutius erit, si quatuor aut quinq; ad testatorem à iudice mittantur, qui illius voluntatem accurate explorent.

12 *Quid, si † adsit statutum disponens, quod testamentum confectum coram duobus vel tribus testibus valeat.*] Statuto siue consuetudine induci posse, vt coram minori numero testium valeat testamentum, probatur *argum.l. ius ciuile*.6. *ff.de iustit.& iur l.de quibus* 32.*ff.de legib.l*.2.*C. quemad. testam. aperiant.l. si non speciali* 9.*ibique* Bartol. Bald. Angel. Iason, Fulgos.*& communiter Dd.C.de testam* Michael Grassus *d*.§. *testamentum, quæst*.54 *num*.23. Eiusque euidens est ratio: quia solennitas septem testium solummodo iure ciuili introducta est. *l.hac consultissima* 21.*C.d.tit*.§ *sed cum paulatim.*
13 3.*Instit.de testam.ordinand.* Ea † autem, quæ iure ciuili disposita sunt, contraria lege vel statuto remitti mutarique posse, certum est. §.*sed naturalia*.11.*Institu.de iur nat.gent & ciu.l*.3. §. *diuus Hadrianus. vbi gloss. ff.de sepulchro violat.* Vasquius *de succeßion creat.lib*.1.§.1 *num* 20.*& lib*.2.§.12.*num*.2. *& lib*.3.§.21.*num*.44.*cum seqq.* Reusner *d. tract.de testament. part*.1.*c*.4.*num* 38 *& part*.3.*cap*.12.*num*.13 *cum seq.* Dauth. *d. tract.de testam.tit.de testib.testamentar.num*.429. Gilkenius *ad l.cunctos populos*.1.*num*.57.*& seq.C.de summa Trinitat. vbi*
14 *plures idem sentientes refert.* Hinc † posito statuto seu consuetudine, cuius vigore testamentum coram duobus tribusve testibus factum, validum est, quæri solet: an huiusmodi testamentum etiam alibi, vbi maior numerus testium exigitur, pro rato validoque habendum sit; adeo, vt heres institutus in bonis vbicunque, etiam extra territorium sitis, succedere possit? Et plerisque affirmatiua sententia non absque ratione arridet; eaque iudicando in Camera Imperiali obtinuit, *teste* Mynsingero *cent*. 5.*obser*. 19.*num*.4.*&* Gailio *lib*.2.*obs*.123.*num*.1. Tum † quia testa- 15
mentum rusticorum quinque testibus factum vbique valet. *l.fin.C.de testament.* Tum † quia insinuatio donationis, 16
in vno loco facta, porrigit effectum suum etiam ad bona, extra territorium existentia. *l.in hac sacratissima*.30.*C.de donationib.* Tum quia † decretum iudicis, super alienatione 17
rerum immobilium minoris interpositum, extenditur ad quæcunque bona, in quocunque territorio sita. *l.magis puto*.5.§.*illud*.12.*ff de rebus eorum, qui sub tutela, vel cura sunt, &c.* Tum etiam quia † quoad solennitates attenditur 18
consuetudo loci, in quo actus celebratur. *l.si fundus*.6.*ff.de euictio. b.l. semper in stipulationibus*.34.*ff.de reg.iur.l*.1.*ibiq.gloss. & Gothofred C.de emancipationib.liberor.l* 2.*C.quemadm.testa. aperia* 1. Cephal *consil*.170.*num* 21. *volum*.2. Sicut in contractibus quoque receptum est, vt locus contractus consideretur. Contractus quippe celebratus cum solennitate requisita in loco contractus, extendit se ad omnia bona, licet in loco bonorum maior solennitas requireretur. *l.l.si fundus*.6. *de euictionib.* Alexand. *consil*.37.*num* 7. *volum*.2. Bartol. *in l*.1.*num* 37. *C.de summa Trinit. ibique* Salicet. *num*.13. Bald. *num*.17 Fulgos.*num*.22. Iason *num*.44. *&*
Gilkenius *num* 59. Sic † testamentum, à forensi siue ex- 19
traneo conditum, seruatis solennitatibus loci, in quo illud condidit, effectum quoque habere, quantum ad bona alibi sita, communiter placuit. Hancque conclusionem, post Bartolum, Fulgosium, Franciscum Aretinum, Corneum, Tiraquellum, Paulum Parisium, Porium, Gozadinum & Gailium *à se citatos*, pluribus rationibus confirmat Gilkenius *in d.l*.1.*num*.6.*& seq. C.de summa Trinitat.* Eaq; de re vtramq; in partem latissime dissertat Thadeus Piso *lib*.1.*var resol c*.1.*num*.19.

QVÆSTIO LVII.

S V M M A R I A.

1 *An & quatenus iure canonico testamentum, coram duobus siue quatuor testibus factum, sustineatur, remißiue.*

SEd *quæro, quid de iure canonico, an minor numerus testium sufficiat*] An † & quatenus iure canonico testamentum, 1
coram duobus siue quatuor testibus factum, valeat. *præter* Clarum hic nostrum, *& ab eo allegatos*, diligenter explicant Fernan. Vasq. *de succeß.creat.lib*.3.§.21.*num*.1. Dominicus de Magdal *in tractat de num test. in testam.requisit part*. 2.*cap*.8. *num*.9.*& seq.* Michael Grassus *lib*.1.*recept.sentent*. §.*testamentum, quæst*. 6. Iosephus Mascardus *in tract. de probationib.volum*.3. *conclusion*.1352.*num* 28. *cum seqq.* & Iohannes Dauth. *in tractat de testamentis sub tit.de testibus testamentar. num*. 428.

QVÆSTIO LVIII.

S V M M A R I A.

1 *In testamentis faciendis an & quatenus testes rogatos esse oporteat remißiue.*
2 *Vtrum in dubio testes præsumantur rogati.*
3 *Quomodo testium rogatio probetur.*
4 *An in dubio rogitus Notarii præsumatur.*

N*Isi etiam † appareat, illos, vt testamento interessent, fuisse rogatos.*] De hac quæstione, an & quatenus in testa- 1
mentis faciendis oporteat testes esse rogatos, *post* Clarum

rum

rum nostrum, & alios latissime dissertant Michael Grassus lib.1.recept.sent.§.testamentum,quæst.38. Mascard. in tract. de probationib.vol.3.conclus.1354. Carol. Molin. consil. 31 nu. 3.cum seqq. & Nicol. Reusner. in tract.de iure testamentor. part 3.cap.11.

2 *An autem testes in dubio præsumantur rogati.*]Quod † testes in dubio nō præsumantur rogati, nisi expresse illud appareat, cōmuniter Dd.tradunt, Cynus, Alex.Bart.Bald.&Iason in l.hac consultissima.21.C.de testam. Rolandin. in rubr.de testam.num.10.& 11.Mantic. de coniectur. vltim. volunt. libr.2. tit.11.Mascard. d.conclus.1354. num.8.cum seqq. Reusner. dict. part.c.11.num.9.aliique complures, ab his citati: apud quos limitationes nonnullas istius conclusionis videre licet.

3 *Et quomodo probetur rogitus testium*] Communis † conclusio est, quod duobus saltem testibus probari possit testes fuisse rogatos, secundum Baldum in l. comparationes.19. C.de fide instrumentor.& in l.2. C.de bonor. poss. secund.tabul & Grassum.d.§.testamentum,quæst.58.num.6. Et ideo productos postea testes ad testimonium perhibendum, eo scilicet tempore, quo testamentum publicatur, oportet vtrumque asserere: & quod præsentes, & quod rogati, hoc est, specialiter ad hoc requisiti, actui interfuerint, notante Iasone in dict. l. hac consultissima. 21. in princip.num. 3.C.de testament. quem referendo sequitur Reusner. loco præallegato.

An etiam in dubio rogitus Notarii præsumatur.] Notarium
4 † non præsumi rogatum, nisi probetur, vel idipsum in instrumento testetur, tenent Innocent. Decius, & alij in c.1.de fid.instrumentor. Alexand.consil.153.num.9.vol.2.Socin. Iun cons.178.num.3.vol.2.Ruinus cons.8.num.11.vol 3.& consil.144.num.2.vol.4. Boerius decis.35.num.17.Grammatic. decis.106.num.24.& Roland.à Valle cons.38.nu 4.lib.1. Quod tamen intelligendum erit, nisi ex verbis necessario rogitus inferatur, vt quia ita subscripsit: Ego subscripsi & publicaui. Quoniam necessarium consequens est: illum rogatum fuisse: cum alias instrumentum publicum conficere non possit, vt bene animaduertit Grassus d. §. testamentum, qu.58. in fine.

QVÆSTIO LIX.

SVMMARIA.

1 *Testamentum non, nisi coram testibus in conspectu testatoris præsentibus factum, valet.*

2 *Veritas magis oculata fide, quam per aures animis hominum infigitur.*

3 *In testamento omnia aperte & palam fieri expedit.*

4 *Facilius quis decipitur in auditu, quam visu.*

5 *Testamentum noctu factum aut signatum an & quatenus valeat.*

6 *Testes in testamento adhibiti non faciunt fidem, si de auditu, & non de visu deponant.*

SPecialiter requiritur, quod testes videant testatorem, & au-
1 *diant ipsum loquentem.*] Testes non † solum audire testatorem, sed & videre debent: alioquin nisi testes in conspectu testatoris palam testimoniorum officio functi sint nullo iure testamentum valet. l.si non speciali.9.C.de testam.
2 Eiusque ratio est perspicua: tum quia † veritas magis oculata fide, quam per aures animis hominum infigitur §.
3 vltim.ibique gloss. Instit. de gradib. cognation. Tum quia † in testamento omnia palam & apertè fieri expedit in conspectu testatoris: ne fraus & falsitas aliqua locum inueniat. l.heredes palam.21.ff.qui testam.fac.poss. Angel. in dict.l.si non speciali.9.num.3.C.de testam. Idque eo magis, quod non tantum in testatore mutari interdum soleat vox propter infirmitatem, secundum Baldum in l.2.§.idem Labeo. num.4. ff.de aqua & aqua plun. arcend. sed etiam quod vocem alienam procliue sit quibusdam imitari instar hyænæ: multoque † facilius quis decipi queat in auditu, quam visu, 4
iuxta Cynum in dict.l.si non speciali.9.C.de testament. Vnde primo infertur: testamentum † noctu factum absque lu- 5
minibus in tenebris, quia potestas conspiciendi testatoris non fuit data, minime valere, per notata Iasonis consil. 30.lib.3.Gabriel.ad addit.Matthesil. sing.124.& Doctorum in l.non minorem 20.in verb secunda hora noctis.C.de transactionib. Quamuis enim testamentum nocturno tempore facere & signare permissum sit. l.ad testium.22 §.penult.ff.qui testam.fac.poss. nequaquam tamen hoc facere licet sine luminibus, & in tenebris; in quibus plerunque falsum præsumitur: propterea quod qui male agit, odit lucem. cap. consuluit.27.post medium ext.de offic.& pot.iud.deleg. Deinde infertur: testes † in testamento adhibitos, si interrogari 6
de causa scientiæ respondeant, se scire, quia audiuerint, nihil probare: sed omnino opus fore, vt se scire dicant, quia ipsi viderint, assertore Baldo in l.diuus.24.notab.6.ff.de testam. milit. Hancque rem explanatius pertractant Michael Grassus libr.1. recept. senten. §. testamentum, quæstion. 59. num.4. cum seqq.& Nicolaus Reusnerus in tract. de testam. part.3. cap.13.per totum.

QVÆSTIO LX.

SVMMARIA.

1 *An & quatenus duo versentur testamenta in pupillari substitutione.*

2 *Testamenta ex numero hereditatum non distinguuntur.*

3 *Paterni testamenti pars & sequela est substitutio pupillaris.*

4 *Si patris & filii testamentum diuerso tempore sit factum: solennia in vtroq; interuenire debent.*

ERunt tamen quasi duo testamenta separatim facta.] Hic addendum: quod † licet in pupillari substitutione 1
duo quodammodo videantur versari testamenta: vnum patris, alterum filii: propterea quod pater proprium heredem habeat, & filius itidem proprium habeat heredem: adeoque hereditas patris ab hereditate filii separetur. l.Papinianus.8.§.sed nec impuberis 5.ff.de inoffic. testam. l.in duplicibus.79. ff.ad leg. Falcid. l. 1.§.1.ff.si cui plus quam per leg. Falcid. &c. l.2.§ interdum.2.ibi. ex secundis tabulis.& l. si filius. 12.ff.de vulg.&. pupill. substit.§ igitur. 2.Instit.de pupill. substitut. probabilius tamen sit, testamenta non ex † numero 2
hereditatum distingui: sed proprie ac vere vnum testamentum paternum censeri: cuius † pars aliqua sit & se- 3
quela siue appendix substitutio pupillaris, vel testamentum pupillare. §.liberis.5. Instit.eod. Hinc est, quod vtrumque ab vno & eodem testatore fiat, & vna eademque solennitas vtrique sufficiat, nempe septem testes, septemque sigilla. l.patris & filii.20.ff.de vulg.& pupill.substit. quod vna tantum Falcidia de vtroque detrahatur. l.in ratione.11. §.quod vulgo.ff.ad leg. Falcid. d. l.1.§.1.ff.si cui plus, quam per leg. Falcid. &c. quod scripti in paterno & pupillari testamento pro coniunctis habeantur. l.plane. 34.§.sed si in pupillari. 10.ff.de legat.1.l.coheredi.41.§ coheres.6.ff.de vulg. & pupill. substit. quod denique vnam ex vno, siue paterno, siue pupillari testamento, hereditatem capiendo, alteram ex altero repudiare non possit substitutus: sed vtramque vel acquirere, vel omittere cogatur.l.sed si plures.10.§ filio.2.ff.eod. Sane si diuerso tempore vtrumque, & patris † & filii te- 4
stamentum sit factum: legitimus numerus testium, & reliqua solennia in vtroque interuenire debent, vt enuncitur

tur ex l.si quis cum.16.§.1.ff.de vulg.& pupill.substitut.ibiq; in suis commentariis docet Francisc.Duaren.*c.14.§.quartum est. vers. sed an sufficiat vna solemnitas,&c.*

QVÆSTIO LXI.

SVMMARIA.

1 *Voluntas testatoris pro lege valet: eamque seruari, publice expedit.*
2 *Nihil est in actis priuatis testamento grauius.*
3 *Suprema morientium iudicia à dolo & fraude remota.*
4 *Mortis solatium maximum, vltra mortem voluntas.*
5 *Testatoris voluntas seruanda, dummodo contra leges non disponat.*
6 *Nemo facere potest, quin leges in suo testamento locum habeant.*
7 *Testator non potest vti clausula: non obstantibus legibus.*
8 *Testator legans alicui centum, non potest heredem grauare, vt interea, donec soluat, vsuras prestet.*

1 V*Oluntas testatoris pro lege habetur.*] Testatoris † voluntas pro lege habetur *Nouell. 22.c.2.* eamque seruari & exitum sortiri, publice expedit. *l. vel negare.5.ff. testamenta quemadmod.aperiant. l.hereditas. 50 in fin.ff.de petit.heredit.l.1. in princ.ff.si quis omiss.caus.testam.&c.l.1.C.de sacrosanct. Eccles.* Hucque pertinet, quod M.Cicero *Philipp.2.* scripsit: nihil
2 † esse in actis priuatis grauius testamento: adeo, vt lex XII. tabb. antiquissima, *vti quisque rei suæ legassit, ita ius*, id est, legem *esse* iubeat. Sic enim hanc legem Græce explicans Theophilus *in principio tit. Instit. de leg.Falcid.* ὡς ἂν (inquit) διατυπώσῃ περὶ τῆς οἰκείας οὐσίας, τοῦτο νόμος ἔστω: id est, quomodo quis de re familiari sua disposuerit, ita lex esto. Neque sane illud immerito. Solent † ete-
3 nim & sana cum primis & ab omni remota esse fuco doloque suprema morientium iudicia & quasi elogia: & in testamentis nuda plerunque patent pectora: remotisque officiorum iudicibus pessimis, spe, metu, voluptate; sola in iisdem locum habet honestas & veritas. Neque maius
4 aliquod † mortis solatium esse videtur, quam voluntas vltra mortem, *vti notant* Nicolaus Reusner. *in tract. de testam.part.1.cap.8 num.6.cum seq.&* Ioan.Oldendorp. *class.3.*
5 *actionum.in prælud pag mihi 804.* Ideoque † quod dixit & voluit testator, seruandum est: nisi aperte sit contra leges, vel ratio iuris ei occurrat. *l.si quis.112.§.si quis scripserit.3.ff.de*
6 *legat.1.* Nemo † siquidem cauere potest, quo minus leges in suo testamento locum obtineant. *l.nemo 55.ff.d.titu.* veluti, si in testando solennia iuris non obseruauerit: vel testamenti factionem non habuerit: si heres, aut legatarius sit incapax: cum res legata non sit in commercio hominum, & nihilominus valere iusserit: quoniam sunt de substantialibus: *quemadmodum testatur Bolognet. num.29 & Dd.communiter in dict.l.nemo.55.ff. de legat.1.* Hinc infertur,
7 quod † testator non possit vti clausula illa, *non obstantibus legibus*, ad tollendam formam legis: siue hoc fiat per modum directum, siue per indirectum. *Ita tenent* Bald.Ripa & Iason *in d.l.nemo* Fernand.Vasq.*de success.creat.§.6.num.2.* Quod diligenter notandum: quia solent testatores in suis testamentis subiicere eiusmodi clausulas, quibus prohibent, ne quis impugnet testamentum contra leges factum: & contra facientem prorsus excludunt, *tradente* Grasso *lib.1.recept.sentent. §. testamentum, quæstio.62 num.2.*
8 Hinc item infertur, quod † si testator legauit alicui centum, non possit heredem grauare ad soluendum annuas vsuras, donec legatum soluerit, *per notata* Bartoli *in l.3.§. fin ff.de ann.legat.& l.cum stipulari 90.ff. de verb.obligat.* Alexandri *cons.27.lib.4.*Rolandi a Valle *cons.55.nu.30.& 22.vol.* 2.Anchoran.*cons.89.*Vasqui *d.§.6.nu.19.& 23.besq; referentis* Grassi *d.quæst.62.num.3.*

QVÆSTIO LXII.

SVMMARIA.

1 *An testator hodie Trebellianicæ detractionem prohibere possit.*
2 *Falcidia & Trebellianica æquiparantur.*
3 *Lex noua statuens aliquid de vno æquiparatorum, etiam ad alterum pertinet.*
4 *Vnumquodq; ad naturam suam facile reuertitur.*
5 *Legata & fideicommissa iure XII. tabb. integre debebantur.*
6 *Lex noua & correctoria, in qua ratio certa est expressa, eatenus extenditur, quatenus ratio locum habet.*
7 *Mens & sententia Nouell.1.c.2.§ 2.*
8 *Fideicommissa singularia legatis per omnia exæquata.*
9 *An & quatenus hodie heres cogi possit adire hereditatē, eamq; ex fideicommisso restituere.*
10 *Ecquid codicillis Trebellianica prohiberi queat.*
11 *Num testator tacite Trebellianicæ detractionem prohibere possit.*

F*Acias conclusionem. quod † testator potest heredi prohibere Trebellianicæ detractionem.*] Eandem conclusionem, 1
post Clarum hic nostrum, *& ab eo recitatos*, amplectuntur Gomezius *tom.1.variar.resolut.c.5.num.11.* Gail. *lib.2.obs.138. num.15.* Couarruu. *in c.Ramaldus.18.§.3.num.6.ext.de testam.* Duaren. *ad l.nemo.55.in vers.quæstio est de prohibitione,&c ff.de legat.1.* Hœnonius *disput.11.controuers.18* Andreas Gerhard. *decad.10.quæst.10.* Giphan. *in disput.22.ad Instit.in corollar.ibique* Olemann. *num.24 cum seqq.* Hunnius *lib.2.var.resolut. iur.ciu.tract.8.quæst.21.* Michael Grassius *lib.1.recept.sentent. §.testamentum.quæst.62.num.4. aliique plures per eum adducti.* Hæcque sententia subsequentibus præcipue nititur fundamentis. I. Falcidia † & Trebellianica iure veteri æqui- 2
parantur. *l.Marcellus.3.§.1.ff.ad SC.Trebellian.* & ad exemplum Falcidiæ Trebellianica recepta est. *§.sed quia heredes. 5.Instit.de fideicommissar.heredit.* nec non Falcidiæ appellatione sæpe venit Trebellianica. *l.pater filium.14.& l.Titia. 86.ff.ad SC.Trebellian. l.coheredi.41.§.3.ff.de vulg.& pupill.substit.l.iubemus.6.C.eod.& l.si, vt allegas.11.C.ad leg.Falcid.* Atqui testatorem prohibere hodie posse deductionem Falcidiæ, extra omnem controuersiam est. *Nouell.1.cap 2.circa finem ibi, si vero expressim,&c. Auth.sed cum testator.Cod.ad leg. Falcid.* Igitur & Trebellianicæ detractionem prohibere
poterit, per regulam vulgo approbatam: quod † lex no- 3
ua statuens aliquid de vno æquiparatorum, etiam ad alterum pertineat. *l.si quis seruo.29.C. de furt.iuncta l.vt tantum. 14 §.1.ibique* Bartol. *num.1.ff.de seruo corrupt.* II. Quando per extensionem legis correctoriæ ad ius commune antiquum reducimur: tunc extensionem fieri posse proba-
bile est: quia † vnumquodque ad naturam suam facile re- 4
uertitur, *argu l.in tantum.6.in princip.ff.de diuis.rer.l.si vnus. 27.§.pactus, ne peteret.vers.quotiens enim ff.de pact.l. hac consultissima.21.§.si quis autem.C.de testament. can.ab exordio.2.& ibi gloss.in verb.resolut.distinct 35.item gloss.in c.statutum.3.in verb. numerandum.de præbend.in 6.* Sed † iure antiquo XII.tabb. 5
omnia legata & fideicommissa integre, absque detractione quartæ, debebantur, *initio tit. Instit.de leg. Falcid. l.verbis legis.120.ff.de verb. significat.* Ergo & hodie vt Falcidiæ, ita & Trebellianicæ prohibitio valebit. III. Indubita-
tum est apud Doctores nostros axioma: legē † nouam & 6
correctoriam, in qua ratio certa est expressa, eatenus extendi, quatenus ratio locum habet, *argum Nouell 118.c.5. & l.cum mulier.47.vbi* Raph.Cuman. *ff.soluto matrim.* Paul.

Castrens.

Castrens. *in l. quamuis.15. C. de fideicommiss. idque pluribus auctoritatibus confirmat* Vasquius *libr.1. de testatoris potent.§.8.*
7 *num.8.* Iam † vero *in d. Nouell. 1. capit.2.§.2. versic. si vero expressim.* tales exprimuntur rationes, quæ non solum in quarta Falcidiana, cuius prohibendæ facultatem ibidem Iustinianus concedit; sed æque etiam in Trebellianica locum sibi vendicant. Ergo illius Nouellæ dispositio & correctio etiam ad quartam Trebellianicam pertinebit. Assumptio huius argumenti euidens est: quia ratio, qua Imperator *in d. Nouell. dict. cap.2. ad finem*, motus fuit, *primo* hæc redditur: quod lex crediderit, hæredem aditurum intuitu pietatis. *Secundo* quod non videatur sine lucro hæreditas, etiamsi quarta non detrahatur. *Tertio* quod testatoris voluntas nihilominus conseruetur, tametsi hæres propter Falcidiam sibi ademptam repudiet hæreditatem. cum legatarii & fideicommissarii hæreditatem suscipere possint. Cum igitur hæ rationes in Trebellianica non minus, quam in Falcidia locum habeant: constitutio isthæc ad illam quoque porrigi debet. Quartum Iustinianus Imp. *in d. Nouell.1. cap.2.§.2. circa finem. ibi, enim quidem recedere. & ibi, locum fieri fideicommissariis.* expresse loquitur de eo hærede Falcidiam detrahere prohibito, cui hæreditatem repudianti succedunt fideicommissarii, adeoque de eo, qui fideicommisso grauatus erat. At ipsi hæres, cui repudianti fideicommissarii succedunt, habuit ius deducendi Trebellianicam. Proinde Iustinianus non solum de Falcidia, sed etiam de Trebellianica in Nouella illa tractat. *Nec mouet*, quod regeritur, Imperatorem ibi non de vniuersali, sed de singulari duntaxat fideicommisso disserere: & de hoc non Trebellianicam, sed Falcidiam deduci. *Quod enim* de vniuersali fideicommisso Iustinianus exaudiri debeat, in-
8 de plusquam manifestum euadit: quod † fideicommissa ibidem opponantur legatis. At legatis non opponuntur fideicommissa singularia, quæ legatis per omnia & in omnibus sunt exæquata; sed fideicommissa solummodo vniuersalia. *l.2. C. communia de legat. §. sed non vsque 3. Instit. de legat.*

Conclusionem hanc, prædictis † rationibus corrobo-
9 ratam. non infringit *sæpe allegata Nouell.1. cap.2.§.2.* vbi Iustinianus concedit electionem illi hæredi, qui prohiberi potest quartam detrahere, vtrum velit adire, an vero repudiare hæreditatem. Atqui electio ista non conceditur hæredi, à quo fideicommissum relictum est, & qui ex senatusconsulto Trebelliano quartam detrahere potest: sed cogitur is etiam inuitus hæreditatem adire, eamque ex fideicommisso restituere. *l. quia poterat. 4. ff. ad SC. Trebell. §. sed quia stipulationes. 7. versic. sed etiam id, &c. Instit. de fideicommissar. hæreditatib.* Igitur *d. Nouell.1.* non potest de quarta Trebellianica accipi. Hoc, *inquam*, conclusionem superius firmatam non infringit. Etsi enim senatusconsulto Trebelliano seu potius Pegasiano cautum est: vt hæres fideicommisso grauatus cogi possit adire hæreditatem, eamque ex fideicommisso restituere: id tamen hodie noua Iustiniani constitutione aperte est emendatum, dum Imperator fideicommissario potestatem fecit hæreditatis adeundæ, repudiante aut cunctante hærede; effecitque, vt iura omnia in fideicommissarium transferantur ipso iure, & citra restitutionem: adeoque fideicommissarius hæres sit, & aditionis aut pro hærede gestionis ius habeat. *d. Nouell.1. cap.1.§. exheredatos. 4. versic. in omnibus autem casibus, &c.* Reliqua argumenta, nostræ conclusioni repugnantia, accurate refert & diluit D. Hunnius *d. lib.1. variar. resolut. iur. ciu. tractat. 8 quæstio. 21. Eadem attigimus ad §. cum quoque. 11. Instit. de fideicommissar. hereditatib. vbi num. 4 varios interpretes, contrarium operose defendentes, recensuimus.*

Sed quid in codicillis.] Quod † in codicillis Trebellianica prohiberi non possit, communis opinio est, vt testa- 10
tur Curtius *consil.73. in fine.* Gualden. *de art. testand. titul. de mutat. testament. caut.8.* Anton. Gabr. Roman. *in suis commun. conclus. lib.4. titul. ad Trebellian. conclus.1. num.9. hosque referens* Michael Grassus *d.§. testamentum, quæstio. 62. num.4. sub fine.*

Nunquid † dicendum est, posse testatorem etiam tacite 11
hanc Trebellianicæ detractionem prohibere.] Adde hoc de quæstione late disserentes Franciscum Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. libr.7. titul.11.* Anton. Gabriel Roman. *dict. lib.4. conclusio.2. & seqq. titu. ad Trebellian.* Alciatum *consil.66. num.13. volum 9.* Tiraquellum *in repetitione l. si vnquam. 8. verb. totum. num. 1. Codic. de reuocand. donatio.* & Grassum *dict. libr. 1. recept. sentent. §. Trebellianica. quæstion. 8. numer. 2. & seqq. aliosque sexcentos ab iis memoratos.*

QVÆSTIO LXIII.

S V M M A R I A.

1 *Testator an possit prohibere detractionem Trebellianica in filius primi gradus.*
2 *Iure Canonico filius, fideicommisso grauatus, & legitimam & Trebellianicam deducere potest.*
3 *Vtrum iure ciuili filius, fideicommisso grauatus, duas quartas detrahere possit, varia opiniones.*
4 *Filium legato aut fideicommisso grauatum, duas quartas detrahere non posse, aliquot argumentis ostenditur.*
5 *Detractio quartæ ex SC. Trebelliano & lege Falcidia cui competat.*
6 *Sententia l. Papinianus. 8. ff. de inoffic. testam.*
7 *Sententia l. iubemus. 6. C. ad SC. Trebellian.*
8 *Quis legitimam detrahere possit.*
9 *Natura absurdum est, vt duæ quartæ ex eadem hæreditate detrahi posse dicantur.*
10 *Intellectus l.2. in fin. & leg.3.§. item Pomponius. ff. ad SC. Trebellian.*
11 *Mens & consideratio leg. quamquam. 10. Cod. ad leg. Falcid.*
12 *Quatenus procedat regula, qua dicitur: illos, qui discreta iura habent, diuersarum personarum loco esse, & diuersis modis emolumenta consequi posse.*
13 *Quod duplici ex causa debetur, ex vtraque in solidum obtineri nequit.*

C*ontrariam vero sententiam, quod scilicet non possit pater prohibere Trebellianicam in filiis primi gradus, &c.*]Quod
† testator non possit prohibere detractionem Trebel- 1
lianicæ in filiis primi gradus, cum horum causa videatur fauorabilior, quam aliorum hæredum, tenent, *vltra eos, quos Clarus hoc loco citat*, Andreas Gailius *libro secundo, obseruation.* 138. *numer.* 16. Franciscus Turzanus *in opinionibus commun. opinio.* 51. Villalobus *in tractat. commun. opin. lit. T. num.78.* Couarruu. *in capit. Raynutius. 16. § 11. num.7. versic. quibus non possum, &c.* Anton. Gabriel. *Roman. lib.4. commun. conclus. tit. ad Trebellian. conclus.1 num 4* Forster. Iunior *lib.2. disputat. 14. th.18.* Fachineus *libr.5. controuersiar. iur. capitu.5.* Andreas Gerhard. *decad.10. quæstio 10. in fin.* Grassus *libr.1. recept. sentent. §. testamentum, quæstio. 62. numer. 5. aliique per hos allegati.*

2 *Quando possunt detrahere duas quartas.*] Iure † canonico
expresse cautum videtur: quod filius, hereditatem resti-
tuere à patre rogatus, simul & legitimam & Trebellia-
nicam detrahere possit. *d.c. Raynutius.16. & capit. Raynaldus.*
18. de testament. Anton. de Padilla *in auth. res, quæ. Cod. com-*
mun. de legat. num.33. cum seq. Hieronymus de Cæuallos *in*
speculo aur. opinion. commun. contra communes. part.1. quæst.74.
Petr. Heig. *part.1. quæst.32. num.10. & seqq. aliique plurimi,*
3 *ab illis relati.* Cæterum † vtrum filius iure ciuili præter
Falcidiam siue Trebellianicam (si rogatus sit hæredita-
tem restituere) legitimam quoque, adeoque duas quar-
tas detrahere possit, intricatissima est quæstio ? Qui-
dam enim duplicis quartæ detractionem admittunt, An-
dreas Fachin. *dict. lib.5. controuers. iur. cap.2.* Corasius *in l. fi-*
lium.24. C. famil. ercisc. Anto. Com. *lib.1. disputat. iur. ciu. cap.*
3. Vaconius à Vacuna *libr.4. declarat.59 num 6. & 7.* Do-
nellus *in l. quanquam.10. C. ad leg. Falcid. &* Heigius *d. quæ-*
stion.32. Quidam contra duplicis quartæ detractionem
simpliciter prohibent. Francisc. Hotoman. *illustr. quæst.*
43. Cuiac. *lib.8. obseru. cap.3.* Anton Faber. *decad.11. de erro-*
rib. pragmaticor. error.7. Arumæus *Exercitat. Iustin.9. th.18.*
Vaudus *lib.2. quæst.32.* Bronchorst. *cent.2. ἐναντιοφανῶν as-*
sert 51. edit.1. Ang. Mattheacius *libr.2. de via & ratione iur.*
artificios. cap.25 num.30. & in tract. de legat. & fideicommiss. lib.
4. c. vltim. Hœnon. *disput.11. ad Institu. controuers.13.* Rober.
disput.12. coronid.1. Hilliger *in D. nello enucleat. libr.7. cap.30.*
ad lit.1. Anto. Goucan. *ad l.1. num.39. ff. de vulg. & pupill. sub-*
stit. & nouissime Hunnius *lib.2. variar. resolut. iur. ciu. tractat.8.*
quæst.20. Alii deniq; media incedentes via distinguunt:
vt pure grauatus filius vnam quartam deducat: in diem
vero vel sub conditione iussus fideicommissum vel lega-
tum restituere, duas detrahat quartas. Azo *in summa No-*
uell.1. Gloss. in d. l. quanquam.10. C. ad leg. Falcid. & alibi. Gail. *d.*
lib 2. obser.121. Eamque distinctionem refert hic Clarus noster:
quam, tanquam communem, pluribus auctoritatibus confirmat
Michael Grassus *lib.1. recept. sentent. §. Trebellianica. quæst.4.*
num.1.

4 Ego † in hac varietate illorum probo sententiam,
qui indistincte negant, filium hæredem institutum, & fi-
deicommissis aut legatis grauatum, duplicem quartam
detrahere posse. Quæ sententia his potissimum argu-
5 mentis confirmari solet. I. Detractio † quartæ ei de-
mum ex senatusconsulto Trebelliano & lege Falcidia
competit, qui supra dodrantem legatis aut fideicommis-
sis grauatus est. *§. sed quia heredes. 5. Instit. de fideicommissar.*
heredit. Atqui is, qui trientem pro legitima detraxit,
dici non potest supra dodrantem grauatus; cum etiam
plus, quam quadrantem retineat. Sequitur igitur: ipsum
quartam Trebellianicam seu Falcidianam detrahere non
6 posse. II. Confert † huc textus *in l. Papinianus. 8. §. quar-*
ta.9. vbi filius, qui Falcidiam ex legatis adeptus est, ab
inofficiosi querela repellitur. *& §. vnde si quis.11.* vbi fi-
lius Pegasianam ex fructibus consecutus, similiter ab in-
officiosi actione excluditur. *& §. si quis impubes.15.* vbi is,
qui habet quartam ex constitutione Diui Pii, ab eadem
querela remouetur. *ff. de inoffic. testament.* III. Accedit
7 † textus *in l. iubemus. 6. Cod. ad S C. Trebellian.* vbi filius ro-
gatus est restituere portionem hæreditatis paternæ fra-
tribus suis, & nominatim constituitur: eum, retenta
quarta ex senatusconsulti auctoritate, dodrantem illius
portionis paternæ restituere cogendum. Atqui non re-
stitueret dodrantem, si amplius aliam quartam retineret.
8 IV. Fieri † plane non potest, vt cui Trebellianica quarta
debetur, eidem quoq; simul competat detractio legiti-
mæ: siquidem legitimam non detrahit, nisi in testamen-
to præteritus, aut exhæredatus, & cui alias querela inof-
ficiosi competeret. Atqui filius, cui detractio quartæ
Falcidianæ aut Trebellianicæ competit, vt sit institutus,
necesse est. Proinde illi detractio legitimæ compet[ere]
non potest. Ac consequenter inepte & frustra quæritur:
vtrum filius, hæres institutus, fideicommissoque grauа-
tus, simul legitimam & Trebellianicam deducere possit.
V. Huc † facit, quod natura absurdum sit, vt duæ quar- 9
tæ dicantur ex eadem hæreditate detrahi posse, & nihilo-
minus his detractis, dicatur dodrans restitui. Sed &
communi sensui repugnat: triente pro legitima de hæ-
reditate detracto, quadrantem adhuc totius hæreditatis
ex lege Falcidia aut SCto Trebelliano deduci. *plures pro hac*
sententia rationes videre est apud Hotomannum, Fabrum &
Hunnium *locis supra designatis.*

Cui † non refragatur *l.2. in fine. & l.3. §. item Pomponius.* 10
ff. ad SC. Trebellian. vbi duarum quartarum detractio per-
spicue conceditur. *Nam* in his legibus duplex quidem
detractio est: de legatis scilicet, & fideicommisso: sed si
assem hæreditarium consideremus, vnius quadrantis
duntaxat. Etenim cum quadringenta tantum in hære-
ditate essent: qui septuaginta quinque de trecentis lega-
tis, viginti quinq; rursus de centum fideicommissariis de-
trahit, non amplius, quam centum (qui assis quadrans
est) detrahit.

Similiter † nihil obstat *d. l. quanquam. 10. C. ad leg. Falcid.* 11
vbi iterum duæ quartæ vna ex hæreditate deduci viden-
tur. *Quia* si causæ constitutio ibi penitius introspiciatur:
apparet, vnam solummodo quartam detrahi. Pater Dio-
genii (*ad quem rescripsit Imp. Gordianus*) habebat duos fi-
lios, & filiam: filios instituit hæredes, & Primum roga-
uit, vt si sine liberis decederet, suam partem fratri resti-
tueret. Primus moritur: succedunt ei ab intestato fra-
ter Diogenius, & Soror. Hæredes coguntur fideicom-
missum soluere: vnde merito soror suam quartam detra-
hit: reliqua frater consequitur.

Præterea † non resistit *l. tutorem. 22. ff. de his, quæ vt indig.* 12
aufer. l. si consul. 3. ff. de adoptionib. l. qui non militabat. 78. ff. de he-
redib. instit. l.1. §. vltim. ff. si à parent. quis manumissus sit. leg. quo-
tiens. 91. ff. de reg. iur. Ex quibus, & similibus locis relucet:
quod illi, qui discreta iura habent, diuersarum persona-
rum sunt loco, & diuersis modis emolumenta consequi
possunt. Atqui vero filius diuerso iure duas petit quar-
tas: vnam, vt filius (legitimam siquidem accipit quasi
naturæ iure sibi debitam. *leg. scimus 36. § illud. 2. C. de inoffic.*
testam & l.1. C. de imponenda lucrat. descript.) alteram, vt qui-
libet extraneus. Ergo etiam duplici iure vtetur. Non,
inquam, hoc resistit: quoniam regulæ isti locus est, vbi
qualitas diuersarum personarum inter se non repugnat,
argum. l. Titia, si nupserit. 100. ff. de conditionib. & demonstr. Re-
pugnat autem, aliquem esse filium, sed tanquam extra-
neum. Deinde vt maxime concedatur, duas quartas di-
uerso & dissimili iure filio deferri: non tamen protinus
consequens est, vtramq; ipsum consecuturum. Itaque
optionem habet, vtro iure alterutram quartam consequi
velit. *l. cum filius. 76. §. varius. 8. ff. de legat. 2. l.1. §. quia autem. 4.*
ff. quod legator.

Huc facit, quod † illud, quod duplici ex causa de- 13
betur, in solidum ex vtraque peti & obtineri nequeat,
argum. leg. si seruus. 108. §. Stichum. 4. ff. de legat. 1. Plura alia,
quæ nostræ aduersari sententiæ videntur, Hotomann.
Anto. Faber, Hunnius, Arumæus, & cæteris *locis supra*
notatis abunde refutant. Eandem quoque quæstionem
explanatius tractauimus *ad §.1. Instit. de lege Falcid.*
num.12. & seqq.

* * *

QVÆ.

QVÆSTIO LXIV.

SVMMARIA.

1 *Cautionem fructuariam regulariter omnis vsufructuarius heredi præstare tenetur.*
2 *Regulæ istius ampliatio prima.*
3 *Ampliatio secunda.*
4 *Ampliatio tertia.*
5 *Qui vult antecedens, is vult etiam necessarium consequens.*
6 *Sententia l. & exheredatum.49. & l. seq. ff. de re iudic. item l. diuus Pius.28. ff. de reg. iur.*
7 *Liberalitas sua nemini damnosa esse debet.*
8 *Volenti & scienti non fit damnum, aut iniuria.*
9 *An testator cautionem fructuariam vsufructuario remittere possit.*
10 *Remissio cautionis fructuariæ bonis moribus repugnat, & ad delinquendum inuitat.*
11 *Nemo potest efficere, vt leges publicæ non habeant locum.*
12 *Sensus l. sine.7. C. vt in possess. legator. &c. & l.7. ff. vsufructuar. quemadm. caueat.*
13 *Intellectus & consideratio, l.1. C. de vsufruct.*
14 *In pecunia quasi vsufructus constituitur.*
15 *Quatenus testatoris dispositio & voluntas pro lege obseruari debeat.*
16 *Dispositio priuata ius publicum mutare nequit.*
17 *Quatenus quilibet rerum suarum moderator & arbiter.*
18 *Cui licet quod plus est, ei non denegandum, quod est minus.*
19 *Argumentum à maiori ad minus, & contra, quando procedat.*
20 *Conuentio, turpem continens causam, nullius momenti.*
21 *Ecquid cautio fructuaria, heredi præstanda, per testatorem, qui vsumfructum improprium reliquit, remitti possit.*
22 *Consideratio leg. si pecunia. 6. ff. vt in possession. legator. &c.*
23 *Deficiente conditione, actus quoque deficit.*
24 *Testator accidens sine subiecto constituere nequit.*
25 *Quatenus de suo quisque iure paciscí valeat.*
26 *Numquid testator possit grauare heredem, à quo vsumfructum legauit, vt fideiussorem minus idoneum cautionis loco ab vsufructuario accipiat.*
27 *Examinatio l. tribus.8. ff. de vsufruct. ear. rerum, &c.*
28 *Paria sunt: non cauere, vel minus idoneè cauere.*
29 *Heres grauari potest, vt pro legatario apud coheredem fidem suam interponat.*
30 *An heres cautionem fructuariam vsufructuario remittere possit.*

1 TVsiis, quod vsufructuarius tenetur præstare heredi cautionem de vtendo fruendo, &c.] Adde, quod † cautionem istam omnis regulariter vsufructuarius præstare teneatur. *l.1. ff. vsufructuarius quemadmod. caueat. l. si cuius.13. §. si vsusfructus.1. ff. de vsufruct. l. vsufructu.4. Cod. eod. capit. vltim. extr. de pignorib. &c.* Eaque regula ampliatur primò, vt † 2 procedat, etiamsi vsusfructus personæ dilectissimæ, vt marito, vxori, vel liberis detur. Nam & hæ personæ cauere debent, se boni viri arbitratu vsuras fruituras, & finito vsufructu rem fructuariam restituturas, *per textum expressum in l.1. Cod. de vsufruct.* vbi maritus, cui ab vxore vsusfructus omnium bonorum testamento constitutus est, tenetur cautionem hanc præstare: nec à cauendi obligatione illum excusat summa coniunctio, quæ ei cum vxore testatrice intercesserat. Et ita, *post Dd. in d. l.1. C. eod. & Decium consil.5.* sentit Arius Pinellus *in l.1. part.2. Cod. de bon. matern. num.75. ampliat.4. &* Ioannes del Castill. *in tractat. de vsufruct. capit.19. numer.10. & 13.* Ampliatur secundo, etiamsi † vsufructuarius simul habitet cum proprietario: quoniam nihilominus cautionis præstandæ necessitas ei incumbit, *argum. leg. penultim. ff. vsufructuar. quemadmod. caueat.* vbi Papinianus, *vsu domus*, inquit, *relicto, viri boni arbitratu cautionem interponi oportet: nec mutat, si pater heredes filios simul habitare cum vxore legataria voluit.* Ita tenent Paulus de Monte Pico *in l. Titia, cum testamento.34. §. Titia, cum nuberet.7. ff. de legat.2. numer.141.* Bartol. *in leg. si, vt certo.5. §. si de me num.3. ff. commodat. & hos referens* Pinelus *dict. num.75. ampliat.8.* Ampliatur tertio, vt † etiam is, qui retento vsufructu bona sua alteri donauit, cautionem tanquam vsufructuarius præbere debeat, *per dict. l.1. §.2. in fin. ff. vsufructuar. quemadm. cau.* vbi dum Vlpianus verbis vniuersaliter positis & amplissimis scribit, cautionem ab vsufructuario præstandam esse, ex quacunque causa constitutus fuerit vsusfructus: vtique eum quoque casum comprehendere voluit, quando quis retento sibi vsufructu, bona sua alteri donauit. Eodem facit *dict. l. vsufructu.4. Cod. de vsufruct.* vbi generaliter ab Alexandro Imp. rescribitur: vsufructum, siue ex testamento, siue ex volontario contractu constitutum, exigere satisdationem. Præterea huic sententiæ ratio iuris suffragatur. Etenim † qui vult antecedens, is vult etiam necessarium consequens: & concessio antecedentis, omne necessarium consequens includit, *argum. l.2. ff. de iurisdict. l.3. §. scio. 2. ff. de minorib. l. ad rem mobilem.56. ff. de procuratorib. l. indebiti. in 47. ff. de condict. indeb. & l. illud.7. ibique Bartol. ff. de acquir. vel omitt. heredit.* Iam vero vsusfructus est antecedens: cuius necessarium consequens est, cautionem præstare de fruendo boni viri arbitrio. *dict. l.1. ff. vsufruct. quemadmod. caueat.* Quare qui omnia bona sua donauit, retento sibi vsufructu, dum voluit vsufructuarius esse, censetur etiam voluisse, & in hoc consensisse, vt præstet cautionem: quod est necessarium consequens vsusfructus. 3 4 5

Non obstat † huic opinationi textus *in l. & exheredatum.49. cum l. seq. ff. de re iudic. & l. diuus Pius. 28. ff. de regul. iur.* vbi traditur; eum, qui omnia bona sua alteri donauit, non amplius esse conueniendum, nec in plus teneri, quam facere possit, deductis alimentis, & aliis rebus ad vitæ sustentationem donatori necessariis. *In proposito namque* casu non conuenitur vsufructuarius vlterius, quam facere possit. Siquidem conuenitur tantum ad cautionem præstandam, quam præstare commode potest: nec ob eius præstationem ad eam detruditur egestatem, vt alimentis necessariis destituatur. Habet quippe bonorum vsumfructum, ex quo sustentare vitam probe poterit. 6

Neque † aduersatur etiam, quod obiicitur; neminem ex liberalitate sua damnum pati, vel liberalitatem suam nemini damnosam esse debere. *l. ad res donatas.62. ff. de ædilit. edict. l. ne liberalitate.50. ff. de re iudic. l.2. Cod. de euictionibus.* 7

Nam breuiter respondetur: non esse damnum, quod † fit volenti: non esse iniuriam, quæ scienti & consentienti infertur. *leg. quod quis. 203. ff. de regul. iur. l.1. §. vsque adeo. ff. de iniur. capit. scienti. 27. de regul. iur. in 6.* Itaque nihil contra iuris regulas committitur, nihilque contra æquitatem inducitur, si vsufructuarius prænominatus cautionem præstare tenetur. Atque ita isthæc sententia satis speciose defendi posse videtur: quamuis contrariam receptiorem 8

rem esse,& in praxi obseruatam, Doctores plerique con-
tendant, Socinus *in l.1.num.16.ff.qui satisdat. cog.* Decius
& Cagnol. *in d.l.diuus Pius.28.ff.de reg.iur.* Corneus *cons.267*
lib.4. Rubeus *cons.54.num.7.& Gozadin.cons.91.num.5.quos*
refert,& tandem sequitur Pinelus *ad d.l.1.part.2.num.80. C.de*
bonis maternis.

Quæro, nunquid testator possit in suo testamento remittere v-
sufructuario, quo minus teneatur dictam cautionem præstare.]
9 Quod † cautio fructuaria à testatore ei, cui vsumfructum
legauit, remitti non possit, vltra Clarum nostrum, *& ab eo*
allegatos, doctores communiter testantur, Paulus de Mō-
te Pico *in d.l.Titia, cum testamento.34 §.Titia, cum nuberet.7.*
ff.de legat.2.quæst.50 num.158. Anton.Gabriel. *communium*
conclusio.lib.5.tit.de vsufruct.conclus.1.num 3. Petrus Peckius
de testament. coniug.libr.5 cap.9.num.3. Simon de Prætis, *de*
interpretat. vltimar. voluntat.lib 4. interpretat.1 solut.5. dubitat.
10.num.74. Ioan.Gutierrez *in repetit.l.nemo potest 55.num.*
276.ff.de legat.1. Paul.Paris *cons.95.& 96.volum.2.* Iosephus
Ludouic. *decis.Perusin.61.num.13.* Ioan del Castillo *d.tracta.*
de vsufruct.cap.15. Gail. *lib.2.obseruat.145.* Donell. *lib.10.com-*
mentar.de iur.ciu.c.14. Anto.Faber *in Iurisprud.* Papin. *lib. tit.*
12.princ.7.illat.7. Michael Graff. *lib.1.recepe.sent. §.testamen-*
tum.quæst.68.num.1. Vasquius *de successio. creat.§.7.num.22.*
Pinel. *ad d.l.1.part.2.nu.75.C.de bon. matern.& nouiter* Hun-
10 nius *lib.2.var.resolut.iur.ciu.tractat.2. quæst.24* Huiusque †
communis opinionis multiplex afferri solet ratio. Tum
quia remissio cautionis fructuariæ est contra bonos mo-
res, ac talis, vt per illam, amoto huius cautionis metu, in-
uitetur fructuarius ad delinquendum, ad male vtendum
re fructuaria, eamque dissipandam. *Et hanc rationem Cla-*
rus quoq; noster hic attingit. Tum quia nemo potest facere
& cauere, vt leges publicæ non habeant locum. *l.nemo.55.*
11 *ff.de legat.1.* Igitur † nec testator poterit in suo testamento
efficere & cauere, ne leges, cautionem fructuariam desi-
12 derantes, locum obtineant. Tum † quia huc confert ex-
pressus textus *in l.scire debetis.7.Cod.vt in possessio.legator.&c.*
vbi Alexander Imp. diserte rescripsit: satisdationem fru-
ctuariam testamento remitti minime posse. Tum etiam
quia Vlpianus ex Proculi mente respondit: adeo vsum-
fructum, cautione illa non præstita, non valere: vt, si satis-
datio omissa fuerit, possit heres rem vsusfructus nomine
traditam vindicare: ita vt si is, cui vsusfructus fuit reli-
ctus, exceptione se defendere nisus fuerit, eam hæres re-
plicatione elidere possit. *l. & si vsusfructus.7.ff. vsufructuar.*
quemadmod.caueat. Ad confirmationem eiusdem senten-
tiæ Clarus hoc loco noster, & cæteri Doctores addu-
13 cunt quoque † textum *in l.1. C.de vsufructu.* vbi Seuerus
& Antoninus: *hi vsusfructus*, inquiunt, *omnium bonorum te-*
stamento vxoris marito relictus est: quamuis cautionem a te pro-
hibuerit exigi: tamen non aliter à debitoribus solutam pecuniam,
accipere poteris, quam oblata secundum formam senatusconsulti
cautione. Verum hæc lex, pensiculatius considerata, ad
propositum non pertinere videtur: cum non de cautio-
ne veri siue proprii, sed quasi seu improprii vsusfructus
loquatur. Primo enim expresse loquitur de pecunia in
vsumfructum data, *ibi, à debitoribus solutam pecuniam, &c.*
14 In † pecunia autem non verum, sed quasi vsum fructum
constitui, patet *ex §. constituitur. 2. Instit. de vsufruct.* Dein-
de loquitur de cautione, secundum formam Senatus-
consulti præstanda. Atqui hanc esse quasi vsusfructus
cautionem, elucescit *ex eodem §. 2.* Veri quippe vsusfru-
ctus cautio ex edicto prætoris præstanda est. *l. 1. ff. vsufru-*
ctuar. quemadm. cau. I[illegible] non male animaduertit *post alios,*
quos citat Hilliger. *in Donell.enucl.lib.10.c.14.ad lit.C.&* Hun-
nius *d.qu.24.ver. pro eadem sententia.&c.*

15 Porro † conclusioni nostræ non refragatur, quod in
iure generaliter traditum est, testatoris dispositionem &
voluntatem pro lege obseruari debere. *l. verbis.120.ff.de*
verb.signific.at.Nouell.22.cap.2. Nam † hoc verum est, si dis- 16
positio testatoris bonis moribus, & legibus publicis, quas
dispositio singularis & priuata tollere aut mutare nequit,
non contrarietur siue repugnet. *l.ius publicum.38.ff. de pact.*
d.l.nemo.55.& l.si quis inquilinos.112.§.penultim.ff.de legat.1. Iam
vero prædictis constat: dispositionem testatoris in pro-
posito casu non solum bonis moribus repugnare: cum ad
peccandum & delinquendum inuitet: sed etiam legibus
scriptis, quibus ad vsumfructum constituendum necessa-
rio requiritur cautio, contrariam esse.

Similiter † non aduersatur, quod quisque rerum sua- 17
rum sit moderator & arbiter, etiam abutendo. *l.in re man-*
data.C. mandati.l.sed et si. 25.§.consuluit.11.ff.de heredit.at.petit.
Ideoque in præsenti quoq; casu testator super re sua, pro
arbitrio, disponere & cautionem fructuariam legatario
remittere possit. *Sic enim* quilibet rerum suarum mode-
rator est atque arbiter, vt tamen arbitrium & moderamen
eius legibus sit adstrictum. Id namque liberum putatur,
quod sub certa lege est liberum: & libertatem legibus es-
se circumscriptam, euincit definitio libertatis tradita à Iu-
stiniano *in §.1.Inst.de iure person.at.*

Nihil † item obsistit, quod ei, cui licet, quod plus est, 18
non sit denegandum, quod est minus. *l.non debet.21.ff.de re-*
gul.iur. Testatori vero liceat totam rem suam plena pro-
prietate relinquere legatario. Igitur eidem, & quidem
multo magis, liceat vsumfructum, cautione remissa, relin-
quere. *Argumentum* † namque à maiori ad minus, & con- 19
tra, procedit, vbi non est diuersa ratio maioris & minoris.
Ast hic diuersa est ratio: si quidem testator donando, aut
legando rem suam, aut rei suæ plenam proprietatem, non
peccat aut delinquit, nec alterum ad delinquendum pro-
uocat. Cæterum vsumfructum alicui, remissa cautione,
legando inuitat legatarium ad delinquendum, & in leges
insuper publicas committit. Dispositionem † autem si- 20
ue conuentionem omnem, quæ turpem continet cau-
sam, & ad delinquendum inuitat, nullius esse momenti,
apparet *ex l.si vnus.27.§.pacta, quæst.4.ff.de pact.l.illud 5.ff. de*
pact.dotalibus. Reliquis argumentis, quæ huic sententia vulgo oppo-
nuntur, vbertim satisfacit Hunnius *loco præallegato.*

Contrarium tenent Bartolus, &c.] Quod † cautio isthæc, 21
quæ ab vsufructuario heredi præstanda est, per testato-
rem, qui vsumfructum improprium rerum fungibilium,
quæ ipso vsu conteruntur, reliquit, remitti haud possit,
præter Clarum nostrum, *& alios ab ipso hic allegatos*, tenent
Simon de Prætis *.de interpretat. vltim.at. volunt.libr.4.inter-*
pret.1.solut.5.dubitat.10.num.79. Pinel. *in d.l.1.part.2.C.de bon.*
matern.num.76.vers.ampliatur etiam, &c. Hotoman. *in d.l.1.*
C.de vsufruct. Donell. *lib.10.Comment.ar.de iur.ciu.cap.4. ibique*
Hilliger. *in suis not.ad lit.E.* Fachin. *lib.8. controuers.cap.42.*
Iohan.del Castill. *d.tract.de vsufr.c.15.num.32. hosque referens*
Hunnius *d.lib.2.var.resolut.iur.ciu.tract.2.quæst.31.* Horum-
que sententia primo perspicue confirmatur *ex d.l.1. C.de*
vsufruct. vbi diserte sancitur: cautionem fructuariam à
testare non posse remitti. Quam legem de cautione quasi
siue improprii vsusfructus accipiendam esse, iam supra o-
stensum est, *num.13.* Deinde † *in l.si pecunia.6.ff. vt in possess.* 22
legatorum, &c. dicitur, vsufructu pecuniæ constituto, agi
cum herede huius vsusfructus nomine non posse, nisi sa-
tisdatum fuerit. Pecuniam autem in hac materia æqui-
parari iis, quæ vsu consumuntur, clarescit *ex d.§.2.Instit.de*
vsufruct. Præterea † quoties actus aliquis sub conditione 23
fieri permittitur, tunc nisi impleta fuerit conditio, actus
perfectus non censetur: quoniam, deficiente conditio-
ne, actus quoque deficit, & ea existente, actus demum vi-
res accipit. *§.sub conditione.4.Instit.de verb. obligat.* Atqui v-
susfructus in rebus illis, quæ vsu consumuntur, sub con-
ditione constitui permittitur senatusconsulto: sub hac,
inquam, conditione, si satisdatio præstita fuerit. *d.§.2.ibiq.*
ita

ita datur legatario, vt eius fiat, &c. Inſtit. de vſuſruct. Accedit,
24 quod † teſtator non poſſit accidens ſine ſubiecto, vel vero, vel ficto conſtituere. Sed ſi teſtator in teſtamento cautionem fructuariam remitteret: accidens, nempe vſumfructum, ſine ſubiecto conſtitueret: cum ſubiectum, ſcilicet fictum, quaſi vſusfructus cautio intelligatur. *d. §.*
25 *2. Inſtit. d. tit.* Denique † licet de ſuo iure quiſque, pro ſe peculiariter inducto, paciſci queat. *l. 2. §. ſed quia. 4. C. de iureiurand. propt. calum. dand.* nemo tamen cauere poteſt, ne leges in ſuo teſtamento locum habeant. *d. l. nemo. 55. ff. de legat. 1.* Quare cum cautio fructuaria iure publico, id eſt, ſenatuſconſulto ſit inſtituta: caueri in teſtamento, ne illa præſtetur, non poteſt. *Quæ porro huic ſententiæ obſtare videntur, diluit* D. Hunnius *loco præallegato.*

Addenda hic eſt illa ſatis controuerſa quæſtio: vtrum
26 † teſtator, qui cautionem fructuariam in præiudicium heredis remittere nequit, poſſit ſaltem grauare heredem, a quo vſumfructum legauit, vt fideiuſſorem inopem, ſiue deploratæ fortunæ hominem, teſtamento deſignatum, cautionis loco ab vſufructuario accipiat? Et affirmatiue non pauci concludunt, Baldus, Angelus, Salicet. *& alii, quos citat & ſequitur* Simon de Prætis, *de interpretat. vltim. ar. volunt. d. lib. 4. interpret. 1. ſolut. 5. dubitat. 10. nu.*
27 *74. idque per † textum in l. tribus. 8. ff. de vſufruct. ear. rerum, &c.* Quæ certe lex, ſi penitius inſpiciatur, nihil plane probat. Non enim agit de fideiuſſore paupere, ſed de vno ex coheredibus grauato, vt pro legatario vſusfructus fideiubeat.

Qui quidem coheres cum in parte hereditatis à teſtatore inſtitutus fuerit: ſecundum communiter accidentia non pauper, ſed ad fideiubendum idoneus fuit. Rectius ergo, & quidem frequentius Doctoribus placuit; non poſſe teſtatorem, qui vſumfructum alteri legauit, onerare ſiue compellere heredem, vt egenum, vel aliter non idoneum fideiuſſorem accipiat. Paria namque ſunt:
28 cautionem † prorſus remittere, vel cogere heredem ad fideiuſſorem inopem accipiendum, *argum. l. quotiens. 6. ff. qui ſatiſdare cogant. & l. 3. ff. de fideiuſſorib.* vbi habetur: paria eſſe, non cauere, vel minus idoneè cauere. Cum igitur teſtator cautionem fructuariam remittere nequeat: conſequens eſt, nec iubere eum poſſe, vt heres pauperem fideiuſſorem accipiat. *Atque ita ſentiunt* Hannibal *in d. l. nemo. 55. num. 184. ff. de legat. 1. & ibidem* Gutierrez *num.* 289. Pinel *in d. l. 1. part. 2. num. 76. ad finem. C. de bon. matern.* Petrus Surd. *deciſ.* 119. *num.* 2. *&* 6. Molina, *de Hiſpanor. primogenit. lib. 1. c. 15. num. 18.* & Iaſon. del Caſtillo *d. tract. de vſufruct.*
29 *cap. 15. num. 4.* Etſi † vero legatario, cui vſusfructus eſt relictus, cautio à teſtatore remitti nequit, *vt hactenus demonſtratum*: nihil tamen impedit, quo minus vnus, pluresue ex coheredibus grauari poſſint, vt pro legatario apud coheredem fidem ſuam interponant, *per textum apertum in d. l. tribus. 8. ff. de vſufruct. ear. rer. &c.* Nec enim hac ratione ſatiſdatio remittitur: ſed onus ſatiſdationis ab vſufructuario in alium transfertur: quod iure prohibitum non eſt: ſiquidem ſufficit, à quocunque ſatiſdari, dummodo ſatiſdatum fuerit, *argum. l. ſi legatarii. 11. ff. vt legator. ſeu fideicommiſſor. ſeruandor. cauſ. caueatur.* Reliqua huc pertinentia explicuimus abunde *ad dict. §. 2. Inſtitut. de vſufructuar. numer. 11. & ſeqq. item numer. 187. & ſequentibus.*

30 *An autem † heres poſſit hanc cautionem vſufructuario remittere.*] Quod heres, poſtquam ſucceſſit, cautionem fructuariam vſufructuario remittere poſſit, tradunt *Gloſſ.* Bartol. Bald. *& alii communiter in d. l. 1. C. de vſufruct.* Ripa, Crot. & Hannibal *in d. l. nemo. 55. ff. de legat. 1. & alii, quos refert & ſequitur* Michael Graſſus *libr. 1. recept. ſent. §. teſtamentum, quæſt. 68 num.* 4. Tametſi nonnulli contrarium ſpecioſe defendant, Anton. Faber. *dict. lib. 1. Iuriſpru. Papin. tit. 12. princip. 7. illat. 7.* Hilliger. *in Donello enucleat. lib. 10. cap. 4. ad lit. E. &* Hunnius *d. lib. 2. variar. reſolut. tract. 2. quæſt. 31. in fine.*

QVÆSTIO LXV.

S V M M A R I A.

1 *Teſtator ſolennia teſtamentorum immutare nequit.*
2 *Teſtator non poteſt prohibere inſinuationem teſtamenti, à ſtatuto requiſitam.*

S*Tat ſtatutum, quod teſtamenta inſinuentur.*] Cum † te- 1
ſtator non poſſit immutare ea, quæ pro ſolennitate teſtamentorum requiruntur: recte illum nec † poſſe 2
prohibere inſinuationem teſtamenti, ex ſtatuti diſpoſitione vel conſuetudine requiſitam, poſt Clarum noſtrum, *& Doctores ab eo memoratos*, tradunt Antonius de Canario *in tractat. de inſinuat. inſtrument. quæſtio. 62.* Vaſquius *de ſucceſſio. creat. §. 9. numer. 1.* hoſque referens Michael Graſſus *libr. 1. recept. ſentent. §. teſtamentum, quæſtion. 65.*

QVÆSTIO LXVI.

S V M M A R I A.

1 *Inuentarium quid ſit, & vnde dictum.*
2 *Forma inuentarii in quo conſiſtat.*
3 *An & quatenus teſtator heredi confectionem inuentarij remittere poſſit, remiſſiue.*
4 *Effectus inuentarij varij & multiplices.*
5 *Ecquid teſtator tutori confectionem inuentarii remittere poſſit.*
6 *Num Magiſtratus tutori confectionem inuentarij mandare queat.*
7 *Magis vtilitatem pupilli, quam teſtatoris voluntatem Magiſtratus ſequi debet.*

C*Onfectionem inuentarii.*] Adde, quod † inuentarium 1
nihil ſit aliud, quam ſcriptura quædam publica, continens omnium, quæ reperiuntur in hereditate defuncti, deſcriptionem: ſic dictum, quod ibi res ſint, quæ quæſitæ inde inueniri & reperiri poſſint. *l. vltim. C. arbitrium tutelæ.* Sichard. *in l. vltim. num. 6. Codic. de iur. deliber. and.* Donell. *lib. 7. Commentar. de iur. ciu. cap. 3. pag. 124. num. 4.* Vnde etiam repertorium appellatur ab Vlpiano, *in l. tutor, qui repertorium. 7. ff. de adminiſtrat. & peric. tutor. &c.*

Forma † illius in eo potiſsimum conſiſtit: vt, intra 2
triginta dies, à tempore delatæ hereditatis, citatis iis, quorum intereſt, adhibito Notario & teſtibus, inchoetur: ac intra ſexaginta dies, ſi bona ſint præſentia; ſi vero diffuſa, intra annum abſoluatur. *dict. l. vltim. §. ſin autem dubium. 1. & §. ſeq. C. de iur. deliber.* Mynſinger. *in §. ſed noſtra. 6. Inſtitut. de hered. qualit. & differ. numer. 3. & ſeqq.* Guid. Papæ *in tractat. de form. confic. inuent.* Franciſcus Porcellinus *in tractat. de inuentar. capit. 3.* Monticulus *in tractat. de inuentar.* D. Collega Bocer. *claſſ. 3. diſputat. 11. th. 66. edit. 2* Fachin. *lib. 4. controuerſ. iur. c. 25. & 26.* Sane noſtris moribus in confectione inuentarii cuiuſque regionis mos & conſuetudo ſeruanda eſt: cum in eo hodie conſuetudo locorum dominetur, *iuxta* Baldum *in auth. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falcid. quem referendo ſequitur* D. Georg. Obrecht *diſp. 20. th. 567. & ſeq.*

Quod testator non potest remittere heredi confectionem in-
3 *uentary.*] An † & quatenus testator hæredi confectio-
nem inuentarii remittere possit, post Clarum nostrum
& alios, quos citat, pulchre declarat Michael Grassus *libr.*
1. recept. sentent. §. testamentum, quæstio. 71. *num.*4. Cæte-
4 rum † effectus inuentarii varii sunt. I. Eo solenniter
confecto, heres vltra vires hereditarias non tenetur. *dict.*
l. vltim. §. & si præfatam 4. *Cod de iur. deliber § sed nostra.*6.
Institut. de hered. qualit. & different. II. Pendente inuen-
tarii confectione, non potest conueniri a creditoribus.
*dict. l vltim. §. donec tamen.*11. *C. de iure deliberand* III. Le-
gis Falcidiæ beneficio in legatis vti potest. *dict. l. vltim.*
§. & si præfatam. 4. *Cod eod.* Ante omnia autem æs alie-
num, funeris impensas, & precia seruorum manumis-
sorum deducit. *§ cum autem* 3. *Institut. de lege Falcid. dict. l.*
vltim §. in computatione. 9. *Cod. de iur deliber.* IV. Cre-
ditores hereditarias in solutum accipere compelli que-
unt, si in hereditate non sit pecunia: nec heres tenetur
vendere, & se pro euictione obligare, *argum. l. non du-*
*bium.*14. *§. vltim. ff de legat.*3. *dict. l. vltim. §. & si præfatam* 4.
Cod. de iur. deliber. Mynsinger. *in dict. §. sed nostra.* 6. *num* 13.
Institut. de hered. qualit. & differ. Fachin *lib.* 4 *controuers. iur.*
*cap.*39. V. Hæres potest creditoribus, vel legatariis,
primo venientibus, bona fide soluere, donec aliquid
ex defuncti substantia superest. Et propterea si postea
creditores superuenerint: nulla eis contra heredem da-
tur actio, toto patrimonio defuncti distributo: sed con-
tra legatarios, vel creditores, quibus res hereditariæ in
solutum datæ sunt, vel pecunia, ex illarum venditione
redacta, satisfactum est, actionem hypothecariam, vel
conditionem ex lege, vel aliam competentem actionem
instituere possunt *dict. l. vltim. §. & si præfatam* 4. *C. de iur.*
deliber. VI. Hæres, qui confecit inuentarium, ex inte-
ritu rerum hereditariarum nullum damnum sentire de-
bet. *dict. l. vltim. §.*4. *ibi, hereditatem sine periculo habeant.*
Cod. d. titul. Nouell. 1 *capit.*2. *§.*1. *ibi, homines excepimus ex da-*
mno, &c. Fachin. *libr* 6. *controuers. iur. cap.*30. *vbi vtram-*
que in partem plures Auctores citat. VII. Obligationes & a-
ctiones heredis contra defunctum, confecto inuenta-
rio, non confunduntur: hoc est, si heres est creditor
defuncti, beneficio inuentarii adhuc eius creditor ma-
net. *dict. l. vltim. §. in computatione.* 9. *C. de iur. deliber.* Hu-
iusque ratio est: quia confectio, inuentarii heredem in
eo statu propter ipsius commodum constituit, quo
fuit ante hereditatis aditionem, At tum obligationes
& actiones contra defunctum non fuissent confusæ. Er-
go quoque nec postea, D. Obrecht. *dict. disputat.* 20. *th.*
608. VIII. Heredi cum inuentario non defertur iu-
ramentum in litem, etsi moram faciat, *dict. l. vltim § sin*
*autem.*14. *versic. quod si post. Cod de iur. deliber.* Et ratio est:
quia inuentarium omnem doli & fraudis suspicionem
tollit, ob quam hoc iuramentum deferri solet. *l. in a-*
*ctionib.*5. *§. sed in his omnibus.*3. *ff. de in lit. iurand* D. Obrecht.
dict. disputat. 20 *th.* 623. *vbi à thesi* 573. *vsque ad dict. th.*623.
& alias repertorii vtilitates neruose explicat. Easdem quoq; affert
& recenset Rittershusius *in exposit. Nouell.*11. *part.*16. *c.*8. *num.*
17. *& aliquot seqq.*

An possit testator remittere tutori confectionem inuentary.]
5 Dispositione † testatoris inuentarii confectionem pro-
hiberi, vel remitti tutori posse, vltra Clarum nostrum
& ab eo relatos, censent Rolandus à Valle *in tractatu.*
de inuentar. capit. 2. *num* 8. Mantic. *in tractat. de inuen-*
*tar. in princip. num.*36. Vasquius *de success. creat. §.* 10. *nu-*
mer. 67. *hosque referens* Grassus *dict. §. testamentum, quæst.*
71. *num.*1. *&* 2.
6 *Nunquid poterit iudex illum cogere.*] Siue † inuentarii
confectio per testatorem prohibita, siue remissa tuto-
ri sit: voluntate tamen testatoris nihil obstante, magi-
stratu propter vtilitatem pupilli, tutori aliqua de causa
suspecto, inuentarii confectionem mandare poterit:
vt, præter Bartolum & Couarruu. *hic à Claro citatos*, no-
tant Baldus, Cynus, Salycetus *& alij in l. vltim. § illo. Cod.*
arbitrium tutel. Soarez. *in thes. commun. opin. lit.* I. *num.*178.
Grassus *dict. quæst.*71. *num.*3. Manzinus *in tractat. de tutel.*
*quæst.*3. *tertia quæst. princip. num* 6. Magis † enim vtilita- 7
tem pupilli, quam testatoris voluntatem magistratus se-
qui debet. *l. in confirmando.* 8. *& l vtilitatem.* 10. *ff. de con-*
firmand. tutor. Iodoc. Damhaudet. *in tractat. de patrocin.*
*pupill. cap.*4. *num.*21. *cum seqq.* D. Obrecht. *in disput.* 18. *de*
patrocin. pupill. th. 405. *& seq. Eamque rem explicatius tra-*
*ctauimus ad princip. titul. Institut. de legit. agnat. tutel. num.*7.
& seqq.

QVÆSTIO LXVII.

S V M M A R I A.

1 *Vtrum testator possit prohibere diuisionem inter heredes.*
2 *An diuisio perpetuo perhiberi non possit, licet iuramentum in-*
teruenerit.

AN *testator † possit prohibere diuisionem inter heredes.*] 1
Quod testator non possit iubere, vt heredes per-
petuo stent in communione, & ne fiat vlla diuisio bono-
rum, tenent quoque Paulus de Castro & Ripa *in l nemo*
*potest.*55. *ff. de legat.*1. Vasquius *de successiom. creat. §.*7. *num.*
1. *cum seqq.* & Grassus *libr.*1. *recept. sentent. §. testamentum,*
quæstio. 72. *num.* 1. *&* 2. Ac † sane diuisio adeo perpe- 2
tuo prohiberi non potest, vt etiamsi filii iurassent ser-
uare, quoad hoc, dispositionem patris: tamen ipsi mu-
tuo consensu diuidere non prohibeantur. *Ita scribunt*
Oldrad. *consil.* 242. Vasquius *d. §.*7. *num.*4. *&* Grassus *d.*
*quæst.*72. *num.*3.

QVÆSTIO LXVIII.

S V M M A R I A.

1 *An & quatenus rei legatæ dominium sine possessio transeat in*
legatarium.
2 *An testator possit concedere licentiam legatario capiendi pro-*
pria auctoritate rem legatam.

L*Egatarius debet capere rem legatam de manu heredis.*] Huic 1
non obstat, quod † rei legatæ dominium recta via
à testatore in legatarium, sine vllo heredis facto, tran-
seat. *l. a Titio.*64. *ff. de furt. l. legatum.*80. *ff de legat.*2. *l.* 1. *in fin.*
ff. de Public. in rem act. Nam dominium distinguendum
est à possessione; vt hæc ab herede, illud à testatore pro-
ficiscatur.

Et quidem adeo necessaria est, ratione possessionis,
heredis præstatio; vt si legatarius propria auctoritate,
post aditam hereditatem, & possessionem rei legatæ per
heredem apprehensam, legatum occupet, aut subtra-
hat, legatum perdat. *l. non est dubium.* 5. *Cod. de legat. ibique*
gloss. Godofred. Cynus, Iacob. Butrigar. Bartol. Bald An-
gel. Salicet. Iason *& Dd. communiter. late* Gomez. *tom.*1. *va-*
*riar. resolut. cap.*12. *de legat. num.*10. Huceque referri pote-
runt, quæ notauimus *ad §.*1. *Institut. de legat. num.*18. *cum*
seqq. & §. creditor. 4. *Institut. quib. mod. re contrahit. oblig num.*
219. *& seqq.*

Nun-

Nunquid † possit testator in suo testamento concedere licen-
2 *tiam, &c.*] Quod testator possit dare licentiam legatario capiendi propria auctoritate rem legatam, post Clarum hoc loco nostrum, *& alios*, testatur Vasq. *de successión. creat.* §.9.*n.*16.*&* Grassus *lib.*1.*recept.sent.* §.*testamentum, quæst.*67. *item* §.*fideicommissum.q.*43. *nu.*6.*&* 7.

QVÆSTIO LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Semel heres, semper heres manet.*

ITa vt heres desinat esse heres.] Hæc regula (qua dicitur,
1 eum, qui † semel heres extitit, semper manere heredem) probatur *per l.*1*.ait prætor.*7.§.*sed quod Papinianus.*10.*in fine.ff. de minorib.& l.ei, qui soluendo.*88.*in fine.ff. de heredib.instituend.*

QVÆSTIO LXX.

SVMMARIVM.

Testator an possit disponere, ne eius bona pro legatis sint hypothecata.

NVnquid testator possit in suo testamento iubere, ne eius bo-
1 *na sint legatariis hypothecata.*] Quod † testator possit disponere, vt bona ipsius non sint hypothecata pro legatis, post Clarum nostrum, tradunt quoque Antonius Negusantius *in tractat. de pignoribus part.*2. *membr.* 4.*num.*161: Vasquius *de success. creat.* §.9.*numer.* 8.*& alii, quos refert & sequitur* Michael Grassus *libr.* 1. *recept. sentent.* §. *legatum. quæstion.*76.*num.*4.*&* §.*testamentum, quæstio.*66.

QVÆSTIO LXXI.

SVMMARIA.

1 *Ecquid testator possit prohibere alienationem bonorum ipsius heredis.*
2 *Testator non minus de re heredis, ac re propria, testari potest.*

NVnquid possit testator prohibere heredi alienationem rerum
1 *ipsius heredis.*] Quod † testator non possit prohibere alienationem bonorum ipsius heredis, post Clarum nostrum, docet Michael Grassus *libr.*1. *recept. sentent.*§. *te-*
2 *stamentum.quæst.*73.*num.*3. Cæterum † quod testator non minus de re heredis, etiam eundem grauando, ac re propria, testari valeat, tradunt Surdus *consil.* 215. *num.* 14. *volum.* 2. *&* Fridericus Pruckman. *consil.* 48. *num.* 113.*& seqq.*

QVÆSTIO LXXII.

SVMMARIVM.

1 *An & quatenus filius legitimam ex fideicommisso detrahere possit, remissiue.*

SEmper filius potest legitimam ex fideicommisso detrahere.] An
1 † & quatenus filius legitimam ex fideicommisso detrahere possit, vltra Clarum nostrum, *& ab eo hic commemoratos*, fusius explicant Antonius Gomez. *tom.*1. *varia. resolut.iur.ciuil.cap.*11.*num.*24.*cum seq.* Fernand.Vasq. *de success.creat.*§.10.*nu.*418 *cum seqq.&* Grassus *lib.*1.*recept.senten.*§. *legitima. quæst.*38 *nu.*3.*& seqq.*

QVÆSTIO LXXIII.

SVMMARIA.

1 *Generali liberatione, tutoribus, cæterisque alienarum rerum administratoribus legata, non continentur, quæ actione reali vindicari possunt.*
2 *Quæ sit huius rei ratio.*
3 *Cui reddendarum rationum liberatio legata est, ei non remissa iudicatur reliquorum solutio, & multo minus id, quod dolo neglectum probatur.*

AN † possit testator legare administratori vel tutori liberatio- 1
nem à ratione reddenda.] Addendum hoc loco primum: generali liberatione tutoribus, curatoribus, cæterisque alienarum rerum administratoribus legata, non intelligi comprehensa ea, quæ actione reali vindicari possunt *l. Aurelius.*28.§.*Mænia.*4.*vbi gloss.* Bartol. Alberic. *de Rosat.& Dd.communiter.ff.de liberat.legat.* Michael Grassus *lib.*1.*recept.sent.*§.*legatum.quæst.*40.*num.*3. Treutler. *volum.*2. *disput.*13.*lib.*4. *lit.K.* Ratio huius est perspicua: quoniam † ille, qui liberatur, ab obligationē liberari reputatur. At 2
cum actione in rem quis conuenitur: non vt obligatus, sed vt possessor in iudicium vocatur *l. officium.* 9. *ff. de rei vindicat. l.vnic. C.de alienat. iudic.mutand.caus. facta.* Deinde & illud addendum: eo casu, quo † quis à reddendis ratio- 3
nibus liberatur, non videri reliquorum solutionem remissam esse: multo minus id, quod dolo consumptum & neglectum esse, probari potest. *l.si quis rationes.*9.*d.l.Lucius.* 12.*d.l.Aurelius.*28.§.*Titius.ff.de liberat.legat.l.tres fratres.*35.*ff.de pact.* Grassus *d.*§.*legatum,qu.*40.*num.*5. Alciat. *de præsumpt. reg.*1.*c.*6.Couarruu. *libr.*2.*var.resolut. cap.*14.*num.*1.*cum seqq.* Gomez.*tom.*1.*var.resolut.cap.vltim.num.*83. Schneidevvin. *ad* §.*si quis debitori.* 13.*num.*2.*& ibid.* Heigius *num.*9.*Institut. de legatis.*

QVÆSTIO LXXIV.

SVMMARIA.

1 *Ius accrescendi vnde descendat.*
2 *Ius accrescendi quare introductum.*
3 *Ius accrescendi dicitur tacita quædam substitutio.*

NVnquid testator possit in suo testamento prohibere ius accre-
scendi.] Hic addendum; ius † accrescendi principaliter prouenire ex legis dispositione: secundario vero ex tacito testatoris iudicio, seu tacita & coniecturata voluntate defuncti: & † ideo introductum esse, ne testatorem pro parte testatum, pro parte intestatum decedere contingat, *contra l. ius nostrum.*7.*ff.de reg.iur.* Hinc est, quod † ius accrescendi dicitur tacita quædam substitutio. Et ita communem vbique se habere sententiam, testatur Alcia. *lib.*4.*paradox.cap.*8.Emanuel Soarez. *in addit. ad* Gomez. *tom.*1.*varia.resolut.cap.*5.*num.*34.*hosque citans.* Michael Grassus *lib.*1.*recept.sent.*§. *ius accrescendi.quæst.*1.*& seqq. vbi istam materiam latissime persequitur: deque illa nos nihil attulimus ad* §.*si eadem res.*8. *Instit. de legatis.*

QVÆSTIO LXXV.

SVMMARIA.

1 *Contractus an in testamento celebrari possit.*
2 *Nullus actus alienus testamento intermisceri debet.*
3 *Contractus & testamentum actus sunt diuersi.*
4 *Differentia inter testamentum & contractum.*
5 *Sententia l.cum antiquitas.28.C.de testam.*
6 *Exceptio confirmat regulam in casibus non exceptis.*
7 *Cur actus extranei in testamento conficiendo prohibeantur.*
8 *Intellectus l.non est mirum 20.ff.de pignerat.act.*
9 *Intellectus l.assignare.7.ff.de assignand.libert.*
10 *Intellectus l.cum pater.77.§.filius.23.ff.de legat.2.*
11 *Intellectus l.1.§.1.ff.de verb.obligationib.*
12 *Intellectus l.quæ extrinsecus 65.ff. de verb.obligat.*
13 *Intellectus l.testamentum.17.C.de testam.*
14 *Intellectus l.etiamsi querela.11.ff.de inoffic.testam.*
15 *Intellectus l.cum qui decedens.37 §.5.ff.de lega.3.*
16 *Intellectus Nouell.107.cap.1.*
17 *Diuisio in quibus conueniat cum emptione, & in quibus ab ea differat, remissiue.*

1 T*Enuit simpliciter, quod sic, &c.*] Hanc sententiam (quod † scilicet in testamento contracto, celebrari possit) tanquam communiter approbatam, *præter Doctores, quos Clarus hoc loco allegat.* amplectuntur Bartolus, Bald. Angel. Ioannes ab Imola, Paul. Castrens. Franciscus Aretinus, Iohannes Dauthius, *& alii in l. heredes palam.21.§.vltim.ff. qui testam.fac.poss.* Cynus, Fulgosius, Salicet. Iason, Albericus de Rosate, & Gilkenius *ad l. cum antiquitas. 28.C.de testam.* Loriot. *in apicib.iur.titul. de testam.ordinand. axiom.25.* Connan. *lib.9.Commentar.iur ciuil.c.2.num 2.* Ioan. Dilect. Durant. *in tract.de art.testand.tit.6.cautel.3.num.2.* Michael Grassus *lib.1.recept.sent.§.testamentum,quæst.60.num.2.* Fernandus Vasquius *de success.creat.& progress.lib.3.§.23.num.4.* Duaren. *in Comment.ad tit.ff.qui testam fac.poss.in rubr.de nuncupatiuo testam.versic. quæstio hic tractatur, &c.* Reusner. *in tractat. de testament part.3.cap.28 num.7.cum seqq.* *Tiraquell. ad leg.connubial.gloss.5.num.101.vbi plures citat.* Verum contrariæ sententiæ adstipulantur Viglius *in § sed cum paulatim.3.num.5.Instit de testament. ordinand. ibique* Ricciardus *num.207.* Fachineus *lib.5 controuers iur. c.32.§.ego vero priorem,&c.* Bronchorst. *cent.2.* ἐναντιοφανῶν. *assert.29.edit.1.* Arumæus *Exercitat. Instin.7.thes.18.* Matth Stephani *cent. 2.quæst.60.* Stuckius *part.1.Exercitat. Instin.dicad 6 assert.3. lit.E.pag.266.* Hunnius *disput.8.th 5.& lib.2.variar. resolut. iur.ciu.tract.5.quæst.4.* Pro cuius sententiæ confirmatione primo facit *dict.l.heredes palam.21.§.fin.ff. qui testam.fac.poss.*
2 vbi aperte respondetur: nullum † actum alienum, & à testamento diuersum, testamento intermisceri posse.
3 Contractum † autem & testamentum esse actus separatos ac diuersos, euincitur *ex l.verba,contraxerunt. 24.ff.de*
4 *verb.signific.* Idque clarius inde perspicitur: quod † testamentum morte testatoris confirmatur, & ad vltimum vsque vitæ spiritum reuocari potest. *l 4.ff. de adimend. vel transfer.legat.l.1. C de SS. Eccles.* contractus vero consensu perficitur, semelque initus reuocari nequit. *l. in commodato.17.§ sicut.ff.commodati.l.si mand.uero.22.§.vltim ff man-*
5 *dat.l.sicut.5.C.de obligat.& actionib.* Deinde † huc confert *d.l.cum antiquitas.28.C. de testam.* vbi à regula, quod nulli actus extranei in testamento interuenire debeant, excipiuntur solum exempla, quæ causam necessitatis conti-
6 nent. Ast † exceptionem confirmare regulam in casibus non exceptis, notum est. *l. quæsitum.12. § denique Neratius. 43. vbi Bartol. ff.de instruct.& instrum.legat.Nouell.a capit.2.*

Accedit præterea euidens ratio: quandoquidem † ideo 7
potissimum actus extranei in testamento conficiendo prohibentur, ne testator ab officio testandi, & conuenienti deliberatione, quam res illa exigit, auocetur. Hoc autem incommodi vitari neutiquam poterit, si contractus temere interponantur.

Huic (quam & ego veriorem censeo) assertioni primo non † obstat *l.non est mirum 26.ff.de pigneratit.act.* vbi tra- 8
ditur, pignus testamento constitui posse. *Hoc enim* sic accipiendum est: testatorem voluntatem suam de pignore alicui constituendo, in testamento declarare, & heredi suo necessitatem pignoris constituendi imponere posse. Secundum quam interpretationem contractus pignoris testamento non celebratur: sed testatoris tantummodo voluntas vltima de pignore constituendo declaratur.

Secundo non † obstat *l. assignare. 7.ff.de assignand.libert.* 9
vbi respondetur, assignationem liberti per testamentum fieri posse. *Hæc namque* assignatio non est contractus: cum nihil negocii cum eo, cui etiam absenti libertus potest assignari, testator gerat: sed voluntatem duntaxat suam sine contractu exponat. Sicuti etenim patronus de suis bonis inter liberos disponere; ita etiam libertos vni adimere, & alteri assignare vel nutu potest. *l.1. §. assignare ff. eod tit.*

Tertio non † obstat *l. cum pater.77.§.filius.23.ff.de legat.* 10
2. vbi testator iureiurando heredem adstringere potest, vt aliquid faciat. *Quoniam* iuramentum non inter contractus refertur: sed religiosa affirmatio, seu declaratio voluntatis, inuocatione diuini nominis confirmata, censetur, *vt latius explicuimus ad principium tit. Instit.de pœna temere litigant.num 9.& seqq.*

Quarto non † obstat *l.1.§.1.ff.de verbor. obligationib.* vbi 11
media impertinentia non impediunt stipulationem: ac proinde nec vitiari debet testamentum, aliquo extraneo actu interueniente. *Nam* hic legis istius sensus est: quod si præsens interrogauerit, mox discesserit, ipsique paulo post reuerso responsum sit, obligationem contrahi, nec interuallum medium eam vitiare. Quod tamen ita exaudiendum est; vt in interuallo isto intermedio nullum negocium extraneum, & à stipulatione alienum, fuerit susceptum aut peractum: *l.si ex duobus.12.in fine principii.ff. de duob. reis constituend.*

Quinto non † obstat *l.quæ extrinsecus. 65.ff.de verbor. ob-* 12
ligationib. vbi hæc verba (*arma virumque cano*) inter ipsam interrogationem & responsionem interposita, non intrant stipulationem, nec cum eius negocio quicquam commune habent: cum tamen & stipulationis actus continuus esse debeat *l.continuus.137.in princ.ff.dict.tit.* Etenim *in d.l.65.* non interuenit actus aliquis extraneus inter interrogationem & promissionem: sed interiecta sunt tantum verba quædam ad rem ac negocium præsens nihil pertinentia. Alias sane in stipulatione, si promissor, priusquam respondeat, ad alia negocia discesserit, licet illis peractis, responderit, nihil omnino actum intelligitur. *dict. leg. si ex duobus. 12. ff. de duobus reis constituend.*

Sexto non † obstat *l. testamentum.17. C.de testament.* ex 13
qua patet, quod actus superfluus aut extraneus, in testamento interueniens, testamentum vitiare non debeat. *Quandoquidem* Impp. Arcadius & Honorius ibi non de actu aliquo extraneo, & à testamento alieno, sed de cautela superflua, ipsum testamenti negocium concernente, loquuntur.

Septimo non † obstat *l.etiamsi querela.11.ff. de inoffic. te-* 14
stament. ex qua colligitur, mortis causa donationem testamento fieri posse: cum tamen hæc donatio consensum eius, cui donatur, requirere; adeoq; aliena esse à testamento videatur: *l.inter mortis.38.ff.de mortis caus. donationib.*

Quia

Quia respondetur: donationem illam respicere etiam ad id, quod quis post mortem suam fieri velit: ac proinde non plane à testamento alienam: hodieque legatis per omnia exæquatam esse. *l. illud generaliter. 37. ff. dict. titul. l. vltim. C. de donat. caus. mort.* Quemadmodum ergo legata in testamento relinqui possunt, nec vitiant testamentum: ita quoque donatio mortis causa testamento fieri potest.

15 Octauo non † obstat *l. cum quis decedens. 37. §. codicillis. 5. ff. de legat. 3.* vbi depositi contractus proponitur in testamento celebratus. Nam in codicillis, de quibus lex illa loquitur, non est contractum depositum: sed de illo, quod iam antea contractum fuit, cauetur in codicillis, vt restituatur ei, cui ex depositi conuentione fuit restituendum. Tametsi alii respondeant: legem illam expresse loqui de codicillis: nos vero de testamentis: non autem eadem in codicillis obseruari solennia, quæ in testamento desiderantur *§ vlt. inst. de codicill.*

16 Nono haud † obstat *Nouell. 107. cap. 1.* vbi diuisio in testamento patris inter liberos fieri potest. Atqui diuisio emptionis vicem obtinet. *leg. 1. Cod. communia vtriusque iudicii, &c.* Respondetur enim: patrem diuidendo res suas inter liberos non contrahere, sed potius voluntatem suam declarare, *vt perspicue indicat textus dicta Nouell.*
17 *107. capit 1.* Cæterum † diuisio in quibus cum emptione conueniat, & in quibus ab ea differat, dilucide explicat Sichardus *in dict. l. 1. Codic. commun. vtriusque iudic. num 5 & seqq.* Reliqua, communis opinionis argumenta, refutauimus *in §. sed cum paulatim 3. Instit. de testam. ordinand. num. 9. & seqq.*

QVÆSTIO LXXVI.

SVMMARIA.

1 *Quatenus expressa testatoris voluntas spectanda.*
2 *Vna pars testamenti declaratur per aliam.*
3 *Testator in dubio censetur velle minus grauare heredem, quam fieri possit.*
4 *Legatum in dubio ab herede relictum præsumitur.*
5 *Mens testatoris in dubio præsumitur fuisse consentanea dispositioni iuris communis.*

NOn solum attendenda est testatoris voluntas expressa, sed etiam illa, quæ ex coniectura colligitur.] Quod pronun-
1 ciatum intelligendum est, vt † procedat, nisi voluntas testatoris fuerit expressa per verba penitus inepta, & incongrua. Si tamen mens testatoris ex præcedenti dispositione testatoris appareat: illa spectanda est, licet per verba inepta postea fuerit expressa. Ita, post Socinum sen. *in l. in ambiguo. numer. 7. ff. de reb. dub. & alios,* tradunt Michael Grassus *lib. 1. recept. sentent. § testamentum. quæst. 76. num. 3.* & Franciscus Mantica *in tractat. de coniectur. vltimar. volunt. lib. 3. tit. 3. num. 17. Quo in titulo quemadmodum testatoris voluntas obseruari debeat, ex professo dilucide exponit.*

2 *Vna pars testamenti per aliam declaratur.*] Adde † idem sentientes Ludouicum Gozad. *consil. 64. num 11. & consil. 89. num 5.* Manticam *d. lib. 3. titul. 9. num. 3.* & Grassum *dict. §. testamentum, quæstio. 76. numer. 21. aliosque ab his laudatos.*

Testator in dubio censetur velle minus grauare heredem, quam
3 *fieri possit.*] Hanc † regulam, vtpote communem, inculcat Iacobus Menochius *in tractat. de præsumptionib. libr. 4. præsumpt. 66. num. 4. item præsumpt. 106 numer 18. præsumpt. 132. num. 2 præsumpt. 155. num. 4. & alibi.* Quanquam alias legatum in dubio ab herede relictum esse præsumatur. *l. si seruus legatus. 108. § qui margaritam. 13. vbi* Baldus & Imola. *ff. de legat. 1. l. peto. 69. in princip. ff. de legat. 2. late* Mantica *dict. tractat. de coniect. vltim. volunt. libr. 8. titul. 2 num. 1. & seqq. Idemque attingimus in §. 1. Institut. de legat. num. 25. & seqq.*

In dubio mens testatoris præsumitur fuisse conformis dispositioni iuris communis.] Quod † testator in dubio voluerit 5
suam dispositionem esse conformem atque consentaneam iuri communi, tenet quoque Menochius *d. lib. 4. præsumpt. 73. num. 3. præsumpt. 75. num. 9. præsumpt. 79. num 9. præsumpt. 86. num. 15. præsumpt. 94. num 16. & præsumption. 95. num. 15.* item Grassus *dict. quæstio. 76. num. 25.* & Mantica *d. tractat. lib. 6. titu. 6. & 7. vbi hanc conclusionem abunde explicat.*

QVÆSTIO LXXVII.

SVMMARIA.

1 *Effectus quis quæstionis illius: an liberi in conditione (si sine liberis decesserit) positi, sint in dispositione testatoris, remissiue.*
2 *Referuntur Doctores, qui existimant, quod filii in conditione positi non intelligantur per fideicommissum substituti, seu vocati ex testamento: sed solum ab intestato succedant.*
3 *Recensentur Doctores, contrarium statuentes.*
4 *Prior negatiua sententia confirmatur.*
5 *Natura conditionis quæ sit.*
6 *Declaratur l. Lucius. 85. ff. de heredibus instituend. & numer. 16.*
7 *Institutio ex coniectura non inducitur, sed verbis fieri debet.*
8 *Consideratio l. 1. C. de pact.*
9 *Res, restitutioni fideicommissariæ subiecta, alienari non possunt.*
10 *Sententia l. ex facto. 17. §. ex facto. 5. ff. ad SC Trebell.*
11 *Liberi positi in conditione, fructu paterno non debent defraudari.*
12 *Inducta ad vnum effectum, eius contrarium operari non debent.*
13 *Fauore alicuius inductum, non est retorquendum in eius odium.*
14 *Sola testatoris voluntas in fideicommissis spectanda.*
15 *Sensus l. consummatur. 3. §. 1. ff. de iur. codicillor.*
16 *Explanatio d. l. Lucius. 85. in fin. ff. de heredib. instituend.*

VTilitas autem huius quæstionis, &c.] De † effectu siue 1
vtilitate huius quæstionis, an liberi in conditione (*si sine liberis decesserit*) positi, sint in dispositione testatoris, post Clarum nostrum, vide Andream Gail. *lib. 2. obseruat. 136. nu 19. cum seq.* Valentinum Forsterum *lib. 4. de successionib. c. 1. num. 19.* & Michaelem Grassum *libr. 1. recept. sent. §. fideicommissum. quæst. 13. num. 1.*

Quod isti filii & descendentes non censeantur à testatore vocati.] Quod † filii in conditione positi, non præsumantur 2
per fideicommissum substituti seu vocari ex Testamento, sed solum parentibus suis succedant ab intestato, excluso substituto, *vltra Dd. hic à Claro congestos,* docent Anto. Gomezius *tom. 1. variar. resolut. c. 5. num. 24. & c. 5. num. 42. vers. sed his non obstantibus. & ibidem in addit.* Emanuel Soarez *sub num. 24.* Gail. *d. lib. 2 obs. 136. num. 18.* Duaren. *ad tit. ff. de conditionib. instit. c. 5. circa medium.* Cuiac. *in l. Lucius. 85. ff. de heredib. instit. & in l. Gallus. 29. §. in omnibus. 10. ff. de liber. & posthum. hered. instit. & consultat. 35.* Roland. à Valle *cons. 51. num. 5. vol. 3.* Cephal. *cons. 268. num 17. & cons. 269. nu. 39. & cons. 517.* Tib. Decian. *cons. 59. nu. 1. & cons. 79. nu 5. volu. 2.* Petrus Gregor. *lib. 42. synt. agm. iur. vniuers. cap. 28. num. 29. cum seq* Sichard. & Donell. *in l. 1. C. de pact. num. 9.* Anton. Faber *lib. 9. coniectur. iur. cap. 10. & part. 2. de erroib. pragmat. decad. 26. error. 1. & seqq.* Henric. a Suer. *repetit. lect. c. 38.* Couarruu. *in c. Raynutius. 16.*

§.3.nu.2.de testam. Daniel Moller. lib.5.semestr cap.44. Vasq. tom.2.de success.progress.lib.1.§.4.num 3.cum seqq. Celsus Hugo consil.10.num.18. Bursat. cons.1.num 8 lib.1. Valent. Forster.d. lib.4 de successionib.c.1.num.24 eiu que filius. Guilielm. Forste. lib 2.disput.12.th.16. Arumæus Exercit. Iustin.9.th.19. Hœnonius disput 8.controuers.7. Wegn[illegible] disput 7 th.5.lit.E. Schröterus decad 5 diatribar.domesticar.quæstio.5. Sichardus disputat.8.th.1 num.11. & resolut. quæstio. 12. aliique fere innumeri, ab illis citati.

3 Contrariam vero sententiam, &c.] Quod † liberi positi in conditione intelligantur tacite substituti per fideicommissum, adeoque a testatore vocati, præter Doctores hic relatos, tenent Ioannes Coralius lib.2.miscellan. iur.ciu. cap.19. Menochius cons.192.& cons.393.& lib.4.præsumpt.76. Gœddæus ad l.non est sine liberis.148 num 5 ff de verb.significat. Hotoman.illustr.quæst.13 Forcad.in Necyomant. dialog 50. Fachin lib.4 controuers. iur c.51 D. Bocer. class.3.disput.7.th.33. edit.2. Claud.Chiflet. in tractat.de iur fideicommiss. lib.2.c.14. Angelus Mattheacius lib.3.de legat. & fideicommiss.c.19.num. 21. Matth.Stephani cent.2.quæst 7 Hackelman. quæst.illustr. disput.16.th.17.& disput.17.coroll.1. Michael Grass.lib.1.recept. sent.§.fideicommissum.q.13.& Fran[illegible] Mantic.in tract.de coniectur.vltim.voluntat.lib.11.tit.[illegible]. qui vtramque in partem plures cumulate referunt.

4 Verum † superiorem negatiuam sententiam [illegible] quod nimirum filii in conditione positi non censeantur ex testamento vocati [illegible] non solum in scholis & iudiciis magis receptam; sed & veritati iuris magis consentaneam esse reor. Eaque subsequentibus potissimum innititur fundamentis. 1. Si † liberi in conditione hac (si sine liberis decesserit) positi essent etiam in dispositione: mutaretur natura conditionis, quæ est, vt nihil disponat. l.si quis sub conditione.8.ff.si quis omiss.caus.testam.ab intestato, &c. vbi qui in conditione dandi seu faciendi positus erat, omisso testamento nihil consequitur: quia scilicet legatarius non fuit, atque sic e iudicio defuncti nihil petere potest. Sic in l.si fundum.8.§.1.ff.de legat.1. Stichus, qui itidem in conditione [illegible]hendebatur, libertatem non consequitur. Eo[illegible] l.1.§.item si ita.8.ff.ad leg.Falcid. & l.cum sine præfinitione [illegible] in prin. [illegible] quando dies legator. vel fideicommiss.ced. II.

5 [illegible]nat † istam sententiam textus in l.Lucius.85.ff. de heredib in[illegible]uend. ex cuius finalibus verbis illis (Non enim fratrem solum heredem prætulit substituto: sed & eius liberos) sic argumentari licet: Si testator prætulit liberos neque per institutionem, neque per fideicommissum: non prætulit

7 ex causa testa.i. At † verum prius. Ergo & posterius, Non per institutionem: quoniam ea ex coniectura non inducitur, sed verbis fieri debet. § in primis 2. Instit de fideicommiss.heredit.at.l.cum proponebatur.64.ff.de legat.2.l.iubemus 29.C.de testam. Non per fideicommissum; quoniam id intercidit, quando heres scriptus ante aditam hereditatem moritur, dum non repudiarit in fraudem fideicommissarii. l.ille.a quo.13.§.quid ergo.3 l.ita tamen.27.§.quotiens.6.ff.ad SC.Trebell.l.non iustam.4.C.eod.l.2.§ vlt.ff. de iniu & legit.heredib. Atqui frater, in casu dictæ l. 85.ff.de heredib. instit priusquam adiret, decessit, vt ad finem istius legis diserte affirmatur.

8 III. Huc † confe[illegible] textus in [illegible] de [illegible] vbi [illegible] liberi tacite his verbis (si sine liberis dec[illegible] [illegible] hereditatem vocati: non tenerentur [illegible] [illegible]ctum [illegible] [illegible] a ipsa hereditate [illegible] [illegible]one positi erant. Res

9 siquidem [illegible] [illegible] commissari [illegible] in § penult. & auth. re [illegible] C. commun.de [illegible]. Ac [illegible] textus † in l.ex facto.1 § ex

10 facto [illegible] ff [illegible] Trebellian. vbi dicitur quod heredis, qui grauatus e[illegible] [illegible] hereditatem sub conditione (si sine liberis decesserit) bona si eo adiudicentur, post ipsius de[illegible] etiamsi liberos habeat ante eam natos. [illegible] non [illegible] be[illegible] a testatore vocati es-

sent. V. Adminiculatur † huic decisioni l. generaliter.6. vers.cum enim ferendus.C.de institut. & substitut. vbi habetur, quod liberi positi in conditione, fructu paterno non debeant defraudari. Quibus verbis textus ille præsupponit: quod liberi in conditione positi, magis succedant in bonis ipsius patris, quam aui. Iam si per fideicommissum essent tacite substituti: certe ex voluntate ipsius aui, & in bonis ipsius succederent. VI. Quia hæc conditio (si sine liberis decesserit) a testatore adiicitur ad liberandum heredem ab onere fideicommissi, & ad extinguendum ipsum fideicommissum. Ideoque si grauatus hæres decedat, liberis relictis: illa conditio non debet inducere aliud fideicommissum in fauorem liberorum: cum † inducta ad vnum effectum, eius contrarium operari non debeat, argu. l.legata inutiliter.19.ff.de legat.1. VII. Quia † quod fauore alicuius introductum est, non retorquendum est in ipsius odium siue incommodum. l.nulla.25.ff.de legib. & l. quod fauore.6.C.eod. Atqui fideicommissum illud fauore heredis introductum, in eius odium retorqueretur. Etenim si statuatur, liberos esse in dispositione: iam sequitur, bona, vtpote restitutioni obnoxia, alienari non posse. d.auth.res. quæ.C.commun.de legat. Ast hoc contra fauorem & commodum heredis esse, nemo inficiabitur. 11 12 13

Huic sententiæ non obstat, quod † sola testatoris voluntas in fideicommissis attendi & seruari debeat, quocunque modo significata fuerit. l. in conditionibus.19. [illegible] pater Seuerinam.101.ff.de conditionib. & demonstrat. Nemo autem sit, qui non eam defuncti testatoris mentem fuisse intelligat, vt institutit liberos vocare ex testamento voluerit. Hoc, inquam, non obstat. Quia non recte colligitur: Testator instituti liberos voluit præferri substituto, eosque admitti ad hereditatem. Ergo voluit eos succedere ex testamento. Quid igitur voluit testator? Voluit nimirum ius legitimarum successionum ab intestato inter eos conseruari, arg.l vel si singulis.37 ff.de vulg.& pupill.substi. vbi testator substituit ex liberis suis ei, qui nouissimus morietur: & inquit Florentinus IC. ius legitimarum hereditatum integrum inter eos custodiri vult: si vnus ex liberis moriatur, vult alios e[illegible] ab intestato succedere. Sed & argumento est, quod [illegible] dicitur in l.conficiuntur.8.§.1.ff.de iur. codicillor. etiam legitimos heredes ab intestato succedere quodammodo voluisse testatorem; & tamen non ideo ex testamento succedere dicuntur. Idem habetur in leg 3 in princ.ff.eod tit. vbi is, qui codicillos facit, nullos heredes instituit, & fideicommissa quædam relinquit, videtur velle eos sibi succedere; non quod quasi ex testamento quodam veniant ad hereditatem, propter istam voluntatem; sed ab intestato. Atque ita inualida consequentia est; testator voluit eos admitti ad he[illegible]ditatem: proindeque voluit eos succedere ex te[illegible] [illegible] vt bene aduertit Duaren. ad d.tit [illegible] de cond.e. instit. cap.5. vers quartum argumentum. &c. 14 15

Sic quoque † non aduersatur d.l.Lucius.85.in fine.ff.de heredibus instituend. vbi testator non tantum fratrem, sed & eius liberos voluit præferre substituto. Voluit equidem eos præferre; verum incertum adhuc reliquit; an [illegible] voluerit, eosdem ex testamento ad hereditatem vocari, an vero ab intestato. Cum itaque hoc incertum sit: in dubio dicendum est, hanc fuisse testatoris voluntatem, vt ius legitimarum hereditatum inter eos conseruaretur. Quare in ista l. Lucius non quæritur, num liberi fratris sint in dispositione, sed an substitutum excludant? Et inde [illegible] Scæuola IC. eos excludere substitutum, eique præferri non ex testamento, tanquam vocatos a te[illegible], sed ab intestato. Nec recte regeritur: Liberi instituti præferuntur substituto. At substitutus venit ex testamento. Ergo mul[illegible] magis liberi. Nam breui respondetur: liberos non præ[illegible] substituto quoad successionem, sed tantum quoad exclusionem. 16

tem. *Ita explicat Arumæus d. Exerc. Iusti. 9. sub th. 19. circa finem: vbi & alijs obiectionibus occurrit.*

QVÆSTIO LXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *An & quatenus ex eo, quod filii positi in conditione per testatorem sunt grauati, censeantur vocati, remissiue.*

1 Q*Vod si testator ipsos filios grauasset, censeretur etiam in necessariam consequentiam eos vocasse.*] An † & quatenus ex eo, quod filii positi in conditione sunt grauati a testatore, intelligantur vocati, post Clarum nostrum, *& per eum citatos*, latissime & diligentissime dissertant Franciscus Mantica *in tract. de coniectur. vlt. volunt. lib. 11. tit. 3. num. 2.* Anton. Gomez. *tom. 1. var. resolut. iur. ciu. cap. 5. num. 43. &* Michael Grassus *lib. 1. recept. sentent. §. fideicommissum. quæstio. 14. num. 2.*

QVÆSTIO LXXIX.

SVMMARIA.

1 *Liberi masculi positi in conditione, an videantur substituti, remissiue.*

2 *Et quid, si sint ex descendentibus ipsiusmet testatoris.*

3 *Et quid, si testator digressus sit ad plures substitutionum gradus.*

4 *Et quid, si testator voluerit expresse, bona in familia conseruari.*

1 S*I testator † in conditione ipsa apposuerit verbum, Masculis, &c.*] De hac coniectura, post Clarum nostrum, *& ex eo causatos*, consule Crauett. *cons. 130. num. 2 & cons. 62. num. 15.* Cephal. *consil. 115. num. 23. cons. 251. num. 77. & cons. 252. nu. 17.* Rolandum à Valle *cons. 51. num. 5.* Fernandum Vasq. *de success. progress. §. 4. num. 4.* Anton. Gabriel. *commun. conclus. lib. 4. tit. de fideicommiss. conclus. 4.* Franciscum Mantic. *de coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 3. num. 3. &* Grassum *lib. 1. recept. sent. §. fideicommissum. quæst. 14. nu. 1.*

2 *Quando isti filii positi in conditione sunt ex descendentibus ipsius testatoris.*] An † & quatenus liberi, qui sunt ex descendentibus testatoris, positi in cõditione, intelligantur substituti siue vocati, post Clarum nostrum *& alios*, tradit Francisc. Mant. *d. lib. 11. tit. 3. nu. 1.*

Quando testator digressus est ad plures gradus substitutionum.]

3 Liberi † positi in conditione an & quatenus censeantur substituti, quando facti sunt plures gradus substitutionum, præter Clarum nostrum, diuersimode explicant Anto. Gabriel *commun. conclusion. libr. 4. de conclus. 4. de fideicommiss.* Ioan. Cephal. *cons. 252. num. 17.* Iacob. Mand. Alba. *cons. 87. num. 12.* Roland. a Valle *cons. 51. num. 9. volu. 3.* Francisc. Bursatus *cons. 1. num. 9. vol. 1. & cons. 31. num. 31.* Chassan. *consil. 14. num. 1.* Marc. Mantua. *consil. 22. colum. 1.* Tiber. Decian *consil. 3. num. 52. vol. 1. & cons. 103. num. 17. vol. 2.* Hieron. Gabr. *cons. 93. num. 42. cum seq. & cons. 95. num. 23. libr. 2.* Francis. Mantica *d. lib. 11. tit. 3. nu. 13. &* Grassus *d. §. fideicommissum. quæst. 14. num. 3.*

Quia scilicet volebat bona sua in masculis, & familia conserua-

4 *ri.*] De hac coniectura, quando † videlicet testator expresse voluit, bona in familia conseruari, videndi quoque sunt Cephalus *consil. 251. num. 81. cum seq.* Decian *consil. 41. num. 121. lib. 1.* Grassus *dict. quæst. 14. num. 5. &* Mantica *d. tit. 3. num. 15.*

* * *

QVÆSTIO LXXX.

SVMMARIA.

1 *Si frater & eius filii sint heredes instituti, an simul admittantur.*

2 *Propter solum ordinem charitatis à sermonis proprietate non recedendum.*

3 *Quæ sit natura copulæ.*

4 *Si plures copulatiue instituuntur, inter quos non solum cadit ordo affectionis, sed etiam necessitas instituendi; ordine successiuo admittuntur.*

5 *Et quid, si plures sint instituti per dictionem cum, simul, vna.*

I*Nstituo Titium fratrem meum, & eius filios, &c.*] Si † frater 1 & eius filii sint heredes instituti; non secundum ordinem successorium, sed simul & coniunctim in primo gradu instituti intelliguntur. Ita tenent, post Clarum nostrum, *& alios, quos laudat*, Hieronymus Gabriel *cons. 101. num. 1. cum seqq. lib. 2.* & Franciscus Mantica *in tract. de coniectur. vltim. volunt. lib. 4. tit. 9. num. 19.* Huiusque præcipuum opinionis fundamentum illud est: quod, cessante † ne- 2 cessitate instituendi, propter solum ordinem charitatis non est à sermonis proprietate recedendum; verbisque inseruire melius est. *l. non aliter. 69. in princ. ff. de legat. 3. l. 3. §. si is, qui nauem. ff. de exercit. act.* Natura † autem copulæ ea 3 est, vt coniuncti æqualiter & pro virilibus portionibus admittantur. *l. reos. 11. §. 1. ff. de duob. reis constituend. l. si duobus. 16. ff. de legat. 1. l. si quis Attio. 7. ff. de vsufr. accrescend. l. 1. C. si plures vna sent. condemnati sunt. l. vnic. §. his ita definitis. 10. vers. hoc ita tam varie. & §. vbi autem. 11. C. de caduc. tollend.* Igitur frater & eius filii coniunctim & ex æquis portionibus intelliguntur instituti: cum nulla necessitas eos instituere cogat. Mantic. *dict. titu. 9. numer. 20. & seq. vbi contraria diluit.*

Cadit non solum ordo charitatis, sed concurrit etiam necessitas instituendi.] Quando † plures coniunctim seu copulati- 4 ue instituuntur, inter quos non modo cadit ordo affectionis & successionis, sed etiam necessitas instituendi: ordine successiuo, secundum gradus prærogatiuam, admittuntur: vt si filius testatoris, & nepos ex eo, simul copulatiue instituantur. quia filius est instituendus in primo gradu: ideoque exigit necessitas, vt successorius ordo seruetur. Atque ita, post Clarum nostrum, *& ab eo his recitatos*, docent Fortun. Garzia. Lancellot Galiaul. Dynus, Andr. de Piles, Odofred. Raphael. Cuman. Alciat. Gribald. *& alij in l. Gallus. 29. §. quidam recte. 1. ff. de liber. & posthum. heredib. instit.* Gomez *tom. 1. variar. resol. iur. ciu. cap. 2. num. 4. versic. quinto limita, &c.* Fernandus Vasq. *de success. creat. §. 20. num. 118.* Grassus *lib. 1. recept. sent. §. institutio. quæstio. 20. num. 6 cum seq.* & Mantic. *d. lib. 4. tit. 9. num. 1. & seqq. vbi huius sententiæ non solum rationes recenset*: sed & illa, quæ ab aliis obiiciuntur, diligenter submouet.

Vocantur per dictionem, cum] Si † plures, inter quos ca- 5 dit ordo charitatis, fuerint instituti per dictionem, *cum, simul, vna*, coniunctim admittuntur: non autem ordine successorio; vt præter Clarum nostrum, tradunt Bartol. Gribald. *& alii in d. l. Gallus. 29. §. quidam recte. 1. ff. de liber. & posthum. heredib. instituend.* Couarruu. *in cap. Raynutius. 16. §. 2. num. 3. de testament.* Vasquius *de success. creat. dict. §. 20. num. 121.* Mantic. *dict. titul. 9. num. 29. &* Grassus *dict. §. institutio. quæstio. 20. numer. 9.*

QVÆSTIO LXXXI. LXXXII. LXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *An & quatenus præteritione filii, parentum vel collateralium, item exheredatione filii, parentumue testamentum annulletur siue rumpatur, remissiue.*

1 DE hisce tribus quæstionibus (an † scilicet, & quatenus præteritione filii, parentum vel collateralium, item exheredatione filiorum aut parentum testamentum annulletur vel rumpatur) satis abundeq; tractauimus *supra quæst.* 40.41.42.43.*& seqq.*

QVÆSTIO LXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Ecquid filii naturalis legitimatione rumpatur testamentum.*

1 P*Oteritque talis † filius legitimatus, si fuerit præteritus, dicere testamentum nullum.*] Huc referri & repeti poterunt ea, quæ annotauimus supra *ad quæstio.* 42.*num.* 8. *& seqq.*

QVÆSTIO LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Num quid per ingressum religionis rumpatur testamentum, remissiue.*

1 A*N † per ingressum religionis testamentum rumpatur.*] De ista quæstione nonnihil attulimus supra *in quæst.* 28. *num.* 12.

QVÆSTIO LXXXVI.

SVMMARIA.

1 *An & quatenus testamentum rumpatur resurrectione testatoris.*

2 *Miracula hodie generaliter desierant.*

3 *Referuntur quædam exempla eorum, qui pro mortuis sunt sepulti, & postmodum resuscitati.*

4 *Historia de Iohanne Scoto, Britanno, qui pro mortuo tumulatus misere periit.*

5 *Mira historia de matrona quadam patritia Coloniensi, quæ sepulta resurrexit.*

6 *Alia historia de Nobili quodam Lasînouio, qui itidem pro mortuo elatus noctu viuus ad vxorem rediit.*

1 E*St pulchra quæstio, sed de raro contingentibus.*] Imo est quæstio de nunquam amplius contingentibus. Si † quidem à tempore Domini nostri Saluatoris Christi (qui à mortuis resuscitauit filiam Iairi defunctam. *Matth.* 9.*v.* 26. filium viduæ iam iam sepeliendum *Luc.* 2.*v* 15.& Lazarum in sepulchro foetere iam incipientem. *Ioan.* 11.*v.* 39.*& seqq.*) & eius Apostolorum, nullus vnquam vere mortuus
2 ad vitam à quoquam fuit reuocatus. Miracula † quippe hodie generaliter, confirmata Euangelii doctrina, desierunt. Vnde Deus prædixit, his extremis temporibus miracula fore notam Pseudoprophetarum, atq; adeo ipsius Antichristi. *Matth.* 24.*v.* 24 2.*Thess.* 2.*v.* 9. *Apoc.* 13.*v.* 13.*& latissime explicat* D. Ioan. Georg. Sichvvart. *in sua Disputation. Theologica disp.* 19.*de miraculis. Nec non* D. Balthasar Meisner *in consultat. Catholica. part.* 2.*considerat.* 4.*& par* 3.*ration.* 4.*pag.* 429.*& seqq.* Et † quanquam Henricus Cornelius Agrip- 3
pa *lib.* 1.*de occult. Philosoph. cap.* 58. historica fide comprobatum esse contendat: plerosque aqua submersos, alios ignibus iniectos, & rogo impositos, alios in bello occisos, alios aliter examinatos post plures etiam dies reuixisse: ipse tamen postmodum haud obscure innuit, illud non aliter accipi oportere, quam quod homo vere nondum mortuus fuerit, sed saltem quasi exanimis, & tanquam mortuus, etiam per diuturnum tempus, iacuerit. Idque sæpissime compertum esse ait, pestilentiarum temporibus; multos videlicet, qui pro mortuis tumulandi ferebantur, in sepulchris reuixisse: nec non idem multoties mulieribus, ex suffocatione matricis laborantibus, accidisse. Et Rabi Moyses *ex libro Galeni*, inter alia exempla refert: quod quidam sepeliverit aliquem, tanquam mortuum, eumque resurgere conantem demum post septuaginta duas horas interfecerit. Similiter † Paulus Iouius 4
in Elog. narrat de Ioanne Scoto, Britanno: qui apoplexia correptus; nimis festinato funere pro mortuo tumulatus; cum redeunte vita, sero morbi impetum natura discuteret, frustra ad petendam opem miserabili mugitu editos, pulsatoq; diu sepulchri lapide, eliso tandem capite periit. Hinc Ianus Vitalis, *in Scoti Epitaphio*, canit:

Quod nulli vnquam hominum accidit, Viator,
Hic Scotus iacet semel sepultus,
Et bis mortuus. ——— ———

Meliorem fortunam, quam † Scotus ille Britannus experta refertur Matrona quædam apud Colonienses, Patritia, Richmuth nomine, cuiusdam prædiuitis Mercatoris, ædes in nouo foro Psittaci pictura insignitas inhabitantis, coniunx dilectissima. Hæc Anno M.CCC.LVII. Coloniæ lue pestifera grassante, non tantum (vt mæstissimus maritus cum cæteris lectum circumstantibus putauit) moritur: sed etiam, sicut euentus docuit, satis luctuoso quidem, sed nimis festinato funere honorifice sepelitur. Cæterum quia auarus vespillo præsenserat, dictæ matronæ digitos preciosis annulis, præsertim autem illo; quem lugens maritus olim ipsi lætissimorum sponsaliorum tempore arrhæ nomine dederat, esse ornatos: eo audaciæ progressus est, vt non dubitarit media nocte & sepulchrum & libitinam siue arculã ligone aperire. Sed hæres sepultæ matronæ q̃ optime cessit. Ecce n. libitinæ siue feretri operculo remoto, illa vespillonis pulsatorio strepitu quasi exuscitata & rediuiua facta, sese erigit, resurgit, & candela ardente vespillonis (Is. n. quia mala cõscientia lucem ferre non potest, præ metu, & laterna & ligone apud sepulchrum relictis, fugit & prorsus aufugit) sumpta domum properat, tintinabulo sæpius excusso præsentiæ suæ signum dat: sed quia alba lodice operta incedebat, maritus æque, ac vespillo, noua ista forma tanquam spectri perterrefactus, vxorem nequaquam intromittere voluit: donec & ex loquela & annulo sponsali illam vel tandem agnouisset. Tum enim maritus lætissimus, omni luctu valere iusso, eam quasi rediuiuam & nouam sponsam recepit, suscepit, calefacto hypocausto, & cibis recreauit, & in thalamum suum resumpsit, adeoque ipsi rursus non tantum, vt maritus, cohabitauit: sed etiam tres adhuc filios ex eadem procreauit: quos deinde gratitudinis ergo Deo (quasi ipsi singularem cultum exhibituros) & Monasteriis dicauit. *Extat hæc historia Coloniæ, apud fores templi ad SS. Apostolos, in peruetusta quadam tabula depicta: quæ ob miram raritatem Coloniæ à* Iohanne Bussemuchero *Anno Christi* 1604.*typis etiam æneis excusa est.* Eandem quoque historiam refert Iohannes Evvichius medicus, *de officio magistratus tempore pestilentiæ. lib.* 2 *c.* 4.

Præ-

6 Præterea † Nobilis quidam Luſtnouius (à vico Luſt-
noua, ſemihoræ ſpacio à Tubinga diſtante, vbi habita-
bat, ita appellatus) quondam pro mortuo elatus, & de-
poſitus, noctu rediit viuus; linteo, quo exportatus fue-
rat, amictus. Qui vix ab vxore receptus, poſtea liberos
adhuc quinque genuit: qui nuncupati ſunt, *Mortui de Luſt-
noua*, **die Todten von Luſtnow.** *quemadmodum memoria
prodidit Martinus Cruſius in libro paraleipomen. Sueuicor. annal.
capit. 11. pag. 43.* Si igitur quiſpiam teſtator ita putatiue &
apparenter duntaxat (non autem vere & realiter hoc
quippe nunquam hodie contingere ſolet) moriatur, &
deinde reſurgat: cum Claro noſtro indubitate conclu-
dendum eſt, illum hereditatem ſuam, omniaque, quæ ha-
buerat, recuperaturum eſſe.

QVÆSTIO LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum per metum conditum, an ſit ipſo iure nullum, remiſſine.*

1 N*Vnquid † teſtamentum conditum per metum, ſit ipſo iure
nullum.*] Hæc quæſtio explicata eſt ſupra *ad quæſt. 1.
num. 21. & aliquot ſubſequentibus.* Adde tamen eadem de
quæſtione videndos Iacobum Menochium *lib. 2. de arbitr.
iudic. quæſt. cent. 4. caſ. 395. num. 7.* Fernandus Vaſqu. *de ſuc-
ceſſion. creat. §. 17. num. 5.* Michaelem Graſſum *lib. 1. recept.
ſentent. §. teſtamentum, quæſt. 83. &* Nicolaum Reuſnerum
*in tractat. de iure teſtamentor. part. 6. capit. 9. vbi & plures alios
citat.*

QVÆSTIO LXXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Num vltima voluntas vitietur mala latinitate.*

2 *Ecquid teſtamentum perplexum cenſeatur nullum.*

3 *Perplexitas quandam impoſſibilitatem inducit.*

1 N*Vnquid † vltima voluntas, vel fideicommiſſum, vitietur ma-
la grammatica.*] Loco huius quæſtionis (quæ dubia
non videtur: quid enim refert, vtrum teſtator terſe &
Latine, an vero barbare & vitioſe loquatur: ſi modo alias
de voluntate eius rite & euidenter conſtet?) quæri pote-
2 rit: num † teſtamentum perplexum (quod nimirum ad-
eo obſcurum & tortuoſum eſt, vt certo ſciri aut intelligi
non poſſit, quæ teſtatoris voluntas fuerit) ipſo iure prot-
ſus inutile atque nullum cenſeatur? Et nullum atque in-
utile cenſeri, apparet *ex l. ſi Titius. 16. ff. de conditionib. inſtitu-
tion. & l. ſi quis de pluribus. 27. ff. de reb. dub.* Eiuſque ratio non
3 obſcura eſt: quoniam † perplexitatis ratione impoſſi-
bilitas quædam inducitur, quæ indiſſolubilis eſt, & pro-
pterea actum vitiat, tradente Romano *in l. vnic. num. 24.
verſicul. non obſtat illud argumentum. Codic. quando non pe-
tentib. partes petentibus accreſcant. Idque explicatius proſe-
quitur* Reuſnerus *in tractat. de iur. teſtament. part. 6. ca-
pitul. 11.*

QVÆSTIO LXXXIX.

SVMMARIA.

1 *Vtrum teſtamentum, in quo debita ſolennitates non interue-
nerunt, ſit ipſo iure nullum.*

2 *Teſtamentum in dubio ſolenniter factum præſumitur.*

A*N † teſtamentum, in quo non interuenerunt debita ſolen-
nitates, ſit ipſo iure nullum.*] Quod † eiuſmodi te- 1
ſtamentum regulariter ipſo iure ſit nullum, non dubita-
tur. Cui addendum eſt: coniecturam † in dubio pro te- 2
ſtamento capi oportere, vt ſolenniter factum videatur:
& qui dicit non ſolenne, vel non iure factum, probare
debet. *leg. ſi poſt diuiſionem. 4. & ibi gloſſ.* Bartol. Bald. Iaſon
& alii. Codic. de iur. & fact. ignorant. Alciat. *in l. 2. num. 29.
Codic. de bonor. poſſ. ſec. tabul. Idque fuſius explanat* Fran-
ciſcus Mantica *in tractat. de coniectur. vltimar. volunt. libr.
2. titul. 9.*

QVÆSTIO XC.

SVMMARIA.

1 *Ex teſtamento minus ſolenni an oriatur naturalis obliga-
tio.*

2 *Et an heres teneatur in foro conſcientiæ perſoluere legata in il-
liuſmodi teſtamento relicta.*

E*X teſtamento, vel vltima voluntate minus ſolenni, oritur na-
turalis obligatio.*] Quod † ex teſtamento minus ſo- 1
lenni oriatur naturalis obligatio, poſt Clarum noſtrum,
& ab eo relatos, docent quoque Michael Graſſus *lib. 1. re-
cept. ſentent §. 1. num. 12. cum ſeqq.* Franciſc. Mantica *in tract.
de coniectur. vltim. volunt. lib. 2. tit. 14. num. 16.* Reuſnerus *in
tracta. de teſtament. part. 2. cap. 4. num. 29. cum ſeq.* Fachin. *libr.
4. controuerſ. iur. cap. 5. verſ. probatur igitur, &c.* Dominic. de
Magdalen. *de num. teſtium part. 3. capit. 2. & 3. aliique ab his
commemorati.* Tametſi contrarium probabiliter defen-
dant Bald. *in l. cum quis. 10. Cod. de iur. & fact. ignor. colum. 4.*
Cynus, Fulgoſius, & Iaſon *num. 16. in l. 1. ff. de condict. indebit.*
Petrus Loriot. *de iuris art. tract. 11. cap. 22. hoſque referens* Di-
dacus Couarruu. *in c. cum eſſes. 10. num. 9. de teſtament.* Vaſq.
*de ſucceſſion. creat. lib. 1. §. 1. num. 22. Eaque de re nonnihil mon-
uimus in §. ſed cum paulatim. 3. Inſtit. de teſtament. ordinand. num.
28. & ſeqq.*

Heres tenetur in foro conſcientiæ perſoluere legata, &c.] Quod
† heres teneatur in foro conſcientiæ perſoluere legata, in 2
teſtamento minus ſolenni relicta, latiſſime explicant Graſ-
ſus Mantica, Fachinæus, *& alii locis prææallegatis.*

QVÆSTIO XCI.

SVMMARIA.

1 *Si teſtator coram ſeptem teſtibus ſimpliciter dixerit, ſe nolle
valere teſtamentum, an hoc caſu teſtamentum cenſeatur
reuocatum.*

2 *Sententia l. ſancimus. 27. C. de teſtam.*

3 *A quo tempore decennium, ex cuius curſu ſicitur reuocatum
teſtamentum, computari debeat.*

N*Vnquid ad reuocationem teſtamenti ſufficiat, quod teſtator
etiam coram ſeptem teſtibus dicat, ſed teſtamentum condi-
diſſe, &c.*] Si teſtator ſimpliciter dixerit coram ſeptem 1
teſtibus, ſe nolle valere teſtamentum, neque vllam cau-
ſam expreſſerit: hoc caſu teſtamentum non cenſeri re-
uocatum, recte Clarus hic noſter, poſt Bartolum *& alios
ab ipſo citatos*, decidit. Hæcque deciſio ſatis aperte pro-
batur per textum † *in l. ſancimus. 27. Codic. de teſtament.* 2
vbi diſponitur, licet coram actis, adeoque coram to-
to iudicio reuocetur prius factum teſtamentum;

non

non tamen illud aliter infirmari, nisi & decennale tempus concurrat. *Eidem opinioni adstipulatur* Nicolaus Reusner. *in tract. de iure testament part.6. cap.20.num.26.& seqq.* Tametsi contrariam sententiam, veritati & æquitati magis esse consonam, existiment Baldus *in dict. l.sancimus.27. num.2.C.eod.*Barbat.*consil.60.num.7.volum.2.* Grassus *libr. 1.recept.sent.§ testamentum, quæstio.84. num.2.vers.contrariam tamen partem, &c.* Francisc. Mantic *in tractat.de coniect.vltim.volunt.libr.2.titul.15.num.19.cum seq.*Connan.*lib.9.commentat iur.ciu.c.7.nu.4.&* Thadeus Piso *lib.1.var.resol c.12.n. 51.vers.contrariam tamen partem,&c.*

Quod est computandum à die conditi primi testamenti.]Quod
3 † decennium, ex cuius cursu reuocatum irritumque censetur testamentum, non à die reuocationis, sed à die primi testamenti confecti, sit computandum, præter Clarum nostrum, tradit Tobias Nonius *consil.23.num.16.cumque referens* Grassus *d.§.testamentum, quæst.84.num.4 vers.sed aduerte, &c.*

QVÆSTIO XCII.

SVMMARIA.

1 *An infirmetur testamentum, quando testator coram legitimo testium numero illud reuocat, & exprimit causam: quod scilicet velit decedere intestatus.*
2 *Qui Auctores contrarium defendant.*

1 Q*Via volo decedere intestatus, &c.*] Quando † testator coram legitimo numero testium reuocat testamentum, & exprimit causam: qui scilicet vult decedere intestatus: tunc per hoc tacite eum videri instituere siue vocare legitimos heredes, venientes ab intestato, adeoque prius testamentum infirmari, communiter Doctores, vltra Clarum nostrum, *& ab eo hic relatos*, tradunt. Quos sequuntur Michael Grassus *lib.1. recept.sentent. §.testamentum,quæst.84.num.5.*Francisc.Mantic. *in tractat.de coniectur. vltim.volunt.lib.2.tit.15.num.18.&* Thadeus Piso *lib.1.variar.*
2 *resolut.cap.12.num.50.* Verum † contrarium haud sine ratione, post Paulum Castrensem & Fulgosium *in l.sancimus. 27.C.de testament.* defendit Fachineus *libr.4.controuers. iur. cap.8.*& D.Collega Bocerus *class.3.disput.9 th.21.edit.2. Idque & nos comprobauimus in §.ex eo autem.Instit. quib.mod.test. infirm.num.4.& 5.*

QVÆSTIO XCIII.

SVMMARIA.

1 *Si testator testamentum incidat, vel cancellet, an & quatenus illud infirmetur testamentum.*
2 *Et eo casu num vitietur testamentum ipso iure, an ope exceptionis.*
3 *Item eo casu cui hereditas applicanda veniat.*

1 Q*Via testamentum à se prius conditum incidat, vel cancellet.*] Si † testamenti tabulæ aut instrumenta mutentur consulto, quod accidit vel rescissione *l.1.§.sed consulto.3.ibique* Cuiac.*ff.de his, quæ in testam.delent.l.penult.§ vltim.ff.de bonor.poss.secund.tab. l.vltim. ff.de iniust.rupt. irr.fact.testam.l.penult.C.de testament.*vel resignatione *l.ad testium 22.§.si signa. 3.& l.seq.ff.qui testam fac.poss.d.l.penult. C.de testam.* vel deletione. *l.1.§.si heres.ff. si tabul.testam.nulla extab.d.l.1.§ sed consulto.& l.2.in princip.ff.de his, quæ in testam. delent.* testamentum rumpi atque infirmari, communis conclusio est. *Eamque rem copiosius explicat* Reusner *in tract.de iur.testamentor.part.6.cap.25.per tot.* Quod si non totum testamentum, sed eius pars deleta sit: in reliqua voluntate testamentum consistit: etsi heredum institutio sit inducta, & legata tantum salua relicta. *d.l.2.& 3.ff.de his,quæ in testam. delent. l.cum tabulis.16.§.vltim.ff. de his, quæ vt indign.aufer.* Duaren. *in Commentar. ad tit.ff. de iniust.rupt.irr.fact. testam.cap.8.* Et hic addendum est: per isthanc rescissionem, inscisionem, vel cancellationem non vitiari testamentum ipso iure, sed ope exceptionis, *& notata glossæ,* Bartoli, *& aliorum in d.l.1.ff.de his, quæ in testam. delent.* Vasq. *de success.resolut. §.8. num 35.*Grassi *lib.1.recept.sent.§.testamentum,quæst.85.num.1.* Thadei Pisonis *libr.1.variar.resolut. cap.12.num.43. &* Dauthii *in explicatione l.heredes palam. 21.num.14.ff. qui testamen. fac. poss.*

An autem applicetur fisco,&c.] Cui † nam hereditas, deleto vel cancellato testamento, applicari debeat, post Clarum hoc loco nostrum, dilucide explicant Franciscus Mantica *in tract de coniectur.vltimar.volunt.lib.12.titul.1.num. 31.*Grassus *d.§.testamentum,quæst.85.num.3.*Dauth. *in dict.l. heredes palam.21.num.17.ff.qui testam.fac.possunt. &* Piso *d.lib. 1.cap.12.num.47.*

QVÆSTIO XCIV.

SVMMARIA.

1 *Cur testamentum prius tollatur per posterius, duplex ratio.*
2 *Testamentum est vltima voluntas.*
3 *Vnius vnum tantum est testamentum.*
4 *Posteriora generaliter derogant prioribus.*
5 *Cur militis testamentum posteriore non rumpatur.*
6 *Quid, si testator iurauerit, se primum testamentum non reuocaturum.*
7 *Iuramentum est priuata conuentio.*
8 *Iuramentum sortitur naturam actus, cui accedit.*
9 *Natura testamenti quæ.*
10 *An & quatenus testator, qui neglecto iuramento, aliud facit testamentum, periurus fiat, remissiue.*
11 *Ecquid iuramentum habeat vim derogatoriæ clausulæ, remissiue.*

N*Vlla est inter Doctores controuersia, quin regulariter primum tollatur per secundum.*] Ratio, cur † testamen- 1
tum primum tollatur siue reuocetur per secundum legitime factum, hæc duplex addi poterit: Tum † quia testa- 2
mentum est vltima voluntas. *l.1.ff.qui testam.fac.poss.l.1.C.de sacrosanct. Eccles.* proindeque id testamentum valere debet, quod est posterius. Vtrumque enim valere nequit:
cum † vnius vnum tantum sit testamentum: eo quod te- 3
stamentum contineat vniuersam hereditatem: extra autem vniuersitatem nihil esse possit, *argum. l.nihil est aliud. 24.ff.de verbor. signific. & l.hereditas. 62.ff.de reg.iur.* Tum † 4
quia & alias in iure posteriora derogant prioribus; vt leges. *l.non est nouum. 26.ff.de legib.* vt pacta. *l.pacta nouissima. 12.C.de pact.* vt contractus. *l.pacta conuenta. 72.ff.de contrahend.empt.* vt tutela, legatum, fideicommissum, &c. *l.tutor datus.8.§.vltim.l.si hereditas.10.§.1.ff. de testamentar.tutel.l. si mihi.12.§ in legatum.ff.de legat.1. l.clam.19. Cod.de fideicommiss.* Excipitur tamen militis testamentum, quod posteriore non rumpitur. *l.quærebatur.19.l.militis.36.§.1.ff.de testam.militis.* Ratio exceptionis hæc est; quia militi † plura testa- 5
menta facere, & heredem ex parte instituere licet: quod pagano non permittitur. *dict. l.quærebatur.19.in princ.ff.eod.* Reusn. *in tract.de iur.testam.part.6.c.20.n.5.*

Sed quid, si testator in primo testamento apposuit iuramentum.] Quamuis † testator iurauerit, se primum testa- 6
mentum non reuocaturum: nihilominus tamen, non obstante tali iuramento, secundo legitime facto primum mutare poterit. Huiusque ratio non in occulto est: Tum † 7
quia

quia iuramentum priuata est conuentio, per quam ne-
mo se ipsum testamenti factione, quæ iuris est publici,
exuere potest. *l.nemo potest.55.ff.de legat.1.l.3.ff.qui testamen.*
8 *fac. poss.* Tum † quia iuramentum sortitur naturam a-
ctus, cui accedit. *l.fin.C.de non num pecun.capit accessorium.*
9 *42.de regul.iur.in 6.* Hæc † autem est natura testamen-
ti, vt vsque ad mortem reuocari, mutari, & corrigi pos-
sit. *l. quod si iterum.4.& l.nihil prohibet. 17.ff.de adimend. vel
transfer.legat.* Et ita, post Clarum *& ab eo citatos hic*, sen-
tiunt Michael Grassus *libr.1.recept.sentent.§.testamentum,
quæstio.87.num.1.* Anton. Gabriel *Roman. commun. con-
clusion.lib.2.titul.de iuram.num.8.* Thadeus Piso *lib.1.va-
riar.resolut.cap.12.num.6.* Fachin. *lib.4.controuers.iur.capit.
8.circa fin.* Heigius *in § posteriore.2.num.5. Institut. quibus
mod. testament.infirment.* Anton. Faber *part.2.de errorib.
pragmat decad.39 error.2 &* Dauth *in tractat.de testament.
num.88.& seqq.*

Nunquid testator reuocando illud primum testamentum erit
10 *periurus.*] An † & quatenus testator, qui neglecto iura-
mento, aliud condidit testamentum, periurus fiat, latius
post Clarum nostrum, exponunt Anton.Gabriel.*Roman.
loco præallegato*, Grassus *d.§.testamentum. quæstio.87, num.2.*
Dauth. *d.tractat.de testament. num.91.cum seqq.* & Thadeus
Piso *d.cap.12.num.7.*

11 *Tale † iuramentum, appositum in primo testamento, habet
vim clausulæ derogatoriæ.*] Adde hac de re videndum E-
manuelem Soarez *in thesaur.receptar.sent.verb.testamentum.
num.67.* & Grassum *d.§.testamentum,quæst.87.nu.3.& 4.nec
non* Pisonem *d.c.12.nu.12.*

QVÆSTIO XCV.

SVMMARIVM.

1 *An donatio, facta in pœnam mutationis testamenti, subsi-
stat, remissiue.*

N*Vnquid talis donatio facta in pœnam mutationis testamen-*
1 *ti valebit.*] Quod † donatio, in pœnam mutatio-
nis testamenti facta, non valeat, vltra Clarum nostrum
& ab eo nominatos, tradunt Emanuel Soarez *in thesaur.re-
cept.sentent verb.testamentum. num.69.* Vasquius *de succes-
sion.progress.§.1. numer.103. eosque cum aliis referens* Grassus
*libr.1.recept.sentent.§.testamentum, quæst.88. Quibus adiicien-
dus est* Thadeus Piso *libr.1.variar.resolut. cap.12. num.10. &
sequentibus* Dauthius *in tractat.de testament.numer.96.* &
Reusnerus *in tractat.de iure testament.part.6.capit.20.nu-
mer.22.*

QVÆSTIO XCVI.

SVMMARIVM.

1 *Si heres institutus in secundo testamento non adiuerit here-
ditatem, num nihilominus primum reuocatum censea-
tur.*

Q*Vid, si ex secundo testamento non fuerit adita hereditas.*]
1 Quod † testamentum primum tollatur & reuoce-
tur per secundum legitime factum, etiamsi heres in se-
cundo testamento institutus non adierit heredita-
tem, post Clarum hic nostrum, *& alios*, docent Tha-
deus Piso *libr.1.variar.resolut. capit.12.num.5. &* Ioannes
Dauth. *in explicatione l. heredes palam. 21.num.22.ff.
qui testam.fac.poss.*

* * *

QVÆSTIO XCVII.

SVMMARIVM.

1 *Per testamentum secundum minus solenne quando reuocetur
primum solenne, remissiue.*

Q*Vod in illo primo testamento fuerint instituti extranei.*]
Quando † posteriore testamento minus perfecto 1
& solenni, rumpatur & tollatur prius testamentum per-
fectum & solenne, post Clarum nostrum, declarant Ni-
colaus Reusner. *in tract.de iur.testam.part.6.cap.20. num.4.5.*
& Grassus *lib.1. recept.sent. §.testamentum, quæst.86.num.4.
aliique per hunc allegati.*

QVÆSTIO XCVIII.

SVMMARIVM.

1 *An & quatenus testamentum inter liberos posteriore testa-
mento reuocetur, remissiue.*

N*Vnquid locum habeat in testamento condito inter liberos.*]
De ista † quæstione (an scilicet & quatenus testa- 1
mentum inter liberos reuocetur alio posteriore testa-
mento) adde videndum Michaelem Grassum *libr.1.re-
cept sentent.§.testamentum, quæstio.86.num.5.& seq. vbi plu-
res citat.*

QVÆSTIO XCIX.

SVMMARIA.

1 *Primum testamentum, cui apposita est clausula derogatoria,
an & quatenus per secundum tollatur.*
2 *Testamentum inter liberos factum cum clausula deroga-
toria, an & quando reuocetur per secundum, remis-
siue.*

T*Estator † in primo testamento apposuerit clausulam deroga-* 1
toriam.] Clausulam istam derogatoriam (puta si
testator dicat, *si quod aliud testamentum postea fecero, vale-
re illud nolo*) in priore testamento, ad posterius impedi-
endum, appositam planissime inutilem esse atque va-
nam, rationibus speciosis ostendit Antonius Faber *part.
2.de errorib.pragmaticor.decad.37.error.7.& seqq. item decad.
38.err.1.* Tametsi alii (vltra Clarum hic nostrum *nu-
mer.4.*) communiter existiment: hoc non aliter verum
esse, quam si testator specialiter in posteriore testamen-
to exprimat, se prioris voluntatis suæ pœnituisse, *argum.
l.si quis.22.ff.de legat.3.ibique* Bartol *& alij.* Viglius *num.2.*
& Heigius *num.9.in §.posteriore.2.Instit.quib.mod.testam. in-
firment.* Menoch. *lib.4.præsumpt.166.num.13.vers.tertia est o-
pinio,&c.*Fachin. *lib.4.controuersiar.iur.cap.92.*Grassus *libr.
1.recept.sentent.§.testamentum,quæst.89.* Thadeus Piso *libr.
1.variar.resolut.cap.12.num.16. & seqq.aliique plurimi, per hos
cumulati.*

Siue inter liberos, &c.] Testamentum † factum inter 2
liberos cum clausula derogatoria, an & quando per se-
cundum reuocetur, præter Clarum nostrum *& ab eo lau-
datos*, fusissime explicant Franciscus Mantica *in tractat.
de coniectur. vltimar. voluntat. libr. 12. titul. 8. num.11. cum
seqq.* Piso *dict.libr.1.cap.12.num.22.* & Grass. *dict.§.
testamentum, quæstio.86.num.
9.& seqq.*

QVÆ-

QVÆSTIO C.

SVMMARIA.

1 *Si duo conficiuntur testamenta, in omnibus idem sonantia: tunc vnum reputatur testamentum, pluribus codicibus scriptum.*

2 *Si duo proferantur testamenta, vno tempore facta, neutrum valebit.*

1 P*One, quod producantur duo testamenta eodem die confecta.*] Si † duo conficiantur testamenta, in omnibus idem sonantia: tunc vnum censeri testamentum, pluribus codicibus scriptum, probabilius est. §. *penultim. Institut. de testament. ordinand. l. vnum. 24. ff. qui testament. fac. possunt, & tradit* Viglius *in §. posteriore. 2. Institut. quib.*
2 *mod. testament. infirment. num. 3.* Quid vero, si † duo testamenta, vno die facta, in quibus diuersi scripti sunt hæredes, proferantur? Et, si non appareat, quodnam eorum prius sit, aut posterius, propter incertitudinem & repugnantiam, neutrum valet, *argum. l. 1. §. 1. vtiuque gloss. in verb. veteres. ff. de bonor. poss. secund. tabul. Lenm, qui. 51. in princip. & ibi gloss. in verb. ex neutro. ff. de acquir. vel amittend. heredit.* Et ita, post Clarum nostrum, tradunt Wesenbecius *consil. 90. num. 17.* D. Enenkel. *libr. 2. de priuileg. cap. 5. num. 12.* Crauett. *consil. 143. num. 5.* Burlat. *consil. 39. num. 1. libr. 1.* Grassus *libr. 1. recept. sentent. §. testamentum, quæstio. 91.* Schegk. *in delibat. iur. disput. 11. th. 12.* Stuck. *part. 1. Exercitat. Iustin. decad. 6. assert. 10. lit. C. pag. 285.* Ioan. Pett. de Ferrar. *Papiens. in Practica. in form. libell. quo hereditas ex testamento petit. in gloss. consulte. num. 3. versic. & si fortasse.* Tiraquell. *in tractat. de iur. primogen. quæstio. 17. opin. 6. num. 6.* Reusner. *in tractat. de iure testament. part. 6. cap. 11. num. 7. & seqq.* Mantica *in tractat. de coniectur. vltim. volunt. lib. 2. titul. 15. num. 17.* Thadeus Piso *libr. 1. variar. resolut. iur. cap. 12. num. 52.* & Menochius *in tractat. de adipiscend. possess. remed. 4. quæstio. 95. num. 781. & seqq. Qui duo posteriores huius sententiæ aliquot declarationes & limitationes recensent.*

* * *



IOHAN-



IOHANNIS HAR-PRECHTI, IC. ET IN ILLVSTRI TVBINGENSI ACADEMIA ANTE-CESSORIS ORDINARII,

ADDITIONES AD IVLII CLARI Libri IV. ſententiarum receptarum

§. DONATIO.

QVÆSTIO I.

SVMMARIA.

1 *Donatio vnde ſit dicta, remiſſiue.*
2 *Et quomodo differat à munere.*
3 *Donatio an rectè conuentio vel contractus definiatur.*
4 *Omnis contractus aut eſt bonæ fidei, aut ſtricti iuris.*
5 *Pollicitatio non eſt conuentio.*
6 *Donatio in genere definitur.*
7 *Verbum actus late patet.*
8 *Donatio quibus modis fiat.*
9 *Res alienæ donari non poſſunt.*
10 *Quis rectè appelletur liberalis.*
11 *Nemo donare cogitur.*
12 *Inuito beneficium non datur.*
13 *Quibus caſibus in inuitum conferatur beneficium, remiſſiue.*
14 *In dubio regulariter donatio facta non præſumitur.*
15 *Quis donat, perdere videtur.*
16 *Donationis duæ ſpecies: vna propria ſiue vera ſimplex, & abſoluta: altera relata ſiue non propria.*
17 *Donatio itidem alia dicitur pura, alia conditionalis.*
18 *Propria ſiue ſimplex donatio quæ.*
19 *Huius donationis quis finis.*
20 *Relata donatio quæ, & cur ita dicatur.*
21 *Qua nota hæc donatio à ſimplice ſeu abſoluta diſtinguatur.*
22 *Donationis relatæ tria genera.*

1 DONATIO † *dicta eſt à dono.*] De hac donationis etymologia videndi ſunt Fuluius Conſtantinus *ad rubric. titul. Inſtitut. de donat. numer. 1.* Petrus Nicol. Mozz. *in tractat. de donationib. in princip. num. 2.* Didacus Couarruu. *in rubric. de teſtament. part. 1. numer. 2. verſic. poteſt etiam non incongrue, &c.* Dn. Collega Bocer. *in Commentar. de donationib. capit. 1. num. 1. edit. 2.* & D. Obrechtus *diſput. 17. ſiue in œconomia donatio-*
2 *nis diſputat. 1. th. 5. & ſeqq.* Differt autem † donatio à munere: quod hoc proprie ex aliqua cauſa fiat: illa vero ſine cauſa à mera liberalitate proficiſcatur. *L. inter donum. 194. ibique* Gœddæus *num. 2. ff. de verb. ſignificat. l. 1. ff. de donationib.* Mozz. *in d. princ. num 3 late* Franciſc. Connan. *lib. 5. Comment. iur. civil. c. 9. nu. 2.*

Nunquid donatio ſit contractus.] Quod † donatio neque 3
conuentio rectè definiatur, neque contractus, firmis rationibus oſtendit D. Bocer. *d. capit. 1. num. 4. & ſeqq.* Ac † 4
ſane quod contractus non ſit, vel inde clareſcit, quod omnis contractus aut eſt bonæ fidei, aut ſtricti iuris. *§. actionum 28. Inſtit. de actionib.* Sed donatio non eſt contractus bonæ fidei. *L. eum, qui. 22. ff. de donat.* nec etiam ſtricti iuris. *L. interdictum. 14. ff. de precar.* vbi Paulus donationes à negocio contracto ſeparat. Duaren. *ad l. iuris gentium. 7. in verb. & cæteri ſimiles contractus. ff. de pact.* Rober. *diſput. ad Inſtitut. 10. th. 1. lit. C.* Andr. Gerhard. *decad. 6. quæſtio. 7.* Wegner. *diſput. 6. ad Inſtit. th. 6. ad lit. A.* Stuck *part. 1. Exercitat. Inſtin. decad. 5. aſſert. 4. ad lit. B.* Anton. Faber. *part. 2. de errorib. pragmat. decad. 45. error. 8.* Donationem porro minus rectè conuentionem definiri, hæc euincit ratio: quia donatio interdum etiam fit ſola pollicitatione. *L. hoc iure. 19. in princip. ff. de donationib. l. ſi quis donauerit. 5. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Cuiac. *lib. 12. obſeruat. 28.* Pollicitatio † 5
autem conuentio non eſt. *L. 3. in princip. ff. de pollicitat. Vide illa de re fuſius diſputantem* D. Hunnium *lib. 2. var. reſolut. iur. ciu. tract. 4. quæſt. 1.*

Cæterum donatio in genere non incommode hoc 6
modo definiri poſſe mihi videtur: Donatio eſt actus, quo res propria, ex liberalitate a volente proficiſcitur, & in volentem confertur. Generis loco ponitur *actus*, cum Contio *lib. 1. diſput. iur. ciuil cap. 12.* Obrechto *d. diſput. 1. de donat. th. 9. & 10.* D. Bocero *claſſ. 2. diſput. 19. th. 3. edit. 2. & d. commentar. de donat. cap. 1. num. 2.* & Schegkio *in delibat. iur. diſput. 8. th. 25.* Quia † verbum illud generale eſt, late-
que patet, & omnia, quæ quouis modo aguntur, com- 7
prehendit. *leg. obligationum. 3. §. 2. in fin. ff. de oblig. & act. l. Labeo. 19. ff. de verb. ſignif. l. heredes palam. 21. in fin. ff. qui teſtam. fac. poſſunt, l. duos. 6. in fin. ff. de duob. reu. l. ſtipulatio iſta. 38. §. in ſtipulationib. 18. & l. enim, qui. 41. in princip. ff. de verb. oblig. l. non omnis. 19. in princip. ff. de negoc. geſt. leg. obſeruare. 4. §.*

recte enim. ff. de offic. praefect. vigil. l. vltim. in princip. ff. communia
praedior. l. actus. 77. ff. de regul. iur. l. actus. 8. C. de seruit. Et pro-
8 pterea † omnem quoque donationem complectitur;
siue fiat traditione *d. l. 3 § 1. ff. de obligat. & act. l. 1. C. de dona-*
tionib. siue nuda conuentione, vel pacto. *l. in aedibus. 9. in*
princ. ff. de donat. § alia. 2 versic. perficiuntur. Instit. eod. l. si quis ar-
gentum 35. § sed si quidem. C. de donat. siue pollicitatione. *d. l.*
hoc iure. 19. in princ. ff. eod. tit. siue acceptilatione. *l. mortis. 31.*
§. Iulianus placet. ff. de mortis caus. donat. Dicitur in definitio-
ne: *quo res propria, argumento l. si filius. 14. l. si auia. 19. C. de do-*
9 *nationib. l. 1. C. de bon. matern.* Res † siquidem alienae dona-
ri nequeunt: quia non sunt in patrimonio donantis: &
quia non possunt eius fieri, cui donantur. *dict. l. in aedi-*
10 *bus. 9. in fin. ff. de donat. l. nemo plus. 54. ff. de regul. iur.* Nec † li-
beralis recte appellatur, qui de alieno est liberalis: sed il-
le, qui quod alteri donat, sibi detrahit, *teste Seneca lib. 1. de*
11 *clement.* Dicitur, *ex † liberalitate à volente.* Nemo quip-
pe donare cogitur. *l. donari 19. ff. de donat. & l. donari. 82. ff.*
de regul. iur. Dicitur, *in volentem.* Nam nolenti libera-
litas acquiri non potest. *d. l. hoc iure. 19. §. non potest. ff. de*
12 *donationib.* Siquidem † inuito beneficium non datur. *l.*
13 *inuito. 69. ff. de regul. iur.* Enimuero † non desunt casus,
quibus etiam in inuitum confertur beneficium. *leg. si pro-*
me. 40. l. soluere. 53. l. si debitor. 91. ff. de solutionib. l. si Stichum. 8.
§. vltim. ff. de nouationib. l. soluendo 39. ff. de negot. gest. l. verum
praesente 27. ff. de constit. pecun. Dicitur denique, *confertur.*
Quo verbo praesentis temporis, distinguitur donatio à
pacto futurae donationis: quod Iustinianus Imp. non
confirmauit. *Donell. libr. 13 Commentar. de iur. ciu. cap. vl-*
tim. in fine.

14 Illud hic addendum quod † in dubio regulariter do-
natio facta non praesumatur, *argum. l. cum de indebito. 25. in*
princip. vers. qui enim soluit. ff. de probationib. c. super hoc. 5. versic.
sic tua experientia, & c. de renunciatione, & cap. quia verisimi-
15 *le, 10. extr. de praesumptionib.* cum is, qui † donat, perdere
videatur. *l. filiusfamilias. 7. in princip. ff. de donationib.* Et non
praesumi donationem longo stylo persequuntur Iacobus
Menochius *libr. 2. de arbitrar. iud. cent. 1. quaestio. 88. numer.*
1. cum seqq. Iosephus Mascardus *de probat. volum. 1. con-*
clusio. 554. numer. 1. & seqq. Hartmannus Pistoris *libr. 3.*
quaestion. 3. numer. 56. Iacobus Schultes ad Modestin.
Pistor. *quaestion. 130. numer. 39. part. 3.* Ioannes Borcholt.
consil. 11. pagin. 144. & seqq. hosque referens D. Bocerus *d.*
Commentar. de donationib. capit. 1. num. 18. & sequentib. vbi
certis quibusdam casibus praesumi donationem, accurate o-
stendit.

16 Illud quoque hoc loco subiiciendum: quod † dona-
tionis duae perhibeantur species: vna propria. *leg. 1. ff. de*
donationib. seu simplex. *l. si filia. 20. §. si pater. ff. famil. er-*
cisc. l. illud. 20. §. 1. Cod. de collat. (quae etiam vera, absoluta
communis, directa, & mera donatio nuncupatur. *l. sena-*
tus. 35. §. 2. ff. de mortis caus. donationib. l. Aquilius. 27. ff. de do-
nationib. l. donatio. 25. & l. sancimus. 34 in princ. C. eod.) alte-
ra relata, quam & non propriam appellitant. *dict. l. 1. ff. de*
donationib. Schegk. *in delibat. iur. d. disputat. 8. th. 26.* D.
Bocer. *dict. class. 2. disput. 19. th. 12. & d. Comment. de donat.*
17 *cap. 2.* Caeterum † cum interdum pure & simpliciter si-
ne vlla adiectione res alicui detur, interdum cum ali-
qua conditione: inde est, quod donatio vna dicitur pu-
ra, alia conditionalis; *quod latius explicat* Vulteius *ad prin-*
cip. Instit. de donat. numer. 4. Et vide Mozzium *dict. tra-*
ctat. de donationibus, sub titul. diuisio donationis resides nu-
mer. 3.

18 Simplex † siue propria donatio est, quam quis ex
mera liberalitate & munificentia in aliquem confert. *d.*
l. 1. d. l. hoc iure. 19. §. 2. & §. fin. l. donari. 29. ff. de donationib.
& leg. donari. 82. ff. de regul. iur. l. si quis argentum. 35. §. sed
si quidem. versic. cum enim in arbitrio. Cod. de donationib. Est
quippe summus seu principalis istius donationis finis, li-
beralitas & munificentia. Idcirco † enim donator alte- 19
ri donat aliquid, vt liberalitatem & munificentiam suam
erga alterum cum laude exerceat. *dict. l. 1. in princip. ff. de do-*
nat. l. munus proprie. 214. ff. de verbor. significat. Hocque fa-
cit, vbi considerat, quid, cui, qualiter, quando, vbi, &
quare sit dandum, *auctore Seneca libr. 1. de benefic.* Itaque
haec donatio expers est alicui finis, aut repositionis an-
tidorum: sed sicut liberalitas se ipsa est contenta, nec
aliud spectat, quam alteri benefacere: ita etiam haec do-
natio, quae ob solam liberalitatem & munificentiam ex-
ercetur. D. Obrecht. *dict. oeconomia donationis. disputat. 3.*
th. 3. & seqq.

Non † propria siue relata donatio dicitur, qua res ali- 20
qua non ex mera liberalitate, sed sub causa, in alterum
donandi animo confertur. *Relata* nominatur: quia non
simpliciter, absolute & directe fit propter solam libera-
litatem & munificentiam: sed in ea ad causam aliquam
relatio & respectus habetur. Caeterum † illa verba, 21
sub causa, sunt specifica relatae donationis differentia;
quoniam eam à simplice & absoluta donatione distin-
guunt. Nam simplex donatio sola liberalitate & mu-
nificentia constat. At liberalitas nulla causa opus ha-
bet: quia causa liberalitatem & beneficentiam exclu-
dit. Etenim qui sub causa donat, is plerunque f[...]
rat: non simpliciter benefacit: & non tam d[...] quam
accipit beneficium. D. Obrecht. *disputat. 4. de mort. caus.*
donat. thes. 7. & seqq. Huiusque † relatae donationis tria 22
censentur genera: donatio mortis causa, *de qua infra*
quaestio. 4. donatio respectu nuptiarum facta, *de qua in-*
fra quaestion. 11. & donatio remuneratoria, *de qua infra*
quaestio. 3.

QVAESTIO II.

SVMMARIA.

1 *An donationi simplici siue propriae conditio adiici pos-*
sit.
2 *Num donatori liceat perfectae iam donationi adiicere condi-*
tionem.
3 *Modus gratuitus simplicem donationem non mutat.*
4 *Donatio reciproca siue mutua quae sit.*
5 *Ista donatio censetur quaedam permutatio.*
6 *Donatio reciproca non dicitur, si diuersis temporibus quid al-*
ter alteri largiatur.
7 *Reciproca donatio non exigit insinuationem, licet quingentos*
solidos excedat.

AN *donatio conditionalis sit propria donatio.*] Conditio-
nem † donationi simplici seu propriae adiici pos- 1
se, communis veraque opinio est, vt praeter Clarum
nostrum, testantur Bartol. Castrens. Cuman. *& alii in l.*
2. §. si pecuniam 5. per illum textum. ff. de donationib. vbi do-
nari potest pecunia sub ea conditione, *Si Seius Consul fa-*
ctus fuerit. Haec conditio tantum suspendit donatio-
nem: quia donatio non prius locum habet, quam
conditio adiecta sit impleta. Non autem facit eam re-
latam, vel ob causam: quia tantum donatarii, & nul-
lam donatoris vtilitatem respicit. Imo vbi conditio
extitit, perinde est, ac si nunquam apposita fuisset. *l. vl-*
tim. § 1. versic. sed si sub conditione ff. de vulg. & pupill. substitut.
D. Obrecht. *in oeconomia donationis. disputat. 2. th. 44. &*
seqq.

Caeterum † donatori nō licere perfectae iam donationi, 2
siue ex interuallo, siue incontinenti, adiicere aliquam con
ditionem, inuito donatario, pulchre contra alios defendit.

An o-

Antonius Faber *part.2. de errorib. pragmat. decad. 48. error. 5. per l. perfecta. 4. C. de donationib. quæ sub modo, & c. l. 3. 4. 5. 6. &*
3 *passim. C. de reuocand. donationib.* Modus † quoque si est gratuitus, non mutat simplicem donationem: veluti si quis donat alteri, vt villam, domum, vel equum emat, vel vt vxorem ducat. His enim casibus respectu donatoris mere liberalis, gratuita & simplex est, & manet donatio: quoniam nihil donatori acquiritur, *vt post* Bertrand. *& alios docet* D. Obrecht. *dict. disputat. 2. th. 47. & seq.*

Nunquid donatio reciproca siue vicissitudinaria dicitur pro-
4 *prie donatio.*] Hoc loco addendum, quod † reciproca siue mutua & vicissitudinaria donatio sit, quæ ita perficitur, vt eodem contextu & vestigio eodem, alter ab altero, itque adeo vterque aliquid confestim capiat: veluti, si donem tibi fundum, & tu mihi voce mutua eodem
5 contextu dones domum. Vnde ista hæc donatio censetur potius quædam permutatio, quam donatio, *iuxta gloss. in l. quod autem. 7. §. si vir & vxor. 2. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Alberic. & Iacob Butrigar. *in l. si donata. 36. in fine. ff. eod.* Tiraquell. *in l. si vnquam. 8. in verb. donatione largitus. num. 110.*
6 *C. de reuocand. donationib.* Quod † si diuersis temporibus alter alteri quid donet: vt si hodie ego tibi quid donem, & tu vicissim post annum, aut aliud tempus longum, mihi dones aliquid: non illa donatio mutua siue reciproca, sed vtraque simplex donatio putatur. *l. cum hic status. 32. §. si ambo 14. versic. proinde rectissime dicetur. & l. qui tam nuptæ. 48. ff. de donat. inter vir. & vxor. late* Tiraquell. *in dict. l. si vnquam. 8. in verb. donatione largitus. num. 116. C. de reuocand. donat. hincque referens* D. Bocer. *in Commentar. de donationib. c. 11. num. 6. edit. 2.*

7 *Quod non indiget insinuatione.*] Quod † reciproca ista donatio, licet quingentos excedat solidos, insinuationem non desideret, vltra Clarum hic nostrum, tenet Oldradus *consil.* 139. Decius *consil. 202. colum. 4.* Guido Papæ *sing.* 400. Tiraquell. *dict. verb. donatione largitus. num. 120. & 127. alijsque laudans* Bocer. *d. cap. 12. num. 12.* Quibus addatur Andreas Gail. *lib. 2. obseruat. 40. num. 8.* & Petrus Nicolaus Mozz. *in tractat. de donationib. titul. de substantialib. seu quæ requirantur in donat. numer. 15. vbi plures allegat.*

QVÆSTIO III.

SVMMARIA.

1 *Donatio remuneratoria quæ sit.*
2 *Nunquid donatio remuneratoria proprie sit donatio.*
3 *Omnis donatio merita donatarii præsupponit.*
4 *Et quid donatio remuneratoria indigeat insinuatione.*
5 *An ad hoc, vt donatio ista valeat, requiratur, quod merita donationi æquiualeant.*
6 *Nobilis & diuitis officium.*
7 *Num donatio remuneratoria ob ingratitudinem reuocari possit.*
8 *Vtrum donator remuneratorius de euictione donatario teneatur.*

1 **A***N donatio remuneratoria, vel antidoralis, sit proprie donatio.*] Addendum hic est: quod † remuneratoria donatio sit illa; quæ à viuente, & citra omnem periculi metum, in compensationem meritorum, gratæque mentis declarandæ causa, in alterum confertur: vt si donem quid alicui, quod me defenderit, vel à latrunculis siue hostibus eripuerit. *l. si pater. 34. §. 1. ff. de donationib.* vel quod me erudierit, scientiaque & diligentia meliorem reddiderit. *l. Aquilius. 27. ff. eod. tit.* Et quanquam Gotsa *in l. donari. 83. ibique* Decius & Cagnolus. *ff. de reg. iur.* & alii nonnulli, quos refert & sequitur Arius Pinelus *in l. 1. C. de bon. matern. part. 3. num. 60.* autumant: donationem, † remunerationis causa factam, esse do- 2
nationem propriam, veram & simplicem: attamen probabilior ac receptior est sententia existimantium, remuneratoriam donationem non esse propriam & simplicem donationem, sed potius quandam permutationem, vel præstiti officii compensationem. *dict. l. Aquilius. 27. ibi, desendi, non meram donationem esse, verum officium magistri quadam mercede remuneratum ff. de donat. l. metum. 9. §. 1. versic. consuluit. ff. quod met. caus. l. si vero. 12. in princip. ff. mandat. l. sed etsi lege. 25. §. consuluit. 11. versicu. quæsitum, ibi, velut genus quoddam hoc esset permutationis. ff. de petit. hereditat. & l. hoc iure. 19. §. 1. ff. de donationib.* Tiraquell. *in repetitione l. si vnquam. 8. verb. donatione largitus. num. 11. & 12. C. de reuocand. donat.* Molin. *in consuetud.* Paris. *titu. 1. §. 30. num. 99.* Ioseph. Ludouic. *in communib. conclusionib. conclus. 16. num. 355.* Menochius *consil. 307. num. 4. cum seqq. lib. 4. &* Rauchbar. *quæst. 11. num. 15. part. posteriore.* Quos omnes referendo comprobat. D. Bocer. *in Comment. de donat. cap. 13. num. 2.*

Hanc sententiam non infringit, quod † omnis dona- 3
tio merita donatarii præsupponat. *l. nec adiecit. 9. ff. pro socio.* Nam non aliter remunerationis causa facta dicitur donatio, quam si donator specialiter & expresse dixerit; donare se, ob merita & beneficia, sibi à donatario præstita. Dn. Bocer. *d. c. 13. num. 4.* vbi plura alia argumenta, quæ huic assertioni refragari videntur, neruose diluit.

Talis donatio non indiget insinuatione.] Quod † dona- 4
tio remuneratoria non requirat insinuationem, etiamsi quingentorum solidorum quantitatem excedat, vltra Clarum nostrum, alii plerique tradunt, Accurs. Alberic. Bartol. Imola, *& cæteri in dict. l. Aquilius. 27. ff. de donationib.* Oldrad. *consil. 5. & consil. 214.* Philippus Corneus *consil. 149. colum. 1. lib. 3.* Alexand. *consil. 30. colum. 2. lib. 3.* Guid. Pap. *quæstion. 95. & consil. 34. colum. 2. & sexcenti alii, quos recenset & amplectitur* Tiraquellus *in repetitione dict. l. si vnquam. 8. verb. donatione largitus. num. 47. Cod. de reuocand. donat.*

Quibus etiam non inuiti accedunt Emanuel Soarez *in thesaur. recept. sentent. lit. D. num. 238.* Anton. Gabriel Roman. *libr. 3. de iur. quæsito non toll. conclusio. 6. numer. 6. & conclusio. 7. num. 2.* Nicolaus Euerhardus *consil. 60. numer. 10.* Mynsinger. *sentent. 4. obseruat. 75. in princip.* Modestin. Pistoris *consil. 63. libr. 2.* Cuiac. *in libr. 29. quæstio. 4. Papin. ad d. l.* Aquilius. *ff. de donat.* Rauchbar. *quæst. 11. num. 13. part. poster. hosque allegans* D. Bocer. *prædicto cap. 13. num. 20.* vbi tamen subiicit, dispiciendum hic esse, vt merita donationi æquiualeant, ex Rauchbaro *d. quæst. 11. num. 16.*

Nunquid † ad hoc, vt talis donatio remuneratoria valeat, requiratur, quod ipsa merita æquiualeant Donationi.] In hac 5
remuneratoria donatione exigitur: vt detur vel promittatur aliquid ad mensuram receptorum beneficiorum. Non enim hæc donatio excedere debet beneficia accepta: sed hæc cum illa, & contra illa cum his congruere debent. Siquidem si plus donatur, id quod plus est, in donationem simplicem transit. *l. 1. & l. hoc iure. 19. § 1. ff. de donationib. & arguit hic Clarus noster.* Quod tamen restringitur vel ratione rerum, vel ratione personæ. Ratione rerum restringitur, si beneficia accepta nullam æstimationem accipiunt. Tum etenim quantacumque est donatio, tota remuneratoria iudicatur, *vt tradit Imola in dict. l. Aquilius. 27. ff. de donationibus.*

Persona autem vel nobilis est & diues, vel ignobilis

6 & pauper. Nobilis † & diues si remunerandi animo donat, quicquid donat, totum donare videtur: quia illius natura & officium est, maiorem referre gratiam, quam accepit. *cap.1.extr.de donat.* At si ignobilis & pauper filius remuneret, quam accepit: ibi plus illud vel magni, vel parui est precii. Si magni est precii: tunc id, quod beneficia præstita excedit, cadit in donationem simplicem: quia in excessu cessat relatio, ad quam facta est. Si vero parui est precii: tota erit donatio remuneratoria. quia, *auctore Hesiodo*, beneficia accepta eadem mensura reddenda sunt, & melius, si possis. Debemus quippe agros fertiles imitari, qui plus afferunt, quam acceperunt, *teste Cic. lib.1.de offic.* Cæterum cum certo definiri nequeat. totum iudicis arbitrio committendum erit. Idque, *post alios*, fusissime explanat Tiraquellus *in dict. l. si vnquam. 8. verb. donatione largitus. num. 84. cum seqq. Codic. de reuocand. donat. &* Georgius Obrecht. *in œconomia donat. disputat.5. th.174. & seqq.*

7 Hoc loco & illud addendum: quod † donatio remuneratoria ob ingratitudinem reuocari non possit. *l. si pater. 34. §.1. ibique gloss. in verb. irreuocabilis. ff. de donationibus. l. metum. 9. §. animaduertendum. versic. sed licet vim. ff. quod met. caus.* Iason *in l. ex hoc iure. 5. numer. 54. ff. de iustit. & iur.* Alexand. *consil. 216. num. 3. volum. 2.* Fuluius Constantinus *in rubric. titul. Institut. de donat. num. 5. versicu. & hoc postea est. &c.* Cacheran. *decisio. Pedemontan. 139. num. 9. & 28.* Tiraquell. *in dict. l. si vnquam. 8. in verb. donatione largitus. num. 13. & seqq. Cod. de reuocand. donat.* Iosephus Ludouic. *in communib. conclusionib. conclus. 16. numer. 353.* Modestinus Pistoris *consil. 63. num. 66. libr. 3.* Menochius *consil. 1. num. 67. lib. 1. consil. 307. num. 7. consil. 331. num. 66. lib. 4.* Natta *consil. 122. numer. 14. tom. 1.* Anton. Gabriel Roman. *de iure quæsito non tollend. conclusio. 6. numer. 6. & conclus. 7. num. 2.* Emanuel Soarez *dict. thesaur. recept. sentent. lit. D. num. 235. & seq. hosque referens* D. Bocer. *dict. Commentar. de donationib. cap. 13. num. 26.* vbi dissentientes adducit Arium Pinelum *in d. l. 1. Codic. de bon. matern. part. 3. num. 62. versi. infertur septimo. &c.* & Fridericum Pruckmannum *in tractat. de regalib. membr. 2. effect. 7. num. 117. & seq. cap. 4.*

8 Denique addendum est: donatorem † remuneratorium de euictione teneri donatorio, ex hac potissimum ratione: quod donatio isthæc remuneratoria proprie non est donatio, sed potius permutatio quædam, *prædlegata. leg. sed & si lege. 25. §. consuluit. 11. ff. de petit. heredit.* In permutatione autem alter de euictione tenetur. *l. si permutationis. 29. C. de euictionib.* Et ita plerique tenent, Iacobus de Arena, Bartol. Franciscus Aretin. Alexand. & Iason *in l. Iulianus. 131. §. 1. ff. de verb. obligat. aliiq., quos citat & probat* Tiraquellus *in d. l. si vnquam. 8. in verb. donatione largitus. num. 59. C. de reuocand. donat.* Quamuis, post Decium *in l. si donatione. 13. num. 35. & seq. Cod. de collat.* contrariam sententiam amplecti videatur D. Bocer. *d. cap. 13. num. 28.*

QVÆSTIO IV.

SVMMARIA.

1 *Vtrum in dubio donatio censeatur inter viuos, an causa mortis.*

2 *Est quoque mortis causa donatio, si non mortis fiat mentio, sed verba istius donationis vim obtineant.*

3 *An mortis causa donatio intelligatur, si donator sit in extremis vitæ constitutus; & nulla mortis mentio facta fuerit, remissiue.*

4 *Ecquid donatio sub commemoratione mortis facta, cum clausula de non reuocando, assumat naturam donationis inter viuos.*

5 *Inter viuos, non mortis causa donatio est, si effectus & executio obligationis in euentum mortis differatur.*

6 *Donatio item inter viuos, non mortis causa reputatur, si donatio sub mortis mentione in aliquem, & eius heredes, conferatur.*

7 *Inter viuos quoque, non mortis causa præsumitur donatio, sub mortis mentione facta, si quinque testes non interuenerint.*

8 *Similiter donatio, consanguinitatis causa sub mortis mentione facta, inter viuos donatio intelligitur.*

N*Vmquid in dubio donatio iudicari debeat inter viuos, an causa mortis.*] Communis † regula & conclusio est: 1
quod si in donatione fiat mentio mortis, præsumatur donatio causa mortis, alias secus. *l. Seia. 42. in fine. ff. de mort. caus. donat.* Et ita, vltra Clarum, & Guchanum *hic in suis additionibus, & ab iis citatos*, sentiunt Antonius Gomezius *lib. 2. variar. resolut. iur. ciuil. cap. 4. num. 15.* Didacus Couarruu. *in rubric. titul. de testament. part. 3. num. 25.* Viuius *libr. 1. recept. sentent. verb. donatio.* Menoch. *libr. 3. præsumpt. capit. 35.* Michael Grassus *libr. 1. recept. sentent. §. Donatio causa mortis. quæst. 1. num. 2.* D. Bocer. *in Commentar. de donat. capit. 5. num. 11.* Petr. Nicol. Mozz. *in tractat. de contractibus. titul. de donat. rubr. diuisio donationis residet. num. 19. & seq.* Pruckman. *consil. 18. num. 48. volum. 2.* Domin. Cardinal. Tuschus *tom. 2. practic. conclusion. lit. D. conclus. 655. & seq.* Thadeus Piso *lib. 4. variar. resolut. cap. 1. numer. 3. & 18.*
Et † licet non fiat nominatim mortis mentio: si tamen 2
verba donationis eam vim obtineant, vt videatur donans mortis causa donare, est eiusmodi donatio: vt si dicat donator; *se bona sua donare vxori, si eam sibi superstitem fore contingeret*, notante Iacobo Thoming. *decis. 20. numer. 8.* Est quoque mortis causa donatio, si quis dicat: *Quæ bona reperiuntur mea, tempore mortis meæ, dono filiis meis*: quemadmodum scribit D. Bocerus *dict. capitul. 5. numer. 15. allegans* Vincentium Carocium *decisio. 84.*

Sed quid, si facta sit ab infirmo.] Quod † mortis causa 3
donatio nunquam intelligatur, nisi mortis mentio facta sit, quamuis donator sit in extremis vitæ constitutus, vltra Clarum nostrum, *& per eum citatos*, tenent Franciscus Mantica *libr. 1. de coniectur. vltim. volunt. titul. 13. num. 3.* Grassus *dict. §. donatio causa mortis. quæst. 1. num. 3.* Thadeus Piso *dict. libr. 4. variar. resolut. cap. 1. num. 19. aliiq. ab his laudati.*

Et in donatione ipsa promiserit, illam non reuocare.] Quod
† donatio sub commemoratione mortis facta, cum 4
clausula de non reuocando, assumat naturam donationis simplicis siue inter viuos, præter Clarum hic nostrum, tradunt Bartol. Castrens. Angel. *& cæteri in l. vlt. ita donatur. 27. ff. de mort. caus. donat.* Baldus & Salicetus *in l. 1. C. de iur. dot.* Roman. *consil. 513. in fin.* Mantica *d. titul. 13. num. 5. & seqq.* Menoch *libr. 3. præsumpt. 35. num. 21.* Ioannes Vincentius Hondedæus *consultat. 40. num. 59. volum. 1. & consultat. 44. num. 52. volum. 2.* Franciscus Personal. *consil. 44. in princip.* Grassus *dict. §. donatio causa mortis. quæstio. 1. num. 4.* Fachinæus *libr. 5. controuersiar. iur. capit. 33.* Cuiac. *consultat. 30.* D. Bocerus *dict. comment. de donat. capit. 5. num. 23.* Hotoman. *consil. 72.* Hackelman. *disput. illustr. 19. th. 19.* Piso *prædicto capit. 1. num. & seqq. vbi fusius illud explicat.*

Tametsi non desint, qui hoc casu donationem inter viuos esse negant. Curt. Iun. *cons. 56. num. 2. & 3.* Parisius *consil. 16. numer. 13. libr. 3.* Socinus Iunior *in leg. qui Romæ. 122. §. duo fratres. numer. 94. ff. de verbor. obligat. & alii,*

quos

4 quos refert Anton. Gabriel. Roman. lib. 2. conclusio. commun. conclusio. 9. num. 2. versic. tamen contrarium, &c. Quibus adiciendi sunt Corasius & Giphan. in d. l. vbi ita donatur. 27. ff. de mort. caus. donat. Anton. Faber decad. 45. de Error. pragm. error. 1. Forster. lib. 2. disp. 10. th. 11. & Hunnius lib. 2. var. resolu. iur. ciu. tract. 4. quæst. 2.

5 Enimvero † sunt & alii casus; quibus licet mortis mentio facta sit in donatione; tamen pro donatione inter viuos haberi debet. Etenim primo inter viuos, non mortis causa donatio intelligitur, si effectus & executio obligationis in euentum mortis differatur; atque adeo dilationis tantum gratia in verbis executiuis mentio mortis fiat: vt si dicat donator: dono tibi talem rem, vel pecuniam soluendam post mortem: vel, dono tibi fundum, retento mihi vsufructu pro vita mea, & vsque ad mortem, argumento l. Seia. 42. §. vltim. ff. de mort. caus. donat. l. 1. C. vt action. ab heredib. & contra hered. &c. l. hereditarium. 7. ff. de bon. auct. iud. possid. l. vltim. C. de contrah. & committ. stipulat. & § post mortem. 12. Instit. de inutilib. stipulat. Atque ita docent Bartol. in d. l. vbi ita donatur. 27. ff. de mort. caus. donat. Bald in d. l. 2. C. de iur. dot. Roman. in l. qua dotis. 33. ff. solut. matrim. num. 8. ibique Alexand. num 12. & Iason num. 35. Decius in l. fin. num 20. C. de pact. Ruinus consil. 182. num. 5. lib. 1. Crauetta cons. 617. num. 1. Natta consil. 123. Roland. à Valle consil. 61. num. 13. volum. 2. Berous consil. 60. num. 15. volu. 1. Hippolytus Riminaldus ad princip. tit. Instit. de donationib. num. 921. Mantica d. lib. 1. de coniect. vltim. volunt. tit. 13. num. 12. & 21. Menochius d. lib. 3. præsumpt. 35. num. 4. Iacobus Thomiog. d. decis. 20. num. 12. Hartman. Pistoris libr. 3. quæstio. 2. iur. quæst. 8. num. 2. & 3. D. Bocer d. cap. 5. num. 17. & Thadeus
6 Piso d. lib. 4. var. resol. c. 1. nu. 6.

Secundo † inter viuos, non mortis causa donatio censetur, cum quis donationem sub mortis mentione confert in aliquem, & eius heredes: siquidem mortis causa donatio ad heredes non transit. Bald. & Salicet. in d. l. 8. C. de iur. dot. Socin. senior in l. 2. num. 11. ff. de legat. 1. & consil. 53. num. 5. volum. 1. & consil. 72. num. 5. volum. 3. Alexand. consil. 14. num. 4. volum. 1. Corn. consil. 289. num. 11 volum. 4. Ruinus cons. 98. num. 16. & cons. 123 num. 6. volum. 1. Crauett. cons. 314. num. 18. Roland. à Valle consil. 8. num. 19. volum. 1. & cons. 61. num. 37. volum. 2. Aldobrand. consil. 43. num. 8. Boerius decis. 353. num. 12. Couarruu. de testam. part. 3. num. 25. Hippolytus Riminald. in d. princ. Instit. de donationib. num. 927. Mantica d. lib. 1. tit. 13 num. 13. Grassus d. § donatio causa mortis. quæst. 1. num. 7. Piso d. lib. 4. cap. 1. num. 14. & Menochius d. præsump. 35. nu. 7. Qui tamen plerique hoc pronunciatum latius declarant.

7 Tertio † sub commemoratione mortis facta donatio, non reputatur mortis causa donatio, si non quinque testes sint adhibiti. Hæc quippe donatio quinque testes necessario desiderat. l. vltim. C. de donationib. caus. mort. Ne autem videatur donator elegisse viam, qua sua dispositio euertatur & pereat: dicendum potius, inter viuos donatum fuisse. l. si miles. 3. ff. de testam. milit. Cynus in l. licet inter priuatos, 19. Cod. de pact. Alexandr. in l. qua dotis. 33. numer. 13. ff. soluto matrim. & ibidem Iason numer. 46. & 47. Corneus consil. 124 num. 3. & consil. 259. num. 9. libr. 4. Paris. consil. 90. num. 3. & 4. volum. 3. Purpurat. consil. 508. num. 4. Rolandin. à Valle consil. 8. num. 22. volum. 1. Socin. sen. consil. 137. libr. 1. Socinus iun. consil. 21. volum. 2. Crauett. consil. 52. num. 4. & consil. 227. in fin. Natta consil. 117. num. 3. & 4. Bertrandus consil. 88. num. 2. volum. 2. Riminald. in dict. princip. Institut. de donat. numer. 924. Mantica dict. titul. 13. num. 15. Menochius dict. præsumpt. 35. num. 4. Hartman. Pistoris dict. quæstio. 8. num. 14. D. Bocerus d. comment. de donat. cap. 5. num. 24. & Piso prædicto cap. 1. num. 15.

8 Quarto, quod † consanguinitatis causa sub mortis mentione donator, inter viuos donari intelligitur. Ita sentiunt Romanus in dict. l. qua dotis. 33. ff. solut. matrimon. Socin. seo. consil. 177. colum. 2. volum. 1. Gutlielm. Benedict. in cap. Raynutius. 16. verb. testamentum, num. 23. Marant. consil. 140. num. 9. Rolandin. à Valle consil. 61. num. 49. volum. 2. Caualcan. decis. 42. num. 9. Menoch. d. præsumpt. 35. num. 39. Hartman. Pistoris d. quæst. 8 num. 10. hosque referens D. Bocerus d. cap. 5. num. 21. Qui Interpretes plures casus recensent, quibus inter viuos donatio est, licet mortis mentio facta fuerit.

QVÆSTIO V.

SVMMARIA.

1 An & quatenus donatio causa mortis potius contractui, quam vltimæ voluntati æquiparetur.

2 Et quid, si donatio causa mortis facta sit in annos singulos.

3 Quæ vtilitas sit differentiæ, quod donatio causa mortis in singulos annos facta sit vna, legata vero plura, remissiue.

NVmquid donatio causa mortis magis comparari debeat contractui, quam vltimæ voluntati.] An & quatenus donatio causa mortis æquiparetur potius contractui, quam vltimæ voluntati, latissime explicant, post Clarum nostrum, & plures alios, quos ipsi citant, Michael Grassus libr. 1. receptar. sentent. § donatio causa mortis. quæst. 2. & Thadeus Piso lib. 4 variar. resolutio. cap. 2. Daniel Mollerus lib. 5. semestr. different. 59. num. 2. Andreas Rauchbarus quæst. 32. num. 42. part. 1. & D. Bocer. in commentar. de donationib. c. 5. nu. 47. Idem & nos explanatius persecuti sumus ad § 1. Instit. de donationib. nu. 16. & seqq.

Illud sane † animaduertendum est: quod licet donatio causa mortis, quoad effectum & efficaciam (vt Clarus hoc loquitur) censeatur vltima voluntas: attamen hoc locum non habeat in donatione causa mortis, facta in annos singulos: quoniam talis donatio dicitur vna l. senatus. 35. §. fin. ff. de mort. caus. donationib. sicut & stipulatio dicitur vna. l. si Stichum. 16. §. 1. ff. de verbor. obligat. cum tamen legata, in annos singulos facta, dicantur plura. l. si in singulos. 4. & l. cum in annos. 11 ff. de annuis lega. Grassus dict. quæst. 2. num. 4. Quanta autem huius differentiæ (quod † donatio causa mortis in singulos annos facta sit vna, legata vero plura) vtilitas sit, exquisite declarant Iason in d. l. si Stichum. 16. §. 1. ff. de verb. obligat. & Hippolytus Riminald. in princ. Instit. de donat. num. 1200. cum seqq. eosque referens Thadeus Piso d. cap. 2. num. 39. 2 3

QVÆSTIO VI.

SVMMARIA.

1 Quæ sit ratio, quod filiusfamilias non possit testari cum consensu patris, & tamen cum eiusdem patris permissu donare causa mortis queat.

2 An filiusfamilias absque consensu patris possit donare illa bona aduentitia, quorum vsusfructus ad patrem non pertinet.

3 Nunquid expressus patris requiratur consensus, remissiue.

4 Vtrum pater possit consentire filio sibi donanti causa mortis.

5 An & quatenus clausula codicillaris sustineat donationem causa mortis, factam per filiumfamilias in testamento.

6 Patris consensus per epistolam præstari potest.

7 Ecquid pater, si filiofamilias mortis causa donanti consenserit; postea pœnitere, & donationem mortis causa à filio factam reuocare possit.

8 *Hac mortis causa donatio statim morte solius filii confirmatur.*

9 *Ius alicui semel quaesitum, ei inuito auferri nequit.*

10 *Quid iuris, si filiusfamilias sine consensu patris, mortis causa donet, & postea pater praemoriatur.*

11 *An minor possit donationem mortis causa in aliquem conferre.*

12 *Minor testamenti factionem habet.*

13 *Qui potest testari, is potest etiam mortis causa donare.*

14 *Mortis causa donationem quouis tempore reuocare licet.*

VTrum possit donare causa mortis cum patris consensu.] Cur
1 † donatio mortis causa, consentiente patre, fieri à filiofamilias possit, is vero eodem patre consentiente testamentum facere nequeat, ratio diuersitatis ostensa est supra in §. *testamentum, quaest.* 18. *num* 11. *& monuimus ad* §. 1. *num.* 26. *Instit. de donat. & ad principium. tit. Institut. quib. non est permiss. fac. testament. num.* 15. *& seqq.* Eamque rem omnium diligentissime & latissime explicat Matthias Berlichius *conclusionum practicabil. part.* 3. *conclusio.* 1. *num.* 6. *& seqq.*

Sequeretur, quod posset filius donare causa mortis aduentitia
2 *sibi pleno iure quaesita, &c.*] Quod † filiusfamilias absque consensu patris non possit donare causa mortis illa etiam bona aduentitia, quorum vsusfructus ad patrem non spectat, multis rationibus prolixe *contra alios, quos allegat,* demonstrat Thadeus Piso *lib.* 4. *variar. resolut. cap.* 4. *num.* 5. Idem & nos confirmauimus *ad d.* §. 1. *Instit. de donat. num* 27 *& aliquot subseqq.* Quamuis contrariam aientem sententiam veritati propiorem esse, non sine speciosis argumentis statuat, & concludat nouissime D. Hunnius *lib.* 2. *var. resol. in* *civ. tract.* 4. *q.* 5.

3 *Quod requiritur expressus consensus patris.*] Adde † idem sentientes Michaelem Grassum *lib.* 1. *recept. sentent.* §. *donatio causa mortis. quaest.* 3. *num.* 3. Alciatum *in l.* 2. *num.* 11. *ff. de legat.* 1. Didacum Couaruui. *in Rubric. de testament. part.* 3. *num.* 10. *eosque referentem* Thadeum Pisonem *dict. lib* 4. *cap.* 4. *num.* 4.

4 *Contrariam autem sententiam.*] Quod † pater non possit consentire filio sibi donanti causa mortis, vltra Clarum hîc nostrum, *& per eum adductos,* scribunt Hippolytus Riminald. *ad principium Instit. de donationib. num.* 1347. Thadeus Piso *dicto cap.* 4 *num.* 6. *versu. contrariam sententiam &c. &* Grassus *in d.* §. *donatio causa mortis. quaest.* 3. *n.* 2. *vers. contrariam sententiam, &c.* Vide non sine rationibus dissentientem D. Bocerum *in Commentar. de donationib. capit.* 5. *num.* 38.

5 *Sed quid, si † solummodo dixit, quod volebat valere in vim codicillorum, vel cuiuscunque vltimae voluntatis.*] Quanquam Clarus hîc, & nonnulli alii (quos refert, & sequitur Fachin. *lib.* 5. *controuers. iur. capit.* 64. opinantur, in proposito casu valere à filio relictum in vim donationis causa mortis: contrarium tamen non leuibus rationibus tuentur Speculator *in tit. de instrumentor. edit.* §. *compendiose. vers. quid si filius.* Couaruui. *in dict. rubric. de testament. part.* 3. *num.* 10. Grassus *praedicta quaestio.* 3. *num.* 5. *versu. sed contrarium, &c. &* Piso *d. cap.* 4. *num* 8. vbi subiiciunt; vsque adeo expressam & specialem permissionem requiri in donatione causa mortis, filiifamilias: vt, si quis generaliter concedat filio suo, quod donare possit: non tamen propterea donare causa mortis valeat. *per textum apertum in l. filiusfamilias.* 7.
6 §. *sed enim.* 5. *ff. de donationib.* Enimuero † hoc quoque non ignorandum: quod ille consensus, per patrem praestandus, per epistolam praestari queat; vt, post Antonium de Tremolis *in addit. ad practic.* Bonacurs. annotarunt Grassus *dict. quaestio.* 3. *in fine. &* Thadeus Piso *dict. cap.* 4. *num.* 8. *in fine.*

7 Addenda hic illa quaestio est: Si † pater filiofamilias mortis causa donanti consenserit; an postea poenitere, consensum retrahere, & donationem mortis causa à filio factam reuocare possit? Ita sane plerique tradunt, in tantum, vt pater non solum viuente adhuc filiofamilias, sed etiam post mortem eius, donationem reuocare possit. Bald. *in l. senium.* 3. *C. qui testament. fac. poss. num.* 3. *& in l.* 1. *C. de sacros. Eccles. num.* 54. *cum seqq.* Petr. Peckius *in tract. de testam. coniug. lib.* 1. *c.* 18 *num.* 3. *& lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 2. Rolandin. Passager. *in tract. de mort. caus. donat. nu.* 17. Domin. Cardin. Tuschus, *practic. conclus.* 706. Ioan. Dilect. Durantes *in tract. de arte testandi tit.* 1. *cautel.* 1. *num.* 4. Thadeus Piso *d. libr.* 4. *cap.* 4. *num.* 9. *versic. ego pro resolutione, &c.* vbi, *post alios, distinguendum esse existimat.* Verum alii indistincte putant, quod pater semel consentiens poenitere, & donationem mortis causa per filiumfamilias factam reuocare nequeat. Et † quidem, mortuo filio, res minori dubio laborat: 8
quoniam haec donatio mortis causa statim morte solius filii confirmatur: nec opus est, vt etiam pater moriatur, per notata Accursii *in l. nec fratris.* 3. *C. de donationib. caus. mor.* Bartoli *in l. qui pretio.* 8. *ff. eod. num.* 3. *&* 6. Ioan. Andr. *in addit. ad Speculat. lib.* 2 *titu. de instrument edit.* §. *porro.* 14. *num.* 1. *lit.* C. Rolandin. Passager. *in tract. de mort. caus. donat. num.* 16. *ibi, iuxta praemissa quaero, &c.* Si igitur morte filii confirmata erit: nec per patrem, vel per quemcunque alium reuocari poterit. Idem dicendum videtur, si filius adhuc viuit: quod scilicet pater donationem reuocare non valeat: sed reuocandi potestas ad solum filium spectat. Tum, quod per eiusmodi consensum filiofamilias semel sit ius quaesitum, *argum. l. tam is.* 25. §. 1. *ff. de mort. caus. donat. d. l. filiusfamilias.* 7. §. *part.* 4. *& seq. ff. de donat.* Ius † autem alicui 9
semel quaesitum, ei inuito auferri nequit. *l. id quod nostrum.* 11. *ff. de regul. iur.* Tum quod ille, cuius consensus ad aliquem actum requiritur, si semel consensit, consensum reuocare non possit: id quod aliquot exemplis declarat, probatque Berlichius *d. part.* 3 *conclusio. practicabil. conclus.* 1. *num.* 25. vbi circa finem subdit, ita etiam in terminis statuere Ioannem Andreae *in d. addit. ad Speculat. libr.* 2. *part.* 2. *titu. de instrument. edit.* § *porro.* 14. *num.* 1. *sub lit.* C. *post principium.*

At quid, si † filiusfamilias sine consensu patris, mortis 10
causa donauerit, & postea pater praemoriatur: an haec donatio per mortem patris conualidatur, absq; eo, quod filius de nouo mortis causa donet? Quod affirmandum censent Bald. *in d. l.* 1. *C. de SS. Eccles. num.* 65. Petrus Paul. Paris. *in addit. ad* Bartol. *in dict. l. tam is.* 25. §. 1. *ff. de mort. caus. donat. num.* 6. *lit.* D. *post princip. &* Berlichius *d. conclus.* 1. *num.* 26.

Amplius dubitatur de † minore, curatorem habente, 11
an ille absque huius consensu & auctoritate donationem mortis causa in aliquem conferre queat? Quod licet neget Baldus *ad tit.* 53. *de pace tenenda inter subditos.* § *item sacramenta. lib.* 2. *feudor.* Alexand. *ad l.* 2. *num.* 15. *ff. de legat.* 1. *&* Socinus Iunior *ibidem num.* 62. attamen affirmantium sententiam veriorem esse reor. tum quia † pubes siue mi- 12
nor testamenti factionem habet. *l. a qua aetate.* 5. *ff. qui testament. fac. poss. l. si frater.* 4. *C eod.* Qui autem potest † testa- 13
ri, is etiam mortis causa potest donare. *l. Marcellus.* 15. *& d. l. tam is* 25. *ff. de mort. caus. donat. l.* 1. §. 1. *ff. de tutelae, & rationib. distrahend.* Tum quia is, qui † mortis causa donat, non 14
obligatur donatario: sed donationem hanc quouis tempore reuocare potest. *l. mortis causa.* 16. *& l. qui mortis.* 30. *ff. de mortis caus. donat. & indicabitur infra quaest. vlt.* Atque huic conclusioni subscribunt, Baldus *sibi contrarius in l. si curatorem.* 3. *C. de in integr. restitut. minor.* Roderic. Zuares *allega.* 20. *numer.* 1. Michael Grassus *in dict.* §. *donatio causa mortis. quaestio.* 4. *eosque referens* D. Bocerus *in Commentar. de donationib. capitul.* 5 *numer.* 31. Quibus adiciendus quoque est Thadeus Piso *dict. lib.* 4. *variar. resolut. cap.* 4. *num.* 12.

& Fachi-

& Fachineus *d.lib.5.controuers.iur.cap.61. vbi plures pro vtraq; parte citat.*

QVÆSTIO VII.

SVMMARIA.

1 *An & quatenus vsurarius manifestus mortis causa donare possit, diuersa referuntur opiniones.*
2 *An & quatenus cæcus mortis causa donare valeat.*
3 *Donatio mortis causa ad exemplum legatorum redacta.*
4 *Quatenus cæcus legata relinquere queat.*
5 *Cæcus contrahere, & inter viuos donare potest.*
6 *Donatio mortis causa quatenus contractui assimiletur.*

1 NAm Baldus videtur tenere, quod sic.] Quod † manifestus vsurarius mortis causa donare non prohibeatur, præter Baldum, Franciscum Ripam & Couarruu. *hic relatos*, tenent Imola & Romanus *in leg. cum u. 25. ff. de mort. cauf. donat. Tiraquell. in tractat. de legib connubial. gloss. 5. verb. contra. ter. num. 77.* Petrus Heigius *part. 2. quæst. 17. num. 43. Probus ad c. quamquam sit c. vltim. de vsur. in 6. num. 15. hosque laudans* Matthias Berlichius *part. 3. conclusio. practicabil. conclus. 1. num. 27.* Idemque scribunt Angelus *in sua disputat. quæ incipit, Asiensis miles quæst. 4.* Castrens. *consil. 160. libr. 1.* Decius *cons. 196.* Capra *cons. 92. & Guilhelm. de Bened. in c. Raynutius 16. de testam. in verb. testamentum, &c.*

Contrariam tamen sententiam.] Quod vsurarius manifestus donationem causa mortis, priusquam præstiterit cautionem de restituendo vsuras idoneam, facere minime possit, vltra Clarum nostrum, *& alios, quos hic allegat*, concludunt Baldus (*parum sibi constans*) *consil. 294. num. 1. & seq. volum. 2.* Lapus *allegatione 125.* Laurent. de Rodulphis *in tract. de vsur. quæst. 100.* Ioannes de Anania *in c. quia in omnibus. 3. col. 16. de vsur.* Philipp. Francus *ad rubr. de testam. lib. 6. num. 34.* Socin. Iunior *in l. 2. num. 22. & 25. ff. de legat. 1.* Dominic. Cardinal. Tuschus *practicar. conclusio. 662. num. 2. & seq l. t. D. tom. 2.* D Bocer. *in commentar. de donationib. capit. 5. num. 2.* Michael Grassus *lib. 1. recept. sent. §. donatio causa mortis. quæstio. 5.* Natta *in l. hac consultissima. 21. §. ex imperfecto. 1. num. 45. C. de testam.* Hippolyt Riminald. *ad princip. Instit. de donat. num. 1721* Petr. Nicol. Mozz. *in tract. de donat. tit. ad personas, inter quas cadere possit donatio. num. 28.* Andr. Fachineus *lib. 5. controuers. iur. cap. 61.* Thadeus Piso *libr. 4. variar. resol. cap. 4. num. 13. &* Nicol. Reusner. *in tract. de iure testamentor. part. 2. c. 47. num. 9.* Eandem eam explicui paulo vberius *ad §. 1. Institut. de donat. num. 46. & seqq.* vbi *nu. 52.* limitationem in Iudæo fœneratore exposui.

2 Addi hoc loco quæstio poterit de cæco, an † iste mortis causa donare queat absque solennitate *l. hac consultissima. 8. C. qui testam. fac. poss.* Quod licet affirmet Romanus *in d. l. cum u. 25. §. 1. ff. de mort. caus. donat.* Bald. & Fulgos. *in l. fin C. eod.* Piso *d. c. 4. num. 17.* & hanc communem esse opinionem asserit Riminald. *ad d. princip. tit. Instit. de donationib. num. 1767.* atque ab ea non esse recedendum existimet Michael Grassus *lib. 1. recept. sent. §. donatio causa mortis. quæst. 7. in fine.* attamen negatiuæ sententiæ non inepte patrocinantur. Ruinus *in d. l. 2. ff. de legat. 1.* & D. Bocerus
3 *prædicto cap. 5. num. 35.* Donatio † siquidem mortis causa ad exemplum legatorum redacta est fere per omnia. *§. 1. versic. hæ mortis causa Instit. de donationib. l. Marcellus. 15. in fine l. illud generaliter. 37. ff. de mort. caus. donat l. vltim. ibi, omnes mor-*
4 *tis causa donationes. C eodem.* Atqui † cæcus legata relinquere non potest, nisi obseruata solennitate *dicta l. hac consultissima. 8. versic. Quæ in eundem modum. C. qui testament. fac.*
5 *poss.* Non obstat, quod † cæcus contrahere possit, & donare inter viuos: donatio autem mortis causa, quoad initium, similis sit magis contractui, quam vltimæ voluntati. *Cum* enim isthæc testamentaria solennitas introducta sit, ne cæcus ob visus defectum decipiatur: multo magis in donatione mortis causa exigitur ea solennitas: cum cæcus in illa agat cum eo ipso, qui lucrum ex donatione percepturus est. Et quamuis † donatio mortis cau- 6
sa, quoad initium, contractui magis, quam vltimæ voluntati, similis videatur; cum consensu donantis & donatarii mutuo constet: quia tamen consensus hic donantem non obligat, & potius vis ac effectus negocii huius spectandus est, & ex eo genus ipsius æstimandum: vltimæ voluntati, legato scilicet, magis accedit, quam contractui, *docente* D. Bocero *loco præallegato.*

QVÆSTIO VIII.

SVMMARIA.

1 *Cur simplex donatio inter patrem & filiumfamilias non valeat, multiplex ratio.*
2 *Pater & filius vna eademq; persona censentur.*
3 *Quicquid filiusfamilias acquirit, patri acquirit.*
4 *Nemo sibi ipsi donare potest.*
5 *An summus Princeps filiosfamilias recte donet.*
6 *An remuneratoria donatio patris in filiumfamilias facta subsistat.*
7 *An merita per filium probanda sint.*
8 *An item merita rei donatæ æquiualere debeant.*
9 *An & quatenus pater donare filio possit causa studiorum, remissiue.*
10 *An regulariter filius sumptus studiorum à patre concessos, itemque libros emptos conferre teneatur.*
11 *An pater ad subministrationem sumptuum studiorum causa, à filio cogi possit.*
12 *Nomine alimentorum quid veniat.*
13 *Filio iure naturæ alimenta debentur.*
14 *Sententia l. de bonis. 6. §. non solum. 3. ff. de Carbon. edict.*
15 *Consideratio l. Macedoniani. 5. C. ad SC. Macedonian.*
16 *Expositio l. item si filiusfamilias. 7. §. quod dicitur. 13. ff. dict. titul.*
17 *Pater filiam dotare tenetur.*
18 *Ciuitas liberis hominibus replenda, maxime eruditis.*
19 *Laus & vtilitas sacrosanctæ Theologiæ.*
20 *Elogium & necessitas nobilissimæ Iurisprudentiæ.*
21 *Præconium saluberrimæ Medicinæ.*
22 *Encomium Philosophiæ.*
23 *Respublica absque viris eruditis diu consistere nequit.*
24 *Patres, filiis necessarios sumptus denegantes, iure canonico excommunicantur.*
25 *Testimonia iuris diuini.*
26 *Testimonia Ethnicorum.*
27 *Refutatio contrariorum.*
28 *Ius patriæ potestatis in pietate potius, quam atrocitate, consistere debet.*
29 *Filii ad indignationem aut iracundiam non prouocandi.*
30 *Patri moderata quædam liberorum castigatio mandata ac permissa.*
31 *Filius contumax ac proteruus lapidibus obruendus.*
32 *Sententia l. si filius. 3. C. de patr. potest.*
33 *Quo casu pater impune occidi à filio possit.*
34 *Periclis egregium dictum.*
35 *Quousque parentibus obtemperandum.*
36 *Interpretatio l. qua pater. 50. ff. famil. erciscund.*
37 *Eadem solutio non potest parere duos contrarios effectus.*
38 *Donari quid dicatur.*
39 *Ex qua causa pater ad subministrationem sumptuum, in studia filii impendendorum, obligatus censeatur.*

40 *Ex naturali obligatione nulla oritur actio.*
41 *Quo remedio pater ad sumptus studiorum causa suppeditandos compellatur.*
42 *Iudicis officium qui implorare potest, actionem habere dicitur.*
43 *Pater, qui dotem dat, naturale debitum exoluere putatur.*
44 *Mens & intellectus l.omnimodo.30.§.imputari. C.de inoffic. testam.*
45 *Probabile argumentum ab armata militia ad legalem.*
46 *Militia pro officio quodam in iure accipitur.*
47 *Intellectus l.vlt.ff.de heredit.petit.*
48 *Honos alit artes.*
49 *Quibus casibus pater à filio ad subministrationem sumptuum studiorum causa cogi nequeat.*
50 *Donatio à patre in filiumfamilias facta, confirmatur tum morte ipsius patris, tum tacita ratihabitione patris post filii emancipationem.*
51 *An donatio isthæc confirmetur iureiurando patris.*
52 *Quod filiusfamilias acquirit, patri acquiritur, licet obligatio sit.*
53 *Inter patrem & filium lis nulla esse potest.*
54 *Iuramentum est accessio donationis, qua non subsistente, nec ipsum iuramentum subsistit.*
55 *Quod vna via prohibitum est, alia permitti non debet.*
56 *Sensus l.cum pater.77.§.filia matrem. 23.ff de legat.2.*
57 *Intellectus Auth. sacramenta puberum. Cod. si aduers. vendit.*

R*Egulariter donatio inter patrem & filium nihil valet.*] Ra-
1 tio, cur † simplex donatio inter patrem & filiumfa-
2 milias non valeat est perspicua: tum † quia pater & filius
vna eademque persona censentur *l.vlt.in fine.C.de impuber.*
3 *& al.substitutionib.* Tum quia † quicquid filiusfamilias ac-
quirit, id iure patriæ potestatis patri acquirit. *l.1.ff.si quis à*
parent.fuer.manumiss.& l.placet.79.ff.de acquir.vel omitt.here-
4 *dit.* Non ergo donatio subsistere potest: quia † nemo si-
bi ipsi donare potest. *l.si quis pro eo.56.§.1.ff. de fideiussor.* &
quia differentia esse debet inter dantem & accipientem,
arg.d.l.si quis.56.§.1.ff.eod. quia denique eo momento, quo
rei donatæ dominium transit in filium, id mox ad patrem
reuertitur. *d.l.placet.79.ff. de acquir. vel omitt.heredit.* D. O-
brecht *in œconomia donationis.disput.1.th.225.cum seqq.& ar-*
guit hic noster Clarus. Andr. Gail. *lib.2. obseruat.38.num.2. &*
seqq. Ioan.Gutierrez *in tract.de iuramento confirmatorio.part.*
1.cap.4. Menochius *de præsumptionib.lib.3.præsumpt.29.num.*
5 *2 & seq.* Enimuero † summum principem filiofamilias
recte donare censent Oldradus *consil.231.* Aretin. *in d.l.pla-*
cet.79.ff.de acquir.vel omitt.hered.Roman.cons.456. Gail. *d.obs.*
38.num.16. D.Bocer. *in Commentar. de donationib. c.3.num 6.*
Menoch. *d.præsumpt.29.num.97.& alii, ab eo relati.* At ve-
rius videtur, hunc casum à superiori regula inepte excipi.
Nam in regula de donatione patris & filii agimr. Hùc au-
tem tractatus de donatione Principis erga filium, & qui-
dem vt Principis; non patris, erga filium. Non ergo est
exceptio pertinens: cum plane à regula sit aliena; vt, post
Ruminaldum iun. *ad §.1.Inst. de donationib.nu.62.* docuit D.
Obrechtus *d.disp.1.th.230.& seqq.*

Si filius in patrem aliqua beneficia contulerit.] Remunera-
6 toriam † donationem patris in filiumfamilias factam va-
lere, vltra Clarum nostrum, *& per eum adductos hoc loco,*
scribunt Bartol.*num.57.* Ioan. Baptista à Sancto Seuerino
num.64. Crotus *num.76.* Corasius *num.49.* & Cagnolus
num 319.in l.frater a fratre.38.ff.de condict.indebit. Gail. *d.obser.*
38.num.5. Roland.à Valle *consil.98.num.48. lib.1.* Tiraquell.
in l.si vnquam.8.verb.donatione largitus. num.20.C. de reuocand.
donat. Fachineus *lib.3.controuers.iur.cap.74.&* Daniel Mol-
ler.*lib.2.semestr.cap.16.* Tametsi hanc receptissimam sen-
tentiam speciosis argumentis impugnent Menochius *d.*
lib.3.præsumpt.29.num.4.cum seqq. Arius Pinelus *in l.1.part.3.*
num.62.C.de bonis matern.& in l.2.par.1.cap.4.num.4.C.de re-
scind vendit. Lancelot.Polit.*in repetit.l.filium quem.24.C.fa-*
mil.ercisc.c.12.col.1.vers secunda conclusio, &c. Arumæus Ex-
*ercit.Iustin.6.th.13.*D.Obrecht.*d.disp.1.th.239.cum seqq.& disp.*
5.th.159.& seqq.

Sed merita † ipsa probanda sunt per filium.] Hac de re ad- 7
de videndum Bartolum *in d.l.frater à fratre.38.num.57.ff.de*
condict.indebit. Mynsinger. *cent.4.obser.75.* Ioannem Guti-
errez. *d.tract.de iuram.confirmat.part.1.cap.5.num.2. cum seqq.*
Menochium *d.præsumpt. 29 num.24.cum seqq.* Tiraquel-
lum *in d.l.si vnquam.8 verb.donatione largitus.num.71. & mul-*
tis seqq.C.de reuocand.donationib. & D. Collegam Bocerum
d.commentar.de donationib.capit.3.num.15.circa finem.& cap.13.
num.10.& 14.

Requiritur, quod ipsa merita æquiualeant donationi.] Vt va-
leat † remuneratoria patris in filiumfamilias facta dona- 8
tio, inter cætera requiritur; vt merita rei donatæ æquiua-
leant; *quemadmodum tradiderunt* Bartol. *in d.l.si quis pro eo.*
56.§.1.ff.de fideiussorib. Decius *in l.petens.27.num.16.C.de pact.*
& in l.si donatione.19 num.16.C.de collationib. Ruin. *consil.60.*
num.16 lib.3. Ioan.Lopes *in rubr.extr.de donat.inter vir.& v-*
xor.§.50.num.29.& alii, quos refert Menochius *d. præsumpt.*
29.nu.21.& seqq. Hucque pertinent, quæ annotauimus su-
pra *ad qu.3.num.5.& seq.*

Si pater libros, vel aliquid aliud filio donauerit ex causa studii,
&c.] An & quatenus † pater donare filio possit causa stu- 9
diorum, vltra Clarum hic nostrum, explicant Crotus *in*
d.l.frater à fratre.38.num 87. ff.de condict. indebit. Fernandus
Loazes *in l.filiusfamilias.114.§.diui num.85.ff. de legat.1.* So-
cin. *in tract.fallent.regul.103.fallent.3.* Rebuff. *in tract de pri-*
uileg. Scholarium. in priuileg. 60.num.2. Petrus Duennas *in*
reg.87.nu.1.& in reg.223.in fin. Menoch. *d.præsumpt.29.num.*
86.aliique per hos recensiti.

An filius illos habeat præcipuos, an autem sint cum fratribus
conferendi.] Quod † filius regulariter sumptus studiorum 10
à patre concessos, itemque libros emptos conferre non
teneatur, probatur per textum vulgatum & expressum *in*
l.quæ pater.50.ff famil.ercisc. Idque latius declarant Bartol.
in l.1.§.nec castrense.15.ff.de collat.bonor. Baldus *in l.filiæ.18.C.fa-*
mil.ercisc. Iason *in auth.quod locum.C.de collationib* Vital. *in*
tract.de collat.quæst.1.& 18. hosque referens Hartmannus Pi-
storis *lib.1.quæstio.19.per tot.* Eadem de re videantur Ioan-
nes Schneidevvinus *ad §.quædam actiones.20.Instit. de actio-*
nib.sub tit.de actione famil.ercisc.num.42.& seqq. Wesenbec.
in paratitl.ff.de collat.dot.& cons.80. Petrus Gregor. Tholo-
san. *lib.44.Syntag.iur.vniuers.num.44.cum seq.* Ioan.Garzias
in tract.de expens.& meliorat.c.4.num.6.cum seq. Sichard. *ad l.*
pactum dotali.3.num.1.C.de collationib. Ludouic. Schwartz-
maier. *lib.1.miscell.c.12.* Rutger. Ruland.*part.4.de commiss.lib.*
5.cap.14. Trentacinq. *lib.1.resol.5.de legit.* Quirin. Kubach:
cent.2 quæst.iur.illustr.decur.9 quæst.7. Giphan.*in antinom.iur.*
ciu.disput.1.in coroll. Cuiac. *lib.3.obs.30.* Thoming. *decis.32.* D.
Besold. *class.1.Collegii Politic.disp.5.corollar.8.* Arumæus *disp.*
Pandect 8.th.5. Cothman. *respons.16.volum.4. vbi vtramque*
in partem multas rationes affert. Porro, quæ pronunciato
nostro obstare videntur, accurate refutauimus *in Oratio-*
nib.nostris.Orat.14.item in §.alia autem. 2.Instit. de donationib.
num 54.& seqq.

Illud hic addendum, pauloque fusius demonstran-
dum est: quod † pater ad subministrationem sumptuum 11
studiorum causa, a filio cogi possit, *per textum in l. si quis à*
liberis.5.§.non tantum.12.ff.de agnoscend.& alend.liber. vbi Vl-
pianus, *non tantum,* inquit, *alimenta, verum etiam cætera quo-*
que onera liberorum, patrem à Iudice cogi præbere. Quid † per
cætera onera, Iurisconsultum intellexisse putabimus? an
† ea, quæ alias in legatis, nomine alimentorum veniunt: 12
vt sunt vestitus & habitatio, *iuxta l. legatis.6.ff. de aliment.*

vel

vel cibar. legat. At quis negabit, aliam esse rationem in
legatario, ceu saltem iure testamenti alimenta legata
debentur, vt merito eo legato tantum vestitus & habi-
tatio, non autem cætera, quæ ad disciplinam pertinent,
13 contineri debeant: aliam † in filio, cui iure naturæ ali-
menta, id est, omnia ea, quæ ad vitam humanam hone-
ste sustentandam necessaria sunt, pater præstare tene-
tur? Proinde cum pater liberis non alimenta solum,
sed *& cætera onera* præbere iubeatur: quis non videt,
per *cætera onera* Iurisconsultum dicto loco aliquid am-
plius requirere voluisse, nempe sumptus, qui ad disci-
plinam pertinent: quos alias sub alimentorum legato
non contineri, Iauolenus respondit, *in d. l. legatis. 6. ff.*
14 *de aliment. vel cibar. legat.* Accedit textus † clarior *in l. de
bonis. 6. §. non solum. 3. ff. de Carbon. edict.* vbi Paulus, *non
solum*, inquit, *alimenta Pupillo præstari debent: sed & in stu-
dia, & in cæteras necessarias impensas debet impendi, pro modo
facultatum*, Idcirco iubetur quoque tutor mercedes
constituere pupilli præceptoribus, ab eodem Iuris-
consulto, *in l. cum plures. 12. §. cum tutor. ff. de admini-
strat. & peric. tutor.* Nemo autem, opinor, dubitabit:
multo magis hoc à patre requirendum, cum à tutore id
exigi videamus.

Huc faciunt & alii apertissimi iuris nostri textus.
15 Quid † etenim aliud vult Alexander Imp. *in l. Macedo-
nian. 5. C. ad SC. Macedonianum*? vbi disertis verbis rescri-
psit: non obstare senatusconsulti Macedoniani aucto-
ritatem, quo minus pecunia filiofamilias studiorum
causa alibi degenti credita, à patre exigi possit. Huic
16 consentit Vlpianus *in † l. item si filiusfamilias. 7. §. quod di-
citur. 13. ff. eod. titul. Quod dicitur*, ait, *in eo, qui studiorum
causa alienis mutuum acceperat, cessare senatusconsultum: ita
locum habet, si probabilem modum in mutua pecunia non ex-
cessit, &c.* Vbi in sequentibus, ad verbum, *solebat*, plus
dicit Accursius, subiungens: patrem teneri ad solutio-
nem pecuniæ, studiorum causa filiofamilias creditæ,
licet contra voluntatem eius in Scholis filius versetur.
Quocirca exponit verbum *solebat*, pro *solere debebat*: vt
& *in d. l. Macedonian. 5.* verb. *non recusaret*, pro, *non recu-
sare deberet.* Euidens etiam pro hac sententia ratio de-
17 sumi potest à dote. ad † cuius præstationem patrem te-
neri, extra omnem dubitationis aleam positum est. *leg.
qui liberos. 19. ff. de rit. nupt. l. vltim. §. vlt. cumque. C. de dot. pro-
18 miss.* Quid ita? nempe † vt ciuitas liberis repleatur. *l. 1.
ff. solut. matrim.* Quis vero ingenio tam hebes, qui non
intelligat; pluris interesse Reipublicæ, repleri eam vi-
ris eruditis, quam nudis ac rudibus hominibus, qui nec
Deo, nec hominibus proficui sint? Quid enim est
Respublica sine consilio? Quid consilium sine erudi-
ta sapientia? Qualis autem sapientia, sine sacrosanctâ
Theologia? sine diuina Iurisprudentia? sine aureæ
Medicinæ scientia? sine præclaro Philosophiæ studio?
19 Etenim † absque Theologiæ notitia, in tenebris totus
misere palpitaret mundus: omnes densa cæcitatis cali-
gine mersi essent: nulla salutis spes, nulla conscientiæ
tranquillitas apud homines inuenienda: sed æternæ
mortis supplicium, & præsentissimum animæ pericu-
20 lum expectanda forent. Sine † Iurisprudentiæ scien-
tia, nulla subsistit Respublica: pax omnis exulat: pes-
sum abit concordia: societatis humanæ vinculum rum-
pitur: in exilium relegatur pietas: cœlum terræ, qua-
drata rotundis miscentur: veritas ipsa periclitatur: &
diuina illa Astræa a mortalibus secessum facit: hone-
stas denique omnis funditus extirpatur. Cui nam si-
ne Iurisprudentiæ cognitione exploratum esse poterit,
quid suum, quid alienum? Quis suum cuique ius
reddet? Quis viduæ, pupillo, inopi, oppresso, pere-
grino succurret? Quid erit inter mortales æquabile?
Quid iustum? Quid concors? Vbi vllâ sedem firam
habitura est virtus, si Iurisprudentiam sustuleris? Quid
† vero de aurea dicam medendi facultate? Quæ cor- 21
poris sanitatem tum integram retinet, tum amissam
recuperat: corporis, inquam, sanitatem, omni au-
ro atque argento longe preciosiorem. Quam i-
tem † necessaria Reipublicæ sit Philosophia, vel vnico 22
diuini Platonis testimonio euincitur, quo tum demum
beatas fore Respublicas dixit, si eas aut Philosophi cœ-
pissent regere, aut qui regerent, philosophari. Cum
† igitur Respublica absque viris eruditis diu consistere 23
atque conseruari nequeat: quid ni studiorum maior,
quam dotis, vel alimentorum fauor habeatur? Et cum
ad dotis ac alimentorum præstationem ex necessitate
pater teneatur: quid ni etiam ad subministrationem
sumptuum studiorum causa faciendorum? Hinc de
† iure canonico patres filiis suis huiusmodi sumptus de- 24
negantes, excommunicati censentur. *Si quis reliquе-
rit proprios filios, & non eos aluerit, & (quod pietatis est)
necessaria non præbuerit; sed sub occasione continentiæ negligen-
dos putauerit, anathema sit cap. si quis reliquerit. 14. distin-
ctio. 30.*

Cum † quo & ius diuinum euidenter consentit. *Si 25
filii tibi sunt, erudi illos*, traditur Ecclesiastici *capit. 7. ver.
25.* Noli subtrahere à puero disciplinam, inquit sapi-
entissimus Rex Salomon, *prouerb. capit. 23. ver. 13.* Item,
erudi filium tuum, & refrigerabit te, & dabit delicias a-
nimæ tuæ, idem Rex inculcat, *prouerb. 29. ver. 17. & ali-
bi.* Hæc tam † obuia, tamque nota sunt, vt etiam Eth- 26
nici extra verbum Dei illa haud inuiti comprobent.
Vnde Philosophorum Princeps Aristoteles, ad Ale-
xandrum in hæc verba scripsit: *præcipe hominibus tuis,
vt doceant filios suos scientiam literarum.* Hinc quoque vt
patres ad filios erudiendos eo magis incitarentur, le-
gem tulit prudentissimus Atheniensium Legislator So-
lon, qua sanciebatur, filium ad alimenta necessaria patri
non teneri, quando pater ei nullam artem contulisset. Ex
quibus omnibus liquido apparet: patrem à filio o-
mnino cogi posse ad necessarios sumptus studiorum cau-
sa præstandum.

Nihil iuuat † duros, iniquos & tenaces illos paren- 27
tes (qui sumptus studiorum filiis prorsus denegant) ius
patriæ potestatis, quod olim vitæ & necis fuit in libe-
ros, attestante Paulo I C. *in l. in suis. 11. ff. de liber. & posthu.
heredib. instit.*

Etenim † tam ex iure diuino, quam iure ciuili con- 28
stat, quod ius illud in pietate potius, quam in atroci-
tate consistere debeat. *l. diuus. 5. ff. ad leg. Pomp. de parri-
cid. l. vnic. Cod. de his, qui parent. vel lib. occid.* Patres (in-
quit Diuus Apostolus, gentium ille Doctor, Paulus,
Epistol. ad Colossens. cap. 3. ver. 21.) nolite † ad indignatio- 29
nem prouocare filios vestros, vt non pusillo animo fi-
ant. Item, nolite ad iracundiam prouocare filios ve-
stros: sed educate illos in disciplina & correptione Do-
mini, *Ephes. 6. v. 4.* Permissa † equidem patri est, imo 30
vero mandata ac præcepta decens & moderata quædam
castigatio, ac liberos corrigendi potestas, *prouerbior.
capit. 13. ver. 24. capit. 19. v. 18. cap. 23. v. 13. & 14 & 29. ver. 15.
item Ecclesiastici capit 30. v. 8. & aliquot seqq.* Veruntа-
men hæc, & alia complura sacræ Scripturæ loca pro-
teruos comprimis & contumaces liberos concernunt.
Ita enim habetur Deuteron. *capit. 21. ver. 18. & tribus
seqq.*

Si † genuerit homo filium contumacem & pro- 31
teruum, qui non audierit patris ac matris imperium,
& coercitus obedire contempserit: apprehendent
eum, & ducent ad Seniores ciuitatis illius, & ad por-
tam iudicii, dicentque ad eos: Filius noster iste pro-

teruus

ternus & contumax est: monita nostra audire contemnit: comessationibus vacat, & luxuriæ atque conuiuiis: lapidibus eum obruet populus ciuitatis, &c. Quo respicit etiam rescriptum Alexandri Imperatoris *in l.si filius.3.*
32 *C.de patr.potest.* quo † patri permittitur castigare filium
suum, qui pietatem patri debitam non agnoscit, & in hac
contumacia perseuerat. Ast in eo, qui nec contumax,
nec proteruus est, nulla emendatio necessaria est. Cur
itaque ius patriæ potestatis eo vsque extenderemus, vt eius vigore patri licitum esset filium studiis deditum pro
lubitu ab iisdem abstrahere? Imo vero ipse pater necessarios filio sumptus tenuens, sicque pietatem debitam
non agnoscens, indignum se reddit patria potestate. Et
certe haudquaquam putare debemus, hodie præsertim,
tantam esse vim patriæ potestatis, vt eius prætextu quidquam patri in liberos concessum sit, aut vt propter eam aliquid contra pietatem, honestatem, ac bonos mores facere, aut aduersus Rempublicam moliri audeat. Nam
33 † contra potius constat: patrem, qui ad delendam atque
oppugnandam patriam venit, non solum impune a filio
occidi posse; sed & præmio filium idcirco afficiendum
esse, testante Marcello I C, *in l.minime.35.ff.de religios.&*
34 *sumpt. funer.* Notum † est illud Periclis, qui rogatus ab
amico, vt pro causa eius falsum deieraret, respondit: δεῖ
με συμπράττειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχρι βωμοῦ, id est, oportet me iuuare amicos, sed vsque ad aram, hoc est, religionem vel conscientiam. Idem quoque hoc non inepte accommodari posse videtur. Etenim † obtemperan-
35 dum quidem parentibus: sed vsque ad aram, id est, dummodo non impia, non iniqua, non improba, non talia,
quæ ad euersionem & interitum Rerumpublicarum tendunt, postulent. Hic nimirum cessant sacra paterna: hic
nullum sibi vendicat locum nexus paternus: hic amittit
vires suas familiæ vinculum: facile vt appareat, inscite &
minus argute ratiocinari eos, qui concludunt, quod pater iure patriæ potestatis possit filium suum tam à studiis
prorsus ab initio detinere, quam sumptus postmodum
denegare, adeoque pro liberrima voluntate sua a studiis
inceptis reuocare.

Sed (*inquiunt Parentum istiusmodi iniquorum defensores*) aliæ firmiores rationis pro parentibus, sumptus studiorum filiis denegantibus, militare videntur. Primo † enim
36 Vlpianus *in d.l.quæ pater.50.ff.famil.ercisc. Quæ pater, ait,
filio emancipato studiorum causa peregrè agenti subministrauit, si
non credendi animo pater misisse fuerit comprobatus, sed pietate debita ductus: in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad eundem
filium pertinuit, computari æquitas non patitur.* Ex quo textu
luculentissime patet; posse patrem etiam credendi animo hosce sumptus subministrare, sicque nullo modo ad
eosdem suppeditandos cogi. Si quidem si obligatus esset ad subministrationem illorum sumptuum: vtique solutione liberaretur duntaxat ab illa obligatione, nec filium
37 rursus obligare posset ad restitutionem. Certa † namque & indubitata est iuris regula: quod eadem solutio
non possit parere duos contrarios effectus. *l.cum n.31.§.1.
ff.de condict.indebit. l.qui hominem.34.§.vltim.ff.de solutionib.*
Deinde huc facit, quod glossa & Dd. aiunt *in l.filiæ.18.C.
famil.ercisc.* libros & reliquas impensas studiorum à patre
donari, si non postea contrarium eius iudicium appareat,
eamque donationem morte conualidari. At quid opus
esset conualidatione, si compelli posset pater ad huiusmodi impensarum præstationem? Quanam item hæc es-
38 set donatio si ad eam cogi posset pater? Nam † donari
dicitur, quod est mera liberalitate, nullo iure cogente,
conceditur. *l.donari.29.ff.de donationib. l.donari.82.ff.de reg.
iur.* Nulla insuper in toto iure extat actio, quæ aduersus
patrem, sumptus eiusmodi denegantem, competere possit. Vnde colligere promptum est: eundem nec cogi
posse à filio ad subministrandos huiusmodi sumptus.
Nam aduersus quem nullam actionem intendere possumus: eum iudicio conueniendi, atque adeo cogendi
facultatem non habemus. *l.si pupilli.6.§.videamus.ff.de negot. gest.*

Cæterum ad tres hoc e modo adductas rationes quod
attinet: ex vno tritu concedent, si † saltem consideraue- 39
rimus causam, ex qua pater ad subministrationem sumptuum, in studia filii impendendorum, obligatus dicitur.
Causa autem huius obligationis non est contractus, nec
quasi contractus, non etiam delictum, vel quasi delictum.
Vnde haud difficulter animaduertimus: nullam hic subesse ciuilem obligationem. At † enimuero subest nihil- 40
ominus naturalis obligatio: ex qua licet nulla oriatur actio: tamen propter eam dicitur aliquis naturaliter obligatus, *argum.l.iurigentium.7.§.sed cum nulla.4.ff.de pact. l.sed
si paterfamilias.9.§.vltim.& l.seq.ff.ad SC.Macedon. l.Stichum.
95.§.naturalis.4.ff.de solutionib.* Manet igitur verum & immotum: patrem non quidem ciuiliter, sed tamen naturaliter ad eiuscemodi sumptuum præstationem obligatum
esse. At cum hic actio deficiat: quo † remedio compelli 41
poterit pater, vt studiorum causa sumptus subministret?
Putarem sane, officio iudicis eum compelli posse: quemadmodum etiam alimenta non iure actionis, sed iudicis
officio petuntur, *vt tradit* Bartolus, *iuris nostri* Coryphæus
in l.si quis a liberis.5.§.non tantum.ff.de agnoscend.& alend.liber.
Qui † autem iudicis officium implorare potest, actionem 42
quoque habere dicitur, *argum.l.actionis.34.ff.de verb.signif.
iuncta l.quod si minor.24.§.fin.ff.de minorib.25 ann.* Nec recte infertur, quod pater non possit dici obligatus, cum
† ex liberalitate illiusmodi sumptus suppeditet. Quem- 43
admodum enim pater, qui dotem dat, naturale debitum
exoluere dicitur à Marciano I C. *in l.qui liberos 19.ff.de rit.
nupt.* & ab Imp. Iustiniano, *in l.vltim.§.vtramque C.de dotis
promiss.* & nihilominus munificentiam exercere asseritur ab Impp. Theodosio & Valentiniano, *in l.2.§.generaliter.Cod.de bonis, quæ liber.* ita quoque hoc in casu
dicendum est. Vtrobique enim non vera, sed impropria donatio est. *d.l.donari.29.ff.de donat.& d.l.donari.82.ff.
de regul. iur.*

Præterea † duris istis & sordide parcis parentibus non 44
patrocinatur textus *in l.omnimodo.30.§.imputari.C.de inoff.
testam.* vbi filio imputantur in legitimam, quæ occasione militiæ ex pecunia patris acquisiuit. Atqui nemo dixerit, patrem cogi posse, vt suis sumptibus militiam filio,
in castris militanti, præparet, adornet, atque instruat.
Quin imo contra manifestum est: quod pater filium castra sequi volentem prohibere, ac domi detinere possit.
Quod si hoc procedit in vera & armata militia: vtique
multo magis obtinebit in togata illa & legali studiorum
militia. Frequens enim & probabile est argumentum ab
armata † militia ad legalem, *vt docet* Euerhard, à Midel- 45
burg. *in loc.a militia armata, ad milit. cælestin milit.* Non, inquam, textus ille duris parentibus patrocinatur. Nam palam est, illum textum exaudiendum esse de ea militia, quæ
vendi, & ad heredes transmitti potest. Erat † quidem 46
militia officium quoddam, ex quo quis commodum & emolumentum percipere poterat, vt ex Cuiacio *in l.3.ff.de
minorib.* docet Dominus Arumæus *Exercit. Instit.9.th.
6.* Ad militiam vero armatam quod attinet: certe si Reipubl. salus postulet, ab ea filius in tantum prohiberi non
potest à patre, vt potius, re ita ferente, & pater & filius ad
arripienda arma a Magistratu cogi possint. Patriæ quippe
in primis; deinde parentibus nati sumus.

Denique † nihil in contrarium facit Scæuolæ respon- 47
sum *in l.fin.ff.de hæreditat.petit.* vbi [illegible] repetere potest ea,
quæ in honorem filii erogauit. Nemo autem dubitabit,
quin & illa, quæ in studia [illegible] impenduntur, in euidentem
hono-

honorem erogata censeantur: præsertim cum ob artium
disciplinas, probe cogitutas, quispiam ad decus & glo-
riam, adeoque ipsum dignitatis culmen euehatur. Ho-
48 nos † enim alit artes, vt præclar Cicero ex Platone ait:
omnesque gloria ad studia accenduntur. Cum itaque
generaliter, quæ ob honorem filii pater erogauit, repe-
tere possit: quis eundem quæso ad subministrationem
eiuscemodi sumptuum obligatum censebit? An enim
quenquam repetere posse dicemus, quod iure coactus
præstitit? Nihil, *inquam*, in contrarium vrget adductum
Scæuolæ responsum: quandoquidem proponitur in eo
casus, in quo filius propria bona habebat. Nostra au-
tem sententia duntaxat tum procedit, quando filius nul-
49 la habet bona materna, vel alia. Alioquin † enim ex
his potius studiorum impensas fieri debere, non du-
bium videtur. Et sane non est, vt quisquam arbitre-
tur, hanc nostram sententiam sine vlla limitatione obti-
nere. Quid etenim, si pater egestate premeretur, & plu-
res haberet liberos? Anne vnum solummodo ditabit,
& reliquos, quos pari amore diligit, fame perire sinet?
Quid item, si filius esset Pseudoscholasticus, vagus &
ignauus? Quid, si esset luxuriosus, & protinus scorto
pecuniam daturus? vt loquitur Iulianus IC. *l. si quis cum fieret* 8. *ff. pro empt.* Anne pater sumptus suppedita-
re tenebitur perdituro? vt inquit Vlpianus, *in l. si vero non remunerandi.* 12. *§. si adolescens. ff mandati* & Paulus IC.
in l. qui d si minor. 24. *§. restitutio. ff de minorib.* Verum extra
hos, similesque casus, patrem a filio ad subministratio-
nem sumptuum studiorum causa compelli posse, firmi-
ter concludendum est. Et ita in terminis tradit Petrus
Rebuff. *in prædicto tractat. de priuileg. Scholarium, & c. priuileg.* 53. Hancq; rem explanatius declaraui *in Orationib. meis. ora.* 23. *item ad d. §. alia autem.* 2. *Inst. de don. nu.* 66. *& seqq.*
50 *Bene eius morte confirmatur.*] Quod † donatio à patre in
filiumfamilias facta, morte ipsius patris sola confirme-
tur, si non appareat, patrem mutasse voluntatem, pro-
batur per textum *in l. donationes, quas parentes.* 25. *C. de donationib. int. vir. & vxor. l. filiæ.* 18. *C. famil. ercisc.* Et tradunt
Bartol. Iason & Crotus. *in d. l. frater à fratre.* 38. *ff. de condict. indeb.* Ibique citati Menochius *in tract. de præsumptionib. libr.* 3. *præsumpt.* 29. *num.* 66. D. Bocer. *d. comment. de donationib. cap.* 3. *num.* 8. Atumaeus *Exercit. Instit.* 6. *th.* 14. *in addit.* Matth.
Stephani *cent.* 2. *q.* 44. *lit. D. &* Vaconius à Vacuna *lib.* 4. *declarat.* 57. *num.* 10. Præterea donationem à patre in filium-
familias collatam confirmari tacita ratihabitione patris
post filii emancipationem, constat *ex l. donationes.* 31. *§ pater.* 2. *ff. de donationib. & l. siue emancipatus.* 17. *C. eod.* Iure et-
iam Wirtembergico reuocare nequit pater donationem
in liberos factam, ipsis postea è potestate patris liberatis,
vt quando in conuictu patris esse desierunt N. Werneu-
wert Landtrecht *part.* 2. *tit.* 18. *pagin.* 304. §. Es mögen
auch / *&c.*

Nunquid ex virtute iuramenti donatio ipsa confirmabitur.]
51 Donationem † factam à patre filio valere, quando pater
donationem ipsam iuramento confirmauit, post Clarum
nostrum, *& ab eo congestos hoc loco*, docent Fernand. Vasq.
de successio. creat. lib. 2. *§* 18. *requisit.* 19. *num* 162. Euerhard. à
Midelburg. *in Topic. loco, a vi iuramenti. num.* 12. Mynsinger.
cent. 2. *obseru.* 33. Andr Gail. *lib.* 2. *obser.* 83. *num.* 7. *& seqq* Ioan.
Gutierrez *in tract. de iuramento confirmato part.* 1. *cap* 4. *num.* 4. *ibique referens* D. Bocer. *d. commentar. de donat. cap.* 3. *nu.* 7.
Qui tamen subiicit, iuris rationem non admittere, vt
52 iuramento isthæc donatio confirmetur. Tum † quia
quod filiusfamilias acquirit, patri acquiritur. *§. Instit. per quas person. cuique acquirit. d. l. placet.* 79. *ff. de acquir. vel omitt. hered.* etiamsi obligatio sit, *initio tit. Instit. per quas person. nobis obl. acquirit.* Nemo autem sibi ipsi obligatur. Tum
53 quia inter patrem & filiumfamilias lis nulla esse potest.
l. lis nulla. 4. *ff. de iudic.* Tum quia † iuramentum est accessio 54
ipsius donationis: qua non subsistente, nec ipsum iura-
mentum vires ei præbere poterit, *c. accessorium.* 42. *de reg. iur. in* 6. Proinde etiam nullum hic periurium committi-
tur, *Donell. lib.* 21 *comment. c.* 11. *pag.* 537. Tum postremo,
quia † quod vna via prohibitum est, alia via permitti non 55
debet. *c. cum quid vna.* 84. *de reg. iur. in* 6.

Non aduersatur textus *l. cum pater.* 77. *§. filia matrem.* 23.
ff. de legat. 2. vbi † licet testamentum nullo iure factum sit; 56
nihilominus tamen propter iurisiurandi religionem fi-
deicommissa præstanda veniunt. *Ibi enim* iuramentum
enixam saltem iurantis voluntatem detegit: non vero e-
ius potentiam auget.

Similiter et non obstat *Auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vendition.* vbi dicitur, sacramenta † inuiolabiliter cu- 57
stodienda esse. *Loquitur* namq; authentica ista de cõtractu
siue conuentione, quæ iure valet. Plura, quæ huic opi-
nioni refragari videntur, neruose diluit D. Bocerus *loco prææallegato.* Et eadem de re videatur Menochius *d. libr.* 3.
præsumpt. 29. *num. vlt.* & Bernhardus Græuæus *libr.* 2. *practicar. obseruat. conclus.* 38.

QVÆSTIO IX.

SVMMARIA.

1 *Cur donatio inter virum & vxorem sit prohibita. multiplex ratio: & num.* 6.
2 *Reciproca inter coniuges donationes consuetudine Germaniæ sustinentur.*
3 *Ecquid donatio mortis causa inter coniuges sit prohibita.*
4 *Cuicunq; legari; eidem & mortis causa donari potest*
5 *An simplex inter coniuges donatio iuramento confirmetur.*
6 *Iuramentum contra bonos mores præstitũ, non est obligatorium.*
7 *Donatio à marito ignobili coniugi nobili, aut à marito sene coniugi iuuencula facta, nunquid valeat.*
8 *Omnis donatio inter coniuges indistincte interdicta.*
9 *An isthæc donatio morte donatoris confirmetur.*
10 *Confirmatio illa, quæ fit per mortem mariti, respectu dominii non retrotrahitur ad tempus factæ donationis: sed tantum contemplatione fructuum perceptorum.*

N*Vnquid donatio inter virum & vxorem valeat.*] Donatio
† simplicem siue propriam inter coniuges esse pro-
hibitam constat *ex toto tit. ff. & C. de donationib. inter vir. & vxor.* Ratio huius prohibitionis est: ne mutuo amore se 1
inuicem spolient coniuges: ne alter ditior, alter paupe-
rior fiat: ne concordia maritalis precio conciliari videa-
tur. *l.* 1. 2. *&* 3. *ff. d. tit. ibique* Wesenbe. *in paratitl. num.* 1. Hart-
man. Pistoris *lib.* 1. *quæst.* 44. *num.* 4. *& seqq.* Andr. Gail. *lib.* 2.
obseru. 40. *num.* 1. Petr Nicol. Moz. *in tract. de donat. tit. de person. inter quas cadet. poss. donat num.* 31 Beust. *ad l.* 1. *ff. de iureiur. nu.* 97. *& seq.* Schneidevvin. *ad §. alia.* 2. *num.* 57. *Inst. de donat.*
D. Bocer. *in Comment. de donationib cap* 3. *num.* 20. *& eleganter*
Quirinus Kubachius *cent.* 2. *quæst. illustr. decur. vltim. quæst.* 3.
Enimuero † reciprocæ donationes (vt, *verbi gratia*, bona 2
prædefuncti coniugis sine liberis, ad superstitem coniu-
gem perueniant) notissima Germaniæ consuetudine in-
valuerunt, & à Camera Imperiali iudicando confirmatæ
sunt, *argum. l. quod autem.* 7. *§. si vir & vxor.* 2. *& l. vlt. ff de donat. inter vir. & vxor. l. Aquilius.* 27. *ff. de donationib. l. si pater.* 12.
C. de inoffic. testament. Gail. *d. lib.* 2. *obser.* 40. *num.* 7. *& obseru.*
126. *num.* 2. *&* 3. Borcholt. *in tract. de pact. c.* 5. *num.* 90 Myn-
singer. *cent.* 2. *obseru.* 3. Treutler. *disput.* 19. *th.* 4. *lit.* B *volum.*
2. Bronchorst. *cent.* 1 Miscellan. *controuers. assert.* 16. Idque
latius explicui *ad §. alia autem* 2. *Institut. de donat. num.* 29.
& seqq.

3 *Sed etiam in donatione causa mortis.*] Quamuis † donationem causa mortis inter coniuges æque, ac inter viuos, prohibitam esse, Doctores communiter existiment, post Clarum nostrum & Couarruu. *ab eo hic allegatum* testantur Mozzius *d. lo num 31* Emanuel a Costa *in capit. 1. in princip. super verb. legauit. de testament. lib. 6. & alii*: contrarium tamen veritati legum propius accedit. Disertè siquidem Vlpianus respondit, inter virum & vxorem mortis causa donationes esse receptas. *l. si cum. 9. §. vltim. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Et *in subsequenti l. quia. 10.* eius rationem Caius hanc assignat: *quia in hoc tempus excurrit donationis euentus, quo vir & vxor esse desinunt.* Eandem sententiam corroborat textus *in l. vbi ita donatur. 27. ff. de mort. caus. donationib.* vbi Marcianus I C. donationem ita factam, vt nullo casu reuocetur, ideo inter virum & vxorem non valere dicit, quod non fit donatio mortis causa, sed inter viuos. Vnde sine vllo negocio colligitur: donationem mortis causa inter virum & vxorem subsistere. Accedit textus *in l. penult. ff. d. tit.* ex qua liquido apparet, donationem istam inter coniuges esse validam. Adde, quod †
4 regulariter, cuicumque legari potest, eidem & mortis causa donari possit: & nullo iure prohibitum sit, quin à coniuge coniugi legatum relinquatur. *l. Marcellus. 15 l. etsi del itor. 17. l. illud generaliter. 37. ff. de mort. caus. donat.* Et ita sentiunt Anton. Gomez. *tom 2. variar. resolut. iur. ciu. cap. 4. num. 18. vers. nono.* Michael Grassus *lib. 1. recept. sentent. §. donatio causa mortis. quæst. 6. num. 1.* Schneidewin. *in §. 1. num. 6. & d. §. 2 num. 60. Instit. de donat.* Vaud. *lib. 1. quæst. 39.* D. Bocer *d. commentar. de donat. cap. 5. num. 36.* Hunnius *libr. 2. var. resolut. iur. ciu. tract. 4. quæst. 6.* Thadeus Piso *lib. 4. var. resolut. c. 4. num. 15.* Berlichius *part. 2. conclus. practicabil. conclus. 15. nu. 6. & part. 3. conclus. 1. num. 30.* Eandem rem fusius tractaui *in §. 1. Instit. de donat. nu. 58. & seqq.*

Huiusmodi donatio inter virum & vxorem confirmetur iura-
5 *mento.*] Quod † simplex inter coniuges donatio iuramenti religione confirmetur, vltra Clarum hoc loco nostrum, *& Doctores per eum cumulatos*, tenent Michael Grassus *d. §. donatio causa mortis. quæst. 6. num 3.* Gail. *d. lib. 2. obser. 40.* Mynsinger. *cent. 2. obser. 33. num. 5.* Anton. Gabriel *lib. 3. Commun. conclus. tit. de donat. conclus. 3.* Vasquius *lib. 1. controuers. illustr. cap. 38. num. 4.* Ioan. Gutierrez *in tract. de iurament. confirmator. c. 3. num. 2. cum seqq.* D. Bocer. *clas. 2. disput. 19. th. 10. edit. 2. & d. commentar. de donat. cap. 3. num. 23. & nouissime* Quirinus Kubachius *d. cent. 2. quæstio illustr. decur. vltim. quæstio. 4.* Verum contraria sententia haud citra rationem
6 defendi poterit. Siquidem † non est obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum. *cap. non est. 58. de reg. iur. in 6.* Hoc autem iuramentum contra bonos mores esse, patescit *ex dict. l. 1. 2. & 3. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Tum quia donans ad paupertatem reduceretur: tum quia cura educandi liberos negligeretur: tum quia daretur occasio diuortii: tum quia matrimonia venalia essent: tum etiam qui prohibitio iuris ciuilis hoc pacto plane elusoria foret: tum denique quia alteruter coniugum facile blanditiis induci ad iurandum posset. *Et ita quoque docent* D. Obrecht. *disput. 1 de donationib. th 221. & seq.* Forster. *lib. 2. disput. 10. th. 6. &* Matthias Stephani *cent. 2. quæst. 42. ad lit. C. & plures alii, quos recitat* Petrus Nicolaus Mozz. *dict. tract. de donat. tit. de person. int. quas cadere poss. donat. nu. 32. vers. contrariam opinionem. &c.*

Pone, quod maritus ignobilis aut senex ducat puellam, vel no-
7 *bilem, &c.*] Si † maritus ignobilis nobilem, aut senex puellam & iuuenculam in vxorem ducat, eique in recompensationem ignobilitatis vel senectutis aliquid donet: hanc donationem valere, præter Clarum hic nostrum, *itemque* Crauett. *consil. 51. &* Gachanum *ad lit. A. aliosque ab eo laudatos*, affirmat Mozzius *d. tit. de person., inter quas, &c. summer. 34. vbi plures citat.* Sed contrarium iuri nostro magis consentaneum esse videtur. Omnis enim donatio † inter coniuges indistincte est interdicta. *tot. tit. ff. &* 8 *C. de donat. inter vir. & vxor.* Trentacinq. *lib. 3 resolut. 6. de donat. in princ.* Ergo etiam inter nobilem & ignobilem, senem & iuuenculam. Et certe rationes prohibitionis, *ea quibus modo dictum*, etiam in horum matrimonio militant. Ad hæc multi iure nostro casus speciales sunt expressi, quibus donatio inter virum & vxorem consistit: & tamen hic, de quo iam agitur, rerum, in numero non recensetur: vt verisimile sit, cum nec iure enumerandum esse. *Neque relevat*, si dicatur: ex eo sustinendam esse hanc donationem, quod non simplex sit, quæ prohibita; sed remuneratoria: cum donet senex in compensationem senectutis, & ignobilis in recompensationem ignobilitatis. *Nam* primo sibi imputet nobilis, cur in ignobilem consenserit. Deinde cum hic nullum verum subsit meritum; ergo nec vera donatio remuneratoria erit. Præterea illa argumenta manifesta diluit Vlpianus *in d. l. 3. ff. de donat. int. vir. & vxor.* Atque hæc fortassis olfaciens Clarus noster, hoc loco dicit: conclusionem contrariam in puncto iuris non transire sine magna difficultate. *Sed ea de re vide* Fachineum *lib. 3. controuers. iur. cap. 80.* Pinelum *ad l. 1. part. 3. Cod. de bon. matern.* Alber. Gentilem *lib. 4. de nupt. cap. 13. &* Scipionem Gentil. *de donat. inter vir. & vxor. lib. 2. cap. 3.*

Donatio ipsa morte mariti confirmatur.] Donationem † 9
inter coniuges morte donatoris confirmari, apparet *ex l. cum hic status. 32. §. si sponsus sponsæ. 22. ff. de donat inter vir. & vxor. l. res vxoris. 24. & l. donationes, quas. 25. C eod.* Et, post Clarum nostrum, *& per eum citatos*, tradit Petrus Nicol. Mozz. *d. tract. de donat. tit. de person. inter quas cadere poss. donat. num. 35. & seqq.* Andr. Gail. *d. lib. 2. obser. 91 num. 1. &* Henricus Bocerus *d. commentar. de donat. cap. 3. num. 24.* vbi illud verum esse autumat, licet donatio non traditione, sed stipulatione facta sit, aut nudo, *per l. si stipulata. 33. in princ. ff. de donat. int. vir. & vxor. & Nouell. 162. capit. 1. ibidemque* Cuiac. Sane iure Saxonico donatio ab vxore marito facta, absque curatore vxoris, morte eius confirmari nequit, *vt testatur* Andreas Rauchbarus *quæstion. 32. numer. 1. & seqq. part. 1.*

Respectu dominii non retrotrahitur ad tempus factæ donatio-
nis.] Quod † confirmatio ista, quæ fit per mortem 10
mariti, respectu dominii non retrahatur ad tempus factæ donationis, sed bene retrotrahatur respectu fructuum perceptorum, post Clarum hic nostrum, *& ab eo memoratos*, scribit quoque Mozzius *sub d. tit. de person. inter quas cadere, &c. num. 42.*

QVÆSTIO X.

SVMMARIA.

1 *An & quatenus vestes splendidæ, annuli gemmati, catenæ aureæ, & similes res preciosæ censeantur vxori donatæ.*

2 *Ornamentorum muliebrium, itemque mundi muliebris appellatione quæ contineantur.*

*Q*VAERO, *quid de annulis, iocalibus & vestibus, quas maritus facit vxori, &c.*] An † & quatenus sponsus siue ma- 1
ritus, sponsæ seu vxori splendidas vestes & res preciosas, puta annulos gemmatos, torques, armillas, inaures, & catenas aureas, ad ornamentum tantum corporis pertinentes, tradens, in dubio eas illi donare videatur, ita vt morte mariti talis donatio confirmetur, nec heredibus repetitio earum rerum competat, post Clarum hic nostrum, *& per eum adductos*, abunde & perspicue explicat Andreas Gail. *lib. 2. observation. practicar. obser. 91. num 2. cum seq.*

seq. & Hartmannus Pistoris *lib.1.quæst.44.* & D. Bocer. *in*
2 *Commentar. de donationib. cap.9. num. 7. & seqq.* Obiter †
autem hic addendum: quod ornamentorum mulie-
brium appellatione generaliter contineantur ea, quibus
mulier ornatur: veluti inaures, armillæ, viriolæ, annu-
li, præter signatorios; & omnia, quæ ad aliam rem nul-
lam parantur, nisi corporis ornandi causâ. Cæterum
mundus mulieris est, quo mulier mundior fit. Con-
tinentur eo specula, matulæ, vnguenta, vasa vnguen-
taria, & si qua similia dici possint, de quibus accuratius
disserit Vlpianus *in l.argumento.25.§.ornamenta.10.ff.de auro
argento, mundo, &c. legatis.*

QVÆSTIO XI.

SVMMARIA.

1 *Donatio propter nuptias quomodo definiatur.*
2 *Eadem donatio quibus nominibus appelletur.*
3 *An & quatenus ista donatio doti æqualis esse debeat.*
4 *Donatio propter nuptias constitui poterit, licet nulla dos data sit.*
5 *Soluto matrimonio vt dos redit ad mulierem: ita donatio propter nuptias reuertitur ad maritum: nisi aliud statuto vel pacto sit receptum.*
6 *Maritus si adulterium committat, vxor eius lucratur donationem propter nuptias: sicuti maritus lucratur dotem propter adulterium vxoris.*
7 *Dotalitium quid sit, & quomodo Germanice nominetur.*

NOn impertinens erit, aliquid de donationibus propter nu-
ptias breuiter attingere.] Hoc loco addendum: quod
1 † donatio propter nuptias non male definiatur actus,
quo maritus, vel alius eius nomine, res mobiles, vel im-
mobiles, propter dotem, & nuptiarum affectionem, mu-
lieri confert. Nam vt mulier marito affert dotem: ita ma-
ritus vxori affert donationem propter nuptias: quæ est
antidos, vel lenimentum seu compensatio dotis. *§. est &
aliud.3. Institut. de donationib. l.si constante.19. C.de donat.ante
nupt. Nouell. 119. in princ.* D. Obrecht. *disput.5 de donationib.*
2 *th.92. & seq.* Vnde & hæc † donatio vocatur nuptiale re-
medium, & antipherna item contraria dos. *l.cum multa.
20. circa princip. ibique* Gothofred. *Cod. de donat. ante nupt.*
Molin *consil.52.num.31.* Germanice dicitur **ein Gegen-
vermächtnüß / Gegenvermächtnüß / Gegengaab / oder
Widerlegung.** Henning. Gœden *consil.99.* Oldendorp.
in suo Lexico, Simon Pistoris *consil. 20.num.7. & 8.* Ernest.
Cothman. *Respons.50. num 31. & seq. lib.2. ibique referens* D.
Bocer. *in Commentar. de donat. cap.10. num. 7. edit.2.* Etsi
3 vero † hæc donatio iure ciuili non solum in constitutio-
ne ac præstatione; sed & pactis doti par & æqualis esse
debet. *l.ex morte.9. vnicâ Auth.æqualitas. C. de pact. conuent.*
generali tamen omnium fere locorum consuetudine æ-
qualitas illa non seruatur. Andr. Gail *libr.2. obseruat. pra-
ctic. obs.78.num.2. & seq.* Hartman. Pistoris *quæst.4.num.
3.lib.1.* Ioan. Schneidewin. *ad tit.Instit.de donat. §. est & a-
liud num.4 & ad tit.de hereditat.quæ ab intest.defer. rubr.de suc-
cess. iur. Saxon.int.vir. & vxor. num. 44* D Bocerus *d. capit.
10.num.11.* Quinetiam † licet mulier nullam dotem de-
4 derit, vel promiserit: attamẽ donatio ista hæc constitui po-
terit, *vt arguit glossa communiter approbata in l. lege Leonis.10,
in verb.deducs. C.de pact.conuent.* Matthæus *de Afflict. in con-
stitut. Neapolitan. lib. 3. rubr.13. incip. licentiam. num.3. &* D.
Bocer. *d.cap.16.num.12.*
5 Est & illud hic addendum: quod, quemadmodum †
soluto matrimonio dos ad mulierem redit. *l.vnic.§ illo pro-
culdubio.6. C de rei vxor. act.* sic & donatio propter nuptias
ad maritum reuertatur: nisi pactum de lucranda dote vel
donatione propter nuptias interpositum probetur: vel
statutum aut consuetudo loci contrarium velit. *c. vlt.ext.
de donat.inter vir. & vx.* Hartman. Pistor. *d.lib.1. quæst. 14.nu.
34.* Schneidewin. *in d.§.est & aliud. num.6. Instit.de donatio-
nib.* Ernest. Cothman. *d.respons.50.num.13.44. & 47.* Enim-
uero † si maritus adulterium committat; lucratur eius v- 6
xor hanc donationem: sicuti maritus lucratur dotem,
quando vxor adulterium admisisse probatur. *c. plerunque.
4.extr.de donat. inter vir. & vxor.* D. Bocerus *d.cap.10. nu-
mer.23.*

Denique hoc loco addendum: quod † sit & alia dona- 7
tionis propter nuptias species, quæ proprie dotalitium
appellatur. *c.ex parte.15.ext.de foro compet.* Idque vir, præ-
sertim nobilis, vxori suæ, ratione dotis datæ, concedit:
vt vidua facta illo ad dies vitæ vtatur fruatur. Germanice
vocatur **Leibgeding / Leibzucht / Leibgut /** item **Widtumb.**
Hartman. Pistoris. *d.lib.1.quæst.4. & 14.* Andr. Rauchbar.
quæst.47.num. 21. part.1. Ioan. Rudinger. *cent.3. obseruation.
singular. obser.46. eosque citans* D. Bocerus *d.Comment.
de donat.cap.11.num.3. vbi de dotalitio explicatius, post alios, quos
laudat, disserit.*

QVÆSTIO XII.

SVMMARIA.

1 *Donatio tum inter viuos, tum mortis causa præsentiam donatarij requirit.*
2 *Testamentum habens clausulam codicillarem, vel donationis causa mortis, non sustinetur in vim donationis, nisi donatarius præsens fuerit.*
3 *An nuncio vel epistola interueniente, donatio absenti fieri queat, remissiue.*
4 *Et quid, si donatio ad pias causas absentibus fiat, remissiue.*

DOnatio debet fieri præsenti.] Non solum † donatio in- 1
ter viuos, *de qua Clarus noster hoc loco tractat*: sed &
donatio causa mortis præsentiam donatarii requirit. *l.ab-
senti.10.ff.de donationib. l.inter mortis.38.ff.de mort. causa donat.*
Michael Grallius *lib.1. recept. sentent.§. donatio causa mortis,
quæst.9.num.1.* Gomez. *libr.2.variar.resolut. iur.ciu. c.4.num.
16.* Simon de Præt. *in tractat.de interpretat.vltim. volunt.lib.
2.interpret.1 solut.11.num.25.* Frideric. Pruckman. *consil.12.
num.67. consil.13.num 146. & consil 34.num.18.volum.1.* Pra-
ctic. Papiens. *in forma libelli, quo agitur pro donat. gl. ex causa
donationis.num.7. vers. sed donatio causa mortis. & in forma li-
belli pro legato rei singularis. gloss. valere debeat iure codicillorum.
num.18.* Hartman. Pistor. *quæst.2.num.22.lib.1.* Nicol. Boë-
rius *decis.353 num.3.* Matthias Berlich. *part.3.conclusion.pra-
cticabil. conclus. 2.num.1.* Quæ † præsentia donatarii vs- 2
que adeo necessaria est: vt, etsi in testamento, in quo e-
iusmodi donatio facta est, adiiciatur clausula codicillaris,
quod debeat valere iure codicillorum, vel donationis
causa mortis; non tamen inde legata in vim donationis
causa mortis obtinere possint, si donatarius non præsens
fuerit. Iason *consil.82 num.5.vers. sed hoc non obstante. & num.
seq.volum.3.* Hartman. Pistor. *d.lib.1.quæst.13. num.7. & seq.*
Pruckman. *cons.1 num.175.volum 2.* Roland. à Valle *consil.
81.num.vlt.volu.1.* Grassus *d.§. donatio causa mortis. quæstio.9.
num 1.* Dominic. Cardin. Tuschus *tom.2. practic.conclus. lit.
D.conclus.639.num.7. & seq. eosque nouiter referens* Berlichius
d.conclus.2. num.3.

*Nuncio, vel epistola interueniente, potest donatio fieri absen-
ti.*] Adde idem † sentientes Petrum Nicolaum Mozzium
in tract.de donat.sub tit.de substantialibus, &c.num.23. Grassum 3

d §. donatio causa mortis quæstio. 9. num. 3. Hartmannum Pistoris *d. quæst. 13. num. 2. cum seqq.* & Berlichium *d. conclus. 2. num. 4. vbi plures citat.*

4 *Quæ † sit Ecclesiæ, vel pia causa, &c.*] Adde ea de reuidendos Petr. Nicol. Mozzium *d. tit. de substantialibus, &c. num. 23. vers. quod adeo verum est, &c.* & Hartmannum Pistoris *d. quæst. 13. num 5. & nouissime* Thadeum Pisonem *lib. 4. var. resolut. cap. 3. num. 12.*

QVÆSTIO XIII.

S V M M A R I A.

1 *An & quatenus donatio valeat, absenti & ignoranti facta, Notario acceptante donationem, remissiue.*

2 *Nunquid possit fieri conuentio, quod aliquo casu contingente, res transeat in tertium absentem: & num donator istiusmodi conuentionem reuocare possit, remissiue.*

1 C*Vm interuentu Notarii, &c.*] An † & quatenus donatio valeat, si facta sit absenti & ignoranti. Notario acceptante donationem, late, & quidem diuersimode, post Clarum nostrum, examinant Carolus Molineus *consil. 60.* Francisc. Hotoman. *lib. 4. obseruat. cap. 25.* D. Bocerus *in Commentar. de donationib. cap. 3. num. 3. edit. 2.* Riminald. Iunior *in Rubric. Instit. de donat. num. 1 1* Anton. Faber *part. 2. de errorib. pragm. decad. 47. error. 2. & seqq.* Mozzius *in tractat. de donationib. tit. de substantialibus, &c. num 25. &* D. Georgius Obrechtus *disput. 2. de donationib. th. 113. & aliquot subsequentib.*

2 *Quando quis donat alicui præsenti, cum pacto, &c.*] An † conuentio fieri possit, quod aliquo casu adueniente, res perueniat in aliquem tertium absentem: & an donator huiusmodi conuentionem siue pactum reuocare queat, post Clarum hoc loco nostrum, abunde etiam declarat Mozzius *sub dict. titul. de substantialibus, &c. num. 28.*

QVÆSTIO XIV.

S V M M A R I A.

1 *Non solum donatio inter viuos, sed etiam mortis causa, hodie nudo pacto perficitur.*

2 *Et quid, si donatio facta sit præsenti & tacenti.*

1 S*Ed nudo pacto perficitur.*] Quod † non solum donatio inter viuos, sed etiam mortis causa hodie nudo pacto perficiatur. post Clarum nostrum, *& ab eo hic laudatos,* tenent & probant Michael Grassus *libr. 1. recept. sentent. §. donatio causa mortis. quæst. 8. num. 1.* Mozzius *in tract. de donationib. sub tit. de substantialibus, &c. num. 1.* Tiraquellus *in repetit. l. si vnquam. 8 in verb. donatione largitus. num. 248. C. de reuocand. donationib. &* Thadeus Piso *lib. 4. var resolut. c. 3. nu. 8. vbi plures laudat.* Qua de re videatur quoque D. Bocerus *in Comment. de donationib. c. 5 n. 8.*

2 *Ego do:: alicui, qui est præsens, & tacet.*] Quod † taciturnitas donatarii præsentis inducat acceptationem, & consequenter consensum: sicque ex vtrinque mutuo consensu donatio firmetur, vltra Clarum hic nostrum, *& ab eo allegatos,* tenent Angelus *consil. 183.* Curt. Iunior & Purpurat. *in rubric. C de pact* Iason *in rubric. ff. de verb, obligat.* Socinus *consil. 112. volum. 1.* Vasquius *libr. 1. controuersiar. illustr. cap. 62. num. 13.* Grassus *in dict. § donatio causa mortis. quæstio. 8. num. 2. eosque referens* Thadeus Piso *d. libr. cap. 3. num. 16. versic. contrarium, &c.* Quibus adiiciendus est Mozzius *in d. tractat. de donat. titul. de substantialibus, &c. num. 24.*

QVÆSTIO XV.

S V M M A R I A.

1 *Insinuatio donationis, summam 500. solidorum excedentis, ob quas rationes fieri debeat.*

2 *Solidus in iure nostro est aureus.*

3 *Ratio, cur aureus dicatur solidus.*

4 *Donatio absque insinuatione, ad quam nostratium aureorum quantitatem hodie fieri possit, remissiue.*

5 *Statutum & consuetudo loci de donationis insinuatione spectanda.*

6 *Insinuatio quomodo definiatur, remissiue.*

7 *Coram quo iudice insinuatio expediri queat.*

8 *In donationis insinuatione debet apparere de voluntate indicis, quod donationem ad acta referri velit.*

I*N quacunque donatione excedente summam 500. solidorum, necessario requiritur, quod donatio ipsa insinuetur.*] Rationes, ob † quas donationis quingentorum solidorum 1 summam excedentis, insinuationem fieri necesse est, quatuor à Doctoribus assignantur. Prima est: vt inter donationem & insinuationem possit deliberare donans, an sibi expediat donationem perficere, nec ne, *argum. Nouell. 23. cap. 1. vers. vt liceat homini intra id spacium plenissime deliberare, &c.* Secunda ratio est: vt iteratio actus ostendat & declaret perseuerantiam mentis ipsius donatoris: sicuti dicitur de actu geminato *in l. Ballista. 32. vbi gl. & Dd. ff. ad S C. Trebellian.* Tertia est ratio: vt tollatur omnis suspicio fraudis & deceptionis. *l. data. 27. C. de donationib.* Quarta ratio est: vt occurratur falsis probationum modis, *argum. l. fin. C. de fideicommiss.* Anton. de Canario *in tractat. de insinuat. part. 1. quæst. 9. num. 18.* Petrus à Duen. *reg. 224.* Roland. à Valle *consil. 70. numer. 17 libr. 2.* Berous *consil. 56. num. 9. lib. 1.* Petrus Nicolaus Mozzius *in tract. de donationib. tit. de substantialib. seu quæ requiruntur in donat. num. 7.* Rebuffus *in Commentar. ad Reg. Constitut. Galliar. tom. 1. tit. de donat. insinuand. art. 1. gl. 1. nu. 2.* Menoch. *cons. 261 num. 19. & seqq. lib. 3. &* D. Collega Bocer *in Comment. de donat. c. 3. num. 57. edit. 2.*

. *Quingenti solidi hodie faciunt summam septingentorum florenorum, &c.*] Breuiter hic addendum; quod † solidus in 2 libris iuris nostri nihil aliud sit, quam aureus. Nam quod dicitur solidus *in § final. Instit. tit de pœn. temere litigant.* aureus appellatur *in l. penultim. & vltim. ff. de in ius vocand.* Andreas Gail. *lib. 2. obser. 39. num. 1. vbi ait, id communiter receptum esse.* Aureus † autem duabus de causis di- 3 ctus fuit solidus: primum, quod ex auro puro constabat: siquidem solidum veteres integrum vocabant. Deinde, vt ab eo discerneretur, qui dimidiatur, aut dimidiato minor erat, hoc est, semisse & tremisse, *autore* Francisco Hotoman *in libr. de re numaria. quem refert & sequitur* D. Bocer. *d. commentar. de donat. c. 3. num. 62.* Verum 4 † cum hodie nostrates aurei minoris sint ponderis, quam aurei fuerunt Iustinianici: non vsque adeo expeditum est, ad quam aureorum nostratium quantitatem donatio absque insinuatione hodie valeat. Qua de re, post Clarum nostrum, varii varia literis prodiderunt: *vti videre est ex* Wurmsero *in practic. obseru. tit. 49. de verb significat. obseru. 11.* Bernhardo Greuæo *lib. 2. conclus. 39. consideras. 2.* Ioanne Gutierez *tract. de iuramento, confirmatorio. cap. 7. num 4. & seq.* Ioanne Koppen *decis. 5. num. 16. & seq.* Iohanne Schneidewino *ad §. alia. 2. tit. Instit. de donationib. num. 24.* Daniele Mollero *lib. 2. Semestrium cap. 37. n. 2. hisque laudante* D. Bocero, *d. c. 3. num 65. & seq.*

Sane

5 Sane si † extet loci statutum, vel consuetudo, ad quam
vsque summam citra insinuationem donatio valeat: ea o-
mnino attendi obseruarique debet. Hinc Coloniæ vs-
que ad 1200. aureos, & Aquisgrani ad duo millia aureo-
rum monetæ currentis (vt vocant) donatio absque in-
sinuatione facta subsistit. *teste* Gailio *d.lib.2.obs.39.num.4.*
& Obrechto *disput.2.de donat. th.168.* Cæterum iure re-
nouato Wirtembergico donatio, summam 200. Coro-
norum excedens, iudicio insinuanda est, *part.2. titul.18.*
pagin.303.

6 *Quid sit insinuatio.*] Insinuationem † alii aliter defini-
unt: *vt constat ex* Bartolo *in l. Modestinus 23.ff.de donationib.*
Schneidevvino *ad d.§.alia 2.num.7.Instit.eod.* Antonio Ga-
briel. *tit de donat.lib.3.conclus.1.* Iosepho Ludouico *commun.*
conclus.17. D. Obrechto *d.disput.2 th 137.* & Petro Nicolao
Mozzio *d. tract.de donationib.tit.de substantialibus, seu quæ re-*
quirantur in donat.num.6.

7 *Sufficit, quod fiat coram iudice, &c.*] Expediri † insinua-
tionem posse apud quemuis iudicem, etsi bona alibi
sita sint, liquet ex *d.l.data.27.vbi* Bartol. *& l.in hac sacratis-*
sima.30.C.de donationib.& notant Hippolytus Riminald. *ad*
§.1.num 165.Instit.de donat. Gail. *d.lib.2.obser.39.num.28.&*
obs.23.num 5. Hotoman. *consil.1.* Emanuel Soarez *in the-*
saur.recept.sentent.lit.L num.107. & D. Bocer. *d.comment. de*
*donationib.c.3.num.49.*vbi *num.50.* subiicit, tutius esse, fie-
ri insinuationem istam coram iudice competente, cui sci-
licet donator, vel res donata subiecta est. *per notata* Gui-
donis Pap. *quæst.325.&* Schneidevvini *ad d.§.alia 2. nu. 11.*
8 *Instit.de donationib.* Sola † autem iudicis præsentia non suf-
ficit ad donationis insinuationem: sed insuper necesse
est, vt de voluntate iudicis appareat, quod donationem ad
acta referri, atque ita insinuari eam voluerit: quemadmo-
dum, *post alios*, firmat Anton. de Canario *prædicto tract.de*
insinuat. part.1.quæstio.14.num.30. & sequitur Hartman.
Pistoris *lib.3. quæstio.9.num.15.* nec non D. Bocerus *dict.*
cap.3.num 56.

QVÆSTIO XVI.

SVMMARIA.

1 *Nunquid insinuatio requiratur in donatione præsumpta, vel tacita.*

2 *Et an in remissione ex causa donationis facta.*

3 *Et an in pacto gratuito, vel simplici liberatione.*

4 *An item in donatione reciproca seu remuneratoria, remissiue.*

1 AN *hæc conclusio habeat locum etiam in donatione tacita.*]
Quod † insinuatio etiam requiratur in donatione
præsumpta, vel tacita, vltra Clarum hîc nostrum, *& alios*
ab eo allegatos, tradunt Iosephus Ludouic. *commun. conclus.*
17.vers.an eadem,&c. & Petrus Nicolaus Mozzius *in tra-*
ctat.de donationib.sub tit. de substantialibus, seu quæ requirantur
in donat.num.17.vers. idem erit dicendum, &c. vbi subdit, si
2 † facta sit remissio ex causa donationis, itidem necessa-
riam esse insinuationem: eo quod, si appareat de inten-
tione & effectu, non sit respiciendum, quomodo verba
concepta fuerint, *per notata* Curtii Iunioris *consil.128.&*
Caluan.*consil.25.post num.23.*

3 *An etiam in pacto gratuito, &c.*] In † pacto quoque gra-
tuito, vel liberatione simplici facta non expressa causa, si
summam quingentorum aureorum excedat, insinuatio-
nem desiderant, præter Clarum, *& ab eo cumulatos hic*,
tenent Tiraquellus *in l.si vnquam.8. in verb. donatione largi-*
tus.num.173.& num.176.C.de reuocand.donat. Mozzius *dicto*
num.17.aliique per hos adducti.

Habebit † locum conclusio etiam in pacto de non petendo.] Ad-
de idem sententes Constant. Rogerium *in l. in ædibus.9 ff.* 4
de donationib. Tiraquellum *in d.l.si vnquam.8. in verb.donatio-*
ne largitus.nu.196.cum seq.C de reuocand donat.& Mozzium
d.tit.de substantialibus,&c.num 18.

Nunquid in donatione reciproca, &c. Quod † donatio re-
ciproca & remuneratoria non exigat insinuationem, o-
stensum est supra *ad q.2.nu.7.& quæst 3.num.4.*

QVÆSTIO XVII.

SVMMARIA.

1 *An donatio Ecclesiæ & piis causis facta sine insinuatione valeat, si legitimam summam excedat.*

2 *Ecclesia vltrix est & auctrix iustitiæ.*

3 *Quibus casibus donatio, vltra quingentos aureos facta, subsistat.*

4 *Coram Principe nihil occulte fieri intelligitur.*

5 *In Principe nullus dolus timeri potest.*

6 *Princeps legibus solutus.*

7 *Liberalitas Principis nullis cancellis coerceri debet.*

8 *Quod de Romanorum Imperatore cautum est, num extendi quoque possit ad Duces & Principes, cæterosque Imperatore inferiores.*

9 *Nostri hodie Duces, Principes, Comites, &c. in suis territoriis Imperatori comparantur.*

10 *Liberalitatem exercere, proprium est Principum & Nobilium.*

11 *Donatio facta Imperatori à priuato, insinuationem non exigit.*

12 *Ecquid donatio non insinuata annulletur in totum, an solummodo quatenus excedit summam legitimam.*

13 *In diuiduis vtile per inutile non vitiatur.*

14 *Iure Wirtembergico, quod excedit summam 200. florenorum donationem facit irritam.*

15 *Superfluum illud quo remedio repetatur.*

HOdie tenendum est, quod valet donatio facta Ecclesiæ, &c.]
Etsi Interpretes plerique affirmant, quod † dona- 1
tio collata in Ecclesiam, vel alias pias causas insinuatio-
nem respuat licet legitimam excedat summam, *vt constat*
ex Claro nostro, & Anton. Gabriel Roman. *libr.2. commun.*
conclus.rubr.de donationib. conclus.1.num 28.& aliis, ab his con-
gestis: attamen erroneam hanc esse assertionem, arguit
textus *in l. si quis argentum.35. §.vltimi.vers. tantoque magis.C.*
de donat. & l. illud.19. C. de sacrosanct. Eccles. quæ leges et-
iam in piis causis insinuationem euidenter requirunt.
Quamuis enim magnus sit piarum causarum fauor: ta-
men cum hæc solennitas propter vtilitatem publi-
cam introducta sit ne homines decipiantur. *l.data.27.C.*
de donat. non immerito etiam in piis causis interuenit.
Nam † Ecclesia vltrix & auctrix iustitiæ non patitur, ali- 2
quid contra iustitiam fieri, in se, vel in alterum. *c.1 vers.etsi*
clientulus.de alienat.feud. D. Obrecht. *disput.2 de donationib.*
th.175.& seq. Idque explanatius persequitur D. Collega Boce-
rus *in Commentar.de donationib.c.3.num.70.& seqq.* Enim-
uero † excipiuntur quinque casus, in quibus donatio, vl- 3
tra 500. aureos facta, sine insinuatione subsistit. I. est, si
pro captiuis redimendis facta sit. *l.si quis pro redemptione.36.*
in princip. C. de donat. Eiusque ratio ex fauore dependet.
II. est, si donatio illi sit facta, cuius domus incendio, vel
ruina periit. *d.l.si quis.36. §. eandemque 2.C. eod.* Cuius ra-
tio similiter ex fauore dependet. III. est, si cui plures
res diuerso tempore ab vna persona donentur. Si enim
non singulæ, sed omnes coniunctæ legitimam quanti-
tatem excedunt, non opus est insinuatione: quia tot-

intelliguntur esse donationes, quot vicibus sunt factæ. *l. sancimus.34.§.si quis autem.4.C.de donat.* Et contra si quis plu-
res res, vltra quingentos aureos æstimatas, eodem tem-
pore alicui donat, & in instrumento dicit, tot esse dona-
tiones, quot sunt res: non valet sine insinuatione dona-
tio: quia in fraudem facta intelligitur, *vt notat* Cynus *in d.*
l.sancimus.34.§.si quis autem.C.d.tit. Clarus noster hic num.4.&
D.Obrecht. *d.disput.2.th.*183. IV. casus est, si quid a Du-
3 ce belli seu à Magistris militum donetur fortissimis mili-
tibus. Hæc quippe donatio fauore militum absque insi-
nuatione subsistit. *d.l.si quis pro redemptione.36.§.similiter.C.*
4 *de donat.* V. Casus est, si † donatio ab Imperatore in ali-
quem collata sit. *l.sancimus.34.C.eod.t.l.illud.19.C.de sacro-*
sanct.Eccles. Hoc casu ideo insinuatio necessaria non est:
tum quia coram principe, qui semper proceres secum ha-
bet, nihil occulte fieri intelligitur, *argum.l.omnium.19.ibi-*
que Dd.C.de testam. Bald. *in d.l.sancimus.34 C.de donat.* Tum
5 † quia in Principe nulla fraus, nullusue dolus, ob maie-
statem ac dignitatem personæ, timeri potest. D.Obrecht.
6 *d.disput.2.th.*192. Tum † quia Princeps legibus solutus
7 est. *l.princeps.31.vbi Dd.ff.de legib.* Tum † postremo quia li-
beralitas ipsius Principis nullis frenis aut cancellis eius-
modi coërceri debet, *argum.l.penult.C.de donat.inter vir.&*
vxor. & l.vltim.C.de præpositis agentium in reb. Marc. Mantic.
consil.1.num 15. Tiraquell. *de nobilitat.c.37.num.*53. Rimінal.
*qu.Instit.de donat.§ 1.num.*1221.*edit.2.* Modestin. Pistoris *qu.*
9.num.2.lib.3. Quos refert & sequitur D.Bocer. *d.commen-*
*tar.de donat.cap.3.num.*73.

8 Ecquid autem † idem hodie sit statuendum in nostris
Ducibus, Principibus, Comitibus & Baronibus, qui Im-
peratore sunt inferiores, eumque tanquam superiorem
recognoscunt, controuersum est? Negant id Socinus
junior *cons.69 num.41.lib.1.* Anton. Gabriel Roman. *libr.3.*
commun.conclusion.de donat.conclus.1.num.23. Wesenbec. *con-*
sil.42.num. 70. *aliique per hos citati.* Ast alii communiter
affirmant Oldrad. *consil.231.* Bald. *in d.l.sancimus.34.C.de do-*
nationib.ibique Barbar. *in suis addit.* Roman. *consil.59.num.7.*
Alexand. *consil.157.num.7.& 8.volum.2.* Zasius *consil.1.num.*
96.volum.2. Tob. Non. *consil.1.num.15.* Menoch. *cons.1.nu.*
374.& alij, quos recenset D.Bocerus *d.cap.3.num.77.* Ratio,
qua in hanc adducti sunt sententiam hi Interpretes, illa
9 perhibetur: quia † nostri hodie Duces, Principes, Comi-
tes & Barones in suis regionibus & territoriis Imperato-
ri comparantur: adeoque in istis eandem habent pote-
statem, quam Imperator in Imperio Romano obtinet.
Paul. de Castr. *consil.34.colum.2.volum.2.* Alexand. *consil.2.*
num.25.volum.1. Iason *consil.101.num.2.volum.4.* Decius *con-*
sil.519.num.4. Cephal. *consil.539.num.15.* Cacheran. *decisio.*
Pedemont.156.num.1. Wesenbec. *consil.27.num.2.& seq.part.*
1.aliique per hos relati. Neque vero decorum est: horum
10 † Dominorum donationes ad certa solennia astringere:
cum donare, liberalitatem & munificentiam exercere
proprium sit Principum, & præcipuus nobilitatis actus:
qui merito à libero eorum arbitrio simpliciter pendere
debet, vt, post Abbatem *in c.1.de donationib.* asserit D. O-
11 brechtus *d.disput.2.de donationib.th.*197. Cæterum † vt do-
natio à Principe alicui facta, non desiderat insinuationem:
ita nec ea donatio insinuatione eget, quæ à priuato ipsi
Principi facta est. *Nou.52.c.2.& Auth. item & à priuatis. C.de*
donationib. D.Bocer. *d.c.3.nu.74.& seq.*

12 *Nunquid donatio vitiabitur in totum.*] Quod † donatio
non insinuata, excedens quingentos solidos, haud in soli-
dum vitietur, sed tantum in eo, quod legitimam summam
excedit, probatur etiam (præter textum *in l.sancimus 34.in*
princ.C.de donat. à Claro hic adductum) *per l.vt mihi dona-*
res.21.§.1.ff.de donat.l.si quis argentum.35.§.sin autem 3.in fin.C.
eod.& Nouell.162.c.1.§.& illud etiam,&c. Petr. Nicol. Moz-
zius *in tract.de donat.tit. de substantialib seu quæ requirant. in*
donat.num.16. versic. & quod donatio, &c. vbi plures ad hoc ci-
tat. Eiusque ratio hæc assignari potest: quia † in diui- 13
duis vtile per inutile non vitiatur. *cap. vtile.37.de regul.iur.*
in 6 ibique Peckius & Dynus. *l.cum, qui ita.56.§.1.vbi gloss in*
verb superuacua.ff.de verb.obligat. Gail. *lib.2.obseruat.5.num.8.*
Rober. *disput.10.ad Institut.thes.9.* Iure † quoque renoua- 14.
to Wirtembergico, quod excedit summam ducentorum
florenorum, donationem facit irritam, *par.2.tit.18.pagin.*
303. Repetitur † autem superfluum illud condictio- 15
ne sine causa. *dict.l. vt mihi.21.in fine, & ibidem gloss. ff. de*
donationibus, & notat D. Bocerus *dict. Commentar.de dona-*
tionib.cap.3 num 82. *eumque referens* Andreas Gerhardi *de-*
cad.7.quæstio.9.

QVÆSTIO XVIII.

S V M M A R I A.

1 *An iuramentum defectum insinuationis suppleat.*
2 *Quatenus donatio non insinuata iuramento confirme-*
tur.
3 *Et quid, si facienda sit insinuatio intra aliquod tempus post*
contractum, remissiue.

N*Vnquid iuramentum suppleat defectum insinuationis.*] 1
Quod donatio † cum iuramento facta; etiam quo-
ad excessum citra insinuationem subsistat, iure canonico
verius est, & multarum Curiarum præiudiciis confirma-
tum. *c.cum contingat.28.de iureiur.c.quamuis.2.de pact.in 6.*
Huiusque pronunciati hæc ratio reddi solet: quia tale iu-
ramentum non tenuit contra bonos mores iuris cano-
nici; nec contra publicam vtilitatem principaliter, nec in
præiudicium conscientiæ & salutis æternæ, *argum.d.c.cum*
contingat.28.de iureiur. Et ita, post Clarum nostrum, &
Dd.ab eo cumulatim adductos, sentiunt Petrus Nicol. Mozz.
in tract.de donationib.tit.de substantialib.seu quæ requirant.in do-
*nat.num.*20. Gomezius *tom.2.var.resolut.c.4.num.8.* Andr.
Gail. *lib.2.obser.39. num.12.* Fernand. Vasq. *de success. creat.*
lib.2.§.18.requisit.29.num.16. D.Bocer *in Commentar. de do-*
nat.cap.3.num 78.edit.2. Andr. Gerhardi *decad.7.sub quæstio.*
9. Treutler. *volum.2.disput.19.th.6.ad lit.F.* Matth. Stepha-
ni *cent.2.qu.48.ad lit.C.* Andr. Fachineus *lib.7.controuers.iur.*
c.83.& lib.12.controuers.iur.cap.48.

Quando in specie fuit ipsi insinuationi renunciatum.] Qua-
tenus † donatio non insinuata confirmetur iuramento, 2
post Clarum nostrum, explicat Petr. Nic. Mozzius. *d.tit.*
de substantialibus, &c.num.21.

Eo casu † iuramentum appositum contractui non confirmaret 3
donationem.] Adde idem plane sentientem Petrum Nic.
Mozz. *d.tit.de substantialib.&c.num.21.vers.præterea est decla-*
randa dicta conclusio,&c.

QVÆSTIO XIX.

S V M M A R I A.

1 *Num donatio omnium bonorum, præsentium & futurorum,*
valeat.
2 *Communis opinionis magna auctoritas.*
3 *Quicquid naturale, & legibus permissum est, id semper & in*
infinitum intelligitur concessum.
4 *An & quatenus per donationem omnium bonorum, ius te-*
standi tollatur.
5 *Donator quatenus conueniatur.*
6 *Donatio quomodo interpretanda.*

7 Ali-

7 *Alimentis renunciari non potest.*
8 *In omnium bonorum donatione non veniunt nomina debitorum, siue iura & actiones.*
9 *Nunquid donatio hereditatis valeat.*

N*Vnquid valeat donatio omnium bonorum.*] Donationem
1 † omnium bonorum, præsentium & futurorum,
nullam esse, communis Interpretum Schola affirmat; vt
hic ex Claro & Giachario, *aliisque compluribus per eos citatis*,
constat. Cui opinioni subscripserunt non inuiti, *post alios,
quos laudant*, Petrus Nicolaus Mozzius *in tractat. de donationib. sub tit. de rebus, quæ donari possint, vel non num. 6.* Fachineus *lib. 6. controuersiar. iur. cap.* 87. Alexand. Trentacinq. *lib. 3. resolut. 3. de donat.* Modestin. Pistoris *libr. 2. cons. 19. num. 1.*
Gutierrez *in tractat de iuramento confirmatorio, part. 1. cap. 11. num. 16. &* Olemannus *ad disputat. 12.* Giphanii, *numer. 2.*
2 Etsi † vero communis opinionis magna est auctoritas, &
ab ea in iudicando non facile recedendum, *arg. l. 1. in princip. vers. sane crebrior apud veteres opinio. ff. de offic. quæstor. l. ætatem. 4. in princip. ibi, & generaliter ita omnes opinantur. ff. de his, qui not. infam. l. ita vulneratus. 51. in princ. ibi, dicitur vulgo. ff. ad leg. Aquil.* attamen sententia contraria, vtpote expressis
legum textibus suffulta, verior censetur. *l. si quis argentum. 35. § sed si quis vniuersitatis. 4. & §. seq. C. de donat. l. si vnquam. 8. C. de reuocand. donat. l. omnes. 17. §. 1. ff. quæ in fraud. creditor. l. si*
3 *tot. 5. C. de inoffic. donat.* Quæ † leges inter præsentia &
futura bona non distinguunt. Quin † quicquid naturale, quicquid concessum & permissum est legibus, id semper & in infinitum intelligitur concessum & licitum, nisi in quantum vicissim à legibus & moribus est restrictum. *argum. l. Gracchus. 4. C. ad leg. Iul. de adult.* At nos posse donare res nostras, est naturale. *§. per traditionem. 40. Instit. de rer. diuis.* & legibus concessum. *tot. tit. ff. & C. de donat. l. in re mandata. 21. C. mandati. l. nemo. 9. C. de iudeis. c. vn. per quos fiat inuest. 2. F. 3.* Ergo & semper & in infinitum donare possumus, nisi in quantum à legibus hoc ius reperitur restrictum. Iam vero nullibi in toto iure legitur ius donandi restrictum ad omnia præsentia tantum bona: quasi scilicet omnia præsentia, non etiam futura donare possimus.
4 Nec mouet, quod Doctores obiiciunt; per talem †
donationem ius testandi, & sic publicum tolli. *l. 3. ff. qui testam. facere poss.* quod tamen maxime aduersum sit legibus, & contra bonos mores. *l. pactum. 15. C. de pact.* Dona-
5 tor † namque in id tantum, quod commode facere potest, conuenitur: nec illi alimenta necessaria vitæ auferun-
6 tur, ne egeat. Semper † quippe ita est interpretanda
donatio, ne donator liberalitate sua inops factus periclitetur. *l. inter. 19. §. fin. & l. ne liberalitate. 50. ff. de re iudic.* Quin
7 imo alimentis † renunciari non posse, tradunt Decius
in l. iura. 8. ff. de reg. iur. Trentacinq. *lib. 1. resolut. 2. de aliment. num. 15.* Quare licet quispiam omnia & præsentia & futura bona donarit: adhuc tamen de alimentis, hoc est, cibariis, vestibus, lectis, medicinis, habitatione, potionibus, supellectile, &c. testari poterit. *l. legatis. 6. ff. de aliment. legat. l. obligatione. 6. & ll. seqq. ff. de pignorib. & hypothec.* Quin
8 † & in omnium bonorum donatione non venire nomina debitorum, siue iura & actiones directas, quæ ossibus donatoris adhærent, docuerunt Menochius *lib. 1. consil. 47. num. 2. &* Andr. Gail. *lib. 2. obser. 11. num. 10. aliique ab iis memorati.* Proinde de his quoque donator testamentum facere poterit. *Et ita tenent* Alciatus *ad l. fin. num. 72. C. de pact.* Corasius *lib. 6. Miscellan. iur. ciuil. c. 17.* Vaudus *lib. 1 quæstio. 31.* Mascard. *de probat. volum. 3. conclus. 1120.* Matth. Stephani *cent. 2. quæst. 47. ad lit. B.* Arumæus *Exercit. Iustin. 6. th. 15.* D. Collega Bocer. *in commentar. de donationib. c. 3. num. 39. cum seqq. edit. 2.* Anto. Faber. *part. 2. de erroribus pragmat. decad. 48. error. 6. huiusque perpetuus assecla & assertor* Schifforde-
gherus *lib. 1. tract. 13. quæst. 1. & seqq.* Hunnius *lib. 2. var. reso. iur. ciu. tract. 4. quæst. 7. & nouissime* Quirinus Kubachius *cent. 2. quæstio. iur. illustr. decur. vlt. qu. 1. aliique complures.* Et huc quoque pertinent, quæ annotauimus *part. 1. Disputationum nostrar. ad Instit. disp. 18. assert. 16. & seq.*
Nunquid valeat donatio suæ hereditatis.] Quamuis † do- 9
natio omnium bonorum iure valeat, *vt hactenus ostensum:* nemo tamen hereditatem alicui donare potest. *l. cum donationis. 34. C. de transactionib.* Huiusque ratio est: quia hereditas vel testamento, vel lege defertur, non conuentione partium. *l. 1. ff. de petit. heredit. l. pactum, quod dotali. 15. & l. fin. C. de pactis. l. hereditas. 5. C. de pactis conuentis, &c.* Idque copiosius explicuimus *ad princ. tit. Instit. de heredit. quæ ab intest. def. num. 4. & seqq.* Eandem opinionem, *post Clarum hic & alios*, comprobat Fachin. *d. lib. 6 c. 94. &* Bocer. *d. c. 8. n. 46.*

QVÆSTIO XX.

SVMMARIVM.

1 *An valeat omnium bonorum donatio iurata: vel pia causa facta: vel reseruato vsufructu, aut re quadam alia ad testandum sufficiente, remissiue.*

S*I talis donatio sit iurata.*] Cum ex additionibus & notatis ad quæstionem proxime præcedentem manifestum euadat: donationem omnium bonorum, etiam futurorum, iure sustineri: frustra in quæstionem vocatur;
an † valeat isthæc omnium bonorum donatio, iuramen- 1
to firmata; vel Ecclesiæ siue piæ causæ facta; vel reseruato vsufructu, vel re quadam alia ad testandum sufficiente: quibus casibus omnibus hanc donationem valere (repudiata hic Clari nostri, & aliorum opinatione) *post plures alios, quos citat*, scribit Fachineus *lib. 6. controuers. iur. cap. 88. cum 4. sequentib.* & Gutierrez. *in tract. de iuramento confirmator. part. 1, c. 11. nu. 7. & aliquot seqq.* De iisdem casibus consuluit quoq; Petr. Nic. Mozzius *in tract. de donat. sub tit. de reb. quæ donari possint, vel non num. 6. & seqq.*

QVÆSTIO XXI.

SVMMARIA.

1 *Donatio legitime facta temere non reuocatur.*
2 *Propter quinque causas ingratitudinis donator rem donatam reuocare potest.*
3 *Nunquid etiam ob alias causas, præter istas quinque iure expressas, res donata reuocari queat.*
4 *Exceptio confirmat regulam in casibus non exceptis.*
5 *Particulæ* (ita vt) *sunt notæ definitionis ac determinationis.*
6 *Particula taxatiua an & quatenus causas similes siue grauiores excludant.*
7 *Odia sunt restringenda.*
8 *An donatarius donatorem egenum alere teneatur.*
9 *Liberi parentibus alimenta præstare coguntur.*
10 *Sensus l. alimenta. 6. §. 1. ff. de agnosc. & alend. liber.*
11 *Libertas precio nummario non æstimanda.*
12 *Intellectus l. decurionibus. 8. ff. de decurionib.*
13 *Ecquid donatio ob causam seu remuneratoria propter ingratitudinem reuocari possit.*
14 *Quid de donatione Ecclesiæ facta statuendum.*
15 *Et quid de beneficio ecclesiastico homini ingrato collato.*
16 *An pactum donationi appositum, de non reuocanda donatione propter ingratitudinem donatarii, sit validum.*
17 *An & quatenus pactum istud iuramento cõfirmetur, remissiue.*
18 *Ecquid ingrati actio, quæ donatori ad rem reuocandam competit, ciuilis sit, an vero realis.*

19 *Actio in rem cui detur.*
20 *Omnis actio, ex delicto descendens, est personalis.*
21 *Actio in rem datur in possessorem.*
22 *Num donatarius ingratus fructus rei donatæ, ante reuocationem perceptos, restituere teneatur.*

1 D*Onatio potest reuocari propter ingratitudinem donatarii.*]
Donatio † rite & legitime facta licet temere non retractetur, aut reuocetur. § *alia autem. 2. Inst. de donat. l. 2. cum tribus seqq. C. de reuocand. donat.* ingratitudo tamen donatarii facit, vt donator rem donatam reuocare possit. *l. vltim. C. d. tit.* vbi causæ ingratitudinis quinque sunt expressæ. I. Est:
2 si † donatarius donatori manus impias & violentas iniecerit. II. Si iniuria atroci (*verbali scilicet vt differat à causa præcedente*) eum affecerit. III. Si graue damnum rebus ipsius intulerit. IV. Si vitæ eiusdem insidias struxerit. V. & vltima: si conuentiones in donatione appositas non impleuerit. De quibus causis latius disserunt Petrus Nicol. Mozzius *in tractat. de donationib. sub tit. quomodo annulletur & reuocetur donatio. num. 22. cum seqq. &* Donellus *libr. 14. Commentar. de iur. ciu. capit. 27. ibique in suis notatis* Hilligerus.

3 *Sed nunquid † etiam ob alias ingratitudinis causas, &c.*]
Communis Interpretum Schola opinatur; præter istas quinque modo relatas causas, etiam ob alias similes, siue maiores expressis, iure ciuili rem donatam reuocari posse; vt hic Clarus noster, *post alios*, testatur: cui adstipulatur Mozzius *d. titu. quomodo annulletur & reuocetur donatio. num. 58. circa fin.* & Menochius *de arbitr. iud. quæst. cas. 130. num. 3. lib. 2. cent. 2.* Verum contraria sententia iuris veritati magis consona videtur. Primum enim Iustiniano Imperatori propositum fuit certas ingratitudinis causas determinare ac definire, ex quibus donatio reuocari possit. *d. § alia. 2. in fin. ibi, certis ex causis. Instit. de donationib.* At sub proposito haud satisfecit Iustinianus, si præter istas causas, ab ipso enumeratas; aliæ sint, ex quibus donatio æque reuocari potest. Deinde satis expresse Imperator *in d. l. vltim. C. de reuocand. donat.* cauit, nullas alias ingratitudinis causas, præter quinque ibi recensitas, esse admittendas. Sic etenim scribit: *Generaliter sancimus, omnes donationes lege confectas, firmas illibatasque manere, si non donationis acceptor ingratus circa donatorem inueniatur, ita vt iniurias atroces in eum effundat, &c.* His vtique verbis Imperator regulam proponit de donatione perfecta non reuocanda: cuius exceptionem postea subiungit, causas quinque
4 enarrando, ob quas reuocari queat donatio. At † omnis exceptio stricte accipienda est, regulamque confirmat in casibus non exceptis. *l. quæsitum. 12. § denique Neratius. 43. ff. de instruct. & instrum. legat. l. 1. ibique* Decius *num. 21. ff. de reg. iur. Nouell. 7. cap. 2.* Illud quoque satis innuunt particulæ
5 *ita † vt*: quæ notæ sunt definitionis ac determinationis; vt proinde ex illis reluceat, propositum & intentionem Imperatoris fuisse, certas causas reuocandæ donationis definire ac determinare. Præterea Iustinianus *in d. l. vltim. C. de reuocand. donat.* taxatiue loquitur, *versic. ex his enim tantummodo causis, &c.* Si aliæ similes, vel maiores admittendæ essent causæ, quid opus fuisset causarum enumeratione? aut cur Imperator illam particulam (*tantummodo*) adiecisset, si adhuc alias causas assumere liceret? Et
6 quanquam respondeant dissentientes: particulas † taxatiuas & exclusiuas non excludere causas similes, aut grauiores, in quibus eadem, aut etiam maior ratio subsit: id tamen hic locum sibi vindicare nequit: quandoquidem cum particula taxatiua (*tantummodo*) concurrit tum propositum Imperatoris, volentis certas causas definire, cæterosque excludere; tum odium *dictæ l. vltim.* quæ pœnam decernit illis, qui in donatorem ingrati extiterint: Odio-
7 sa † autem per se, & sua natura restringenda esse, patescit ex *l. si præses. 32. & l. interpretatione. 42. ff. de pœn. item ex l. odia. 15 & cap. in pœnis. 49. de reg. iur. in 6.*

Nec dissentientium opinationem iuuat, quod obiciunt, reuocari posse donationem, si † donatarius dona- 8
torem ad paupertatem redactum alere recuset, *argum. l. alimenta. 6. § 1. ff. de agnoscend. & alend. liber. & l. decurionibus. 8. ff. de decurionib.* cum negans alimenta necare videatur. *l. negare. 4. ff. de agnosc. & alend. liber. & notat Clarus hic numer. 3.* Nam respondetur *primo*, quod donatarius non sit obligatus naturaliter, multo minus ciuiliter ad alendum donatorem egenum: & vt maxime naturaliter esset obligatus: nulla tamen præstandi alimenta necessitas ipsi incumberet. *Deinde* licet donatarius cogeretur alere donatorem egenum: &; si id non faceret, ingratus iudicaretur: non tamen protinus ab ipso reuocari donatio posset: quoniam non quæuis, sed grauis & insignis ingratitudo ad hoc requiritur, vt donatio reuocetur. Sic quam-
uis † liberi parentes alere teneantur. *l. si quis a liberis. 5. & tot. tit. ff. de agnosc. & alend. liber. vel parentib.* non tamen propter alimenta non præstita, liberi à parentibus exhere- 9
dari queunt. Neque † obstat *d. l. alimenta. 6. § 1. ff. d. tit.* Si- 10
quidem non de donatario, sed de liberto loquitur, qui patrono egenti alimenta denegauit: neque hic vlla comparatio est patroni & donatoris. Etsi enim is donatarium beneficio affecerit, & liberalitate ad gratitudinem atque remunerationem obstrinxerit: attamen, patronus longe maius in libertum contulit beneficium, libertatem † 11
scilicet, rem omnium preciosissimam, nulloque precio nummario æstimandam. *l. libertas inæstimabilis. 106. ff. de regul. iur.* Pari ratione nihil † ad rem pertinet *d. l. decurionibus. 8. ff. de decurionib.* Illic † etenim singulare traditur De- 12
curionum priuilegium, quod personas illorum non egreditur, nec ad exemplum porrigitur. § *sed & quod princip. 6. Instit. de iur. nat. gent. & ciu. l. quod vero. 14. & l. ius singulare. 16. ff. de legibus, &c.* Atque ita docent Donell. *d. libr. 14. Comment. cap. 27.* Hunnius *lib. 2. var. resol. iur. ciu. tractat. 4. quæst. 8.* Giphan. & Hotoman. *ad d. l. vltim. C. de reuocand. donat.* Obrecht. *disput. 3. de donationib. th. 113. cum seqq.* Hackelm. *disput. illustr. 19. th. 17. sub lit. B. aliique ab eo commemorati.*

Procedat in donatione ob causam.] Tametsi quidam Doctores existimant; quod supradicta conclusio, quæ habet † donationem propter ingratitudinem reuocari posse; 13
procedat etiam in donatione ob causam, seu remuneratoria. Guilielm. de Cuneo & Bald. *in l. si tibi pecuniam. 20. ff. de reb. credit. si cert. pet. hosque referens* Roland. à Valle *consil. 13. num. 10. vol. 1.* contrarium tamen communiter receptum est, ex hac ratione: quod donatio ob causam, & remuneratoria, non sit proprie donatio: nisi dicatur, reuocari donationem ob causam propter ingratitudinem in eo; in quo donatio excedit causam: cum in excessu sit proprie donatio; vt, *post Corneum consil. 45 lib. 4.* tradit Petr. Nicol. Mozz. *d. tract. de donationib. tit. vlt. num. 64.*

Nunquid donatio facta Ecclesiæ possit reuocari?] Quod † do- 14
natio facta Ecclesiæ, propter ingratitudinem Prælati vel capituli reuocari nequeat, post Clarum nostrum tenet quoque Mozzius *d. tit. vlt. nu. 65.*

Prælatus conferens alicui beneficium, &c.] Quod † benefi- 15
cium ecclesiasticum ingrato collatum, ab eo auferri non possit, vltra Clarum hic nostrum, *& ab eo relatos*, scribit Mozzius *modo allegato tit. vlt. num. 66.*

Nunquid † valeat pactum appositum in donatione, quod non 16
possit propter ingratitudinem reuocari.] Quod pactum donationi appositum, de non reuocanda donatione propter ingratitudinem donatarii, nequaquam valeat, plerique tradiderunt. Speculator *ad tit. de donat. § 1. nu. 5.* Ripa *in d. l. vlt. quæst. 54. num. 180. & seq. C. de reuocand. donat.* Boerius *consil. 41. num. 11.* Ioan. Gutierrez *in tract. de iuram. confirmatorio, part. 1. cap. 10. num. 5.* Tiraquellus *in l. si vnquam. 9. in præfat.*

*præfat.num.*140.*C.de reuoc.donat. hosque laudans*, D. Bocerus
*in comment.ar.de donat.c.*3.*num.*99.*&* D.Obrecht. *d.disput.*3.
*de donationib.thes.*107. Et quidem recte tradiderunt: siqui-
dem isthoc pactum contra bonos mores esse censetur. *l.*
17 *si vnus.*27.*§.pacta.*4.*ff.de pactis. l.illud.*5.*ff.de pact. dotalib.l.con-*
*tra ius.*23.*vers.excepto eo.ff.de reg.iur.* Cæterum † an & qua-
tenus hoc pactum iuramento firmari possit, abunde (re-
latis in vtramque partem Doctorum auctoritatibus) ex-
ponit D.Bocerus *d.cap.*3.*num.*1100. Porro non inutiliter
hoc loci illa quæstio addi & moueri poterit: ecquid in-
18 grati actio, quæ † videlicet donator, ad rem ob ingrati-
tudinem donatarii reuocandam competit, personalis sit,
an vero realis? Quod sit realis, statuere videtur Donel-
lus *ad §.omnium autem.*1 *num.*14.*Instit.de actionib. & libr.*20.
Commentar.de iur.ciu.cap. 9. hac potissimum ratione mo-
tus, quod *in l.his solu.*7.*C.de reuocand donat.* diserte ab Impp.
Constantino & Constantio rescribitur, actionem, quæ
datur matri ad donationem ingratis liberis factam reuo-
candam; effectum habere vindicationis, adeoque rea-
lem esse. Sed quod præfata actio non sit in rem, sed in
personam, sequentibus argumentis luculenter demon-
stratur. Primo enim verba *in d.l. his solu.*7.*versic. actionem*
vero.C.d.tit. hæc expressa sunt: *Actionem vero matris ita per-*
sonalem esse volumus, vt vindicationis tantum habeat effectum:
nec in heredem detur, nec tribuatur heredi. Quibus ex verbis
perspicere promptum est: actionem hanc reuocatoriam
esse genere suaque natura personalem, quamuis in effe-
ctu solum isto, quod neque heredi detur, neque in here-
dem, cum rei vindicatione conueniat. Iam vero quæ in
effectu conueniunt, re ipsa protinus & essentia non con-
19 ueniunt. Deinde † actio in rem nemini datur, nisi qui
rei, quæ petitur, dominus est. *d.§.*1.*Instit.de actionib.l.in rem*
*actio.*23.*ff.de rei vindicat.* Atqui is, qui rem donatam ex
causa ingratitudinis reuocat, non amplius dominus est
rei istius, vt cuius dominium per traditionem in dona-
tarium transtulerit. *§. per traditionem.* 40.*Instit.de rer.diuis.*
Ideoque ei de re ista reuocanda & repetenda vindicatio
20 competere nequit. Præterea † omnis actio, ex delicto
descendens, est personalis. *d.§.*1.*Instit. de actionib.* At vero
actionem hanc donationis reuocatoriam ex delicto pri-
uato, ingratitudine scilicet insigni donatarii in donato-
21 rem; nasci, nemo negare potest. Denique † actio in rem
datur in possessorem, quatenus possessorem. *l.qui petito-*
*ria.*36.*ff.de rei vindicat.* Præsens autem actio datur in dona-
tarium, tanquam ingratum, & delinquentem, siue ex de-
licto obligatum. *dict.l.his solu.*7.*C. de reuocand. donat.* Ergo
non in rem; sed in personam est. *Idque fusius declarat* D.
Hunnius *d.lib.*2.*var.resol.iur.ciu tractat.*4.*quæst.*90.*&* D.Bo-
cerus *d.commentar. de donationib.c.*3.*num.*93.*& aliquot seqq.*
22 Illud quoque hic paucis addendum: quod † donatarius
ingratus non teneatur rei donatæ fructus, ante reuoca-
tionem vsque ad litis contestationem perceptos, restitu-
ere: tametsi post litem contestatam eos restituere coga-
tur. *l.certum.*22.*C.de rei vindicat.* Tiraquell. *in l.si vnquam.*8.
*in verb.reuertatur. num.*281. *C. de reuocand. donat.* Gutierrez.
*in tractat. de iurament. confirmat.part.*1. *cap.*10. *num.*7 *cum seq.*
D.Bocer.*d.c.*3.*num.*102.

QVÆSTIO XXII.

SVMMARIA.

1 *Donatio propter superuenientiam liberorum reuocatur ex dis-positione l.si vnquam.*8.*C.de reuocand.donat.*
2 *An dispositio ista porrigatur etiam ad alium parentem, quam paternum liberto suo donantem.*
3 *Pater non præsumitur propriis liberis præferre extraneos.*
4 *Vbi eadem ratio, ibi eadem iuris dispositio.*
5 *Num in dubio donator præsumatur cogitasse de liberis, vt scili-cet beneficium dictæ l.si vnquam.cesset.*
6 *An & quatenus pater iuri donationem reuocandi renunciare queat.*
7 *Et quid, si iuramentum interuenerit.*
8 *Ratio naturalis liberis parentum hereditatem addicit.*
9 *Conciliatio duarum contrariarum opinionum, remissiue.*
10 *An dispositio dictæ l.si vnquam in modica donatione locum habeat.*
11 *Quæ res leuis siue modica dicatur, arbitrio iudicis relinqui-tur.*

Q*Vod si post factam donationem superueniant liberi ipsi do-*
natori, donatio reuocatur.] Donatio † facta à patre, 1
desperatione liberorum procreandorum ducto, in totum
per superuenientiam liberorum reuocatur. *l.si vnquam.*8.
C.de reuocand.donat. Cuius legis dispositio quamuis de pa-
trono donatore, & liberto donatario diserte loquatur: ta-
men † non inepte ad quemcunque donatorem, liberos 2
non habentem, porrigitur. Quoties enim ratio legis est
generalis, toties lex ipsa generalis censetur: cum dispo-
sitio legis, quantumuis ad certas personas accommoda-
tæ, ex generalitate rationis extensionem admittat. Atqui
vero ratio *dictæ l.si vnquam.* 8. *C.d. tit.* videtur esse genera-
lis, & non magis ad donationem cum liberto, quam ad
donationem cum quouis extraneo celebratam pertine-
re. Ratio namque, cur illic, liberis post donationem do-
natori natis, reuocetur donatio, hæc redditur: quod,
cum † pater non præsumatur proprio sanguini extraneos 3
anteferre voluisse, *argum. l.cum auus.*102.*ff. de condit. & de-*
*monstrat.l.generaliter.*6.*§.*1.*C. de institut. & substitut.l.cum acu-*
*tissimi.*30.*C.de fideicommissis.* intelligatur tacita hac condi-
tione donationem fecisse, vt, *si liberi postea nati fuerint*, do-
natio ad se suosque liberos reuertatur. Militante igitur
† hac ratione non solum in patrono. *d.l.* 8. *C. de reuocand.*
donat. verum etiam in omnibus aliis donatoribus: mili- 4
tabit quoque dispositio, *argum.l.nam, vt ait Pedius.*13.*ff.de le-*
*gib.l.illud quæsitum.*32.*ff.ad leg.Aquil.l.a Titio.*108.*ff.de verb.ob-*
ligat. Atque ita, præter Clarum hoc loco nostrum, *& ab*
eo relatos, statuunt Mynsinger. *cent.*5 *obseru.*63.*cum seqq.* Pe-
trus Nicol.Mozz. *in tractat.de donat.tit.vltim.num.*74.Cu-
iacius *lib.*20.*obseruat.cap.*5.Fachineus *lib.*3.*controuers. iur.cap.*
85.D.Collega Bucer.*in Commentar.de donationib.cap.*3.*num.*
110.Forster.*disput.*10. *ad Instit.th.*18. Gomez. *tom.*2. *var.re-*
*solut.c.*4.*de donat.num.*11.Treutler.*disput.*19.*th.*7.*vol.*2.Bron-
chorst. *cent.*3. ἐναντιοφανῶν. *assert.*74.Hunnius *lib.*2. *var.re-*
*solut.iur.ciu.tract.*4.*quæst.*10. Hackelman. *disput. illustr.* 19.*th.*
17.Hœnon. *disput.*6.*ad Instit.controuers.*21. Vulteius *in §.alia*
*autem.*2.*num.*7.*Instit.de donat.& ibidem* Heigius.*in fine.*Hart-
man.Hartmanni. *lib.*2.*tit.*43.*obser.*1. *&* Gothofred. *in not.*
*ad d.l.*8.*lit.l.C.de reuocand.* Tametsi multi, non spernen-
dæ auctoritatis Iureconsulti, dissentiant; contendentes,
donationem semel perfectam, natis postmodum dona-
tori liberis, non reuocari, nisi donator fuerit patronus,
& donatarius libertus. Ioan.Corasius *libr.*7.*miscellan. iur.*
*ciu.cap.*30.Francisc. Connan. *lib.*5. *Comment. iur.ciu. cap.*10.
Hotomann.*libr.*1.*amicabil.respons.cap.*12.Giphan. & Donel.
*ad d.l.si vnquam.*8.*C.de reuocand.donat.idemque* Donell.*lib.*14.
*Commentar.de iur.ciu.cap.*32.*& ibi* Hilliger. Anto. Faber.
*lib.*7.*coniecturar.iur.ciu.cap.*14.*&* 15.Ioan.Niell. *disput.feudal.*
5.*th.*8.*sub lit. A.* Andr.Gerhardi *decad.*6.*quæst.*10.Arumæus
*Exercitat.Iustin.*6.*th.*16.*& Disput.Pandect.*19.*th* 18.*&* Quiri-
nus Kubachius *cent.*2.*quæstion.illustr.decur.vltim.quæst.*2.Sed
omnia horum argumenta quibus nituntur, erudite ac
perspicue nouiter refutarunt Dn.Bocerus *d. Commentar.*
*de donat.cap.*3.*num.*110.*cum multis seqq. edit.*2.*&* D.Hunnius
*d.lib.*2.*var.resol.tract.*4.*quæst.*10. Ad quos Lectorem, gratæ

breui-

breuitatis studio, remitto. De illis etiam plenius disserui
ad §. alia. 2. Inst. de donat. nu. 145. & seqq.

5 *Si tempore donationis donator de liberis cogitasset.*] Quod †
in dubio semper præsumatur donator non cogitasse de li-
beris; verius est: cum alioqui nullus esset locus reuoca-
tioni donationis ob susceptos postea liberos: siquidem
raro liberis gignendis aliquis inhabilis reperiatur. Illud-
que obtinet, etiamsi donatio in contractu matrimonii fi-
eret, vt post Clarum nostrum, & Corneum *consil.* 30.
libr. 4. tradidit Petrus Nicolaus Mozz. *d. tract. de dona-
tionib. titul. vltim. num.* 72. Eadem de re vide quoque Bo-
cerum *d. cap. 3. num.* 134.

Quod potest pater in præiudicium filiorum renunciare, &c.]
6 Quod † pater iuri donationem reuocandi renunciare
queat, & cauere; se, natis postea sibi liberis, donationem
non reuocaturum, *præter adductos hic à Claro*, tenent Ro-
ta Romana *decis. 124. part. 1. in nouissima edit.* Cuiacius *lib.* 20.
obseruat. cap. 5. Donell. *ad d. l. si vnquam.* 8 *num.* 11. & 12 *C. de
reuocand. donat.* Fachin. *lib. 3. controuers. iur c.* 84. *hosque referens*
D. Bocerus *d. Comment. de donationib. c. 3. nu.* 133. *item* Hœno.
disput. 6. ad Instit. controuers. 23.

7 *Contrariam vero sententiam.*] Quod † pater beneficio *di-
cta l. 8. C. de reuocand. donat.* Ne sub iuramento quidem re-
nunciare possit, in præiudicium liberorum, non sine ra-
tione docuerunt, *post alios*, Mynsinger. *cent. 5. obseruat.* 63.
num. 10. & seq. Andreas Gail. *lib. 1. obser. 40. num vlt.* & For-
ster. *disput. 10. ad Instit. th.* 20. Tum quia tale iuramentum
fieret in fraudem liberorum: Ideoque non valet, *argu. l.*
8 *nam posteaquam. 9. §. sed & si quis. 5. ff. de iureiurand.* Tum †
quia ratio naturalis, quasi lex quædam tacita, liberis pa-
rentum hereditatem addicit. *l. cum ratio. 7. ff. de bon. damna-
tor. l. scripto. 7. §. vltim. ff. si tab. testam. null. extab.* Tum quia *d.
l.* 8. aperte dicit, quod totum, quicquid largitus fuerat,
reuertatur: ac proinde non committitur hoc liberæ vo-
luntati donatoris, an velit reuocare, vel non: sed ius ipsum
& sanctio Imperatoria edicit, vt reuertatur; imperati-
ue nimirum, non voluntarie. Eademque sententia re-
cepta est iure renouato Wirtembergico, *part. 2. tit.* 18.
pag. 306. *in fine.*

9 *Pro concordia posset ita distingui.*] Adde † quoque, istas
duas contrarias opiniones distinctionis remedio conci-
liantem, Petrum Nicolaum Mozzium *in d. tract. de dona-
tionib. tit. vlt. num.* 76.

10 *Si esset donata res modici momenti, &c.*] Quod † in modi-
ca donatione non habeat locum dispositio *dicta leg. si vn-
quam. 8. C. de reuocand. donat.* præter Doctores hic relatos,
tradunt Petrus Philippus Corneus *consil. 206. colum. 8. ver-
sic. concurrit etiam. lib.* 3. Curt. Senior. *consil. 1. num.* 18. Curt.
Iunior & Alciat. *in l. 1. C. de pact.* Philippus Porc. *lib. 1. com-
mun. opin.* Bald. *in l. 1. num. 16. C. de inoffic. donat.* Gall. *lib. 2. ob-
seru. 102. num.* 5. D. Bocer. *d. comment. de donat. cap. 3. num.* 132.
Tiraquell. *in repetitione d. l. si vnquam. 8. in verb. omnia, vel par-*
11 *tem aliquam. num 24. C. de reuocand. donat. aliiq. ab eo recensiti.*
Cæterum † quæ res dicatur leuis & modica, iudicis arbi-
trio committendum esse, existimant *Clarus noster hic in fi-
ne*, Menochius *lib 2. de arbitrar. iudic. cent. 2. cas.* 133. & Fachi-
neus *lib. 3. controuers. iur cap.* 18.

QVÆSTIO XXIII.

SVMMARIA.

1 *An dispositio l. si vnquam 8. C. de reuocand. donat. locum ha-
beat in donatione ob causam.*
2 *Et an procedat in legatis, remissiue.*
3 *An item locum habeat in donatione causa mortis.*
4 *An & quatenus, si filius naturalis legitimetur, donatio reuo-
cetur.*
5 *An donatio reconualescat, si liberi post donationem nati viuo
testatore moriantur.*
6 *Actio semel extincta, euentu non reuocatur.*
7 *Res inuito domino auferri non potest.*
8 *Quo actionis genere res donata, natis postea liberis, reuocen-
tur.*
9 *Condictio ex tacita donatoris & donatarii conuentione com-
petit.*

L*Ocum habeat etiam in donatione ob causam.*] Quod † de- 1
cisio *l. si vnquam 8. C. de reuocand. donat.* non procedat
in donatione ob causam, & in donatione remuneratoria,
quæ non sunt proprie donationes, post Clarum no-
strum, *& per eum citatos*, notauit Petr. Nicol. Mozz. *in tract.
de donat. tit. vlt. num.* 80.

An † dispositio d. l. habeat locum etiam in legatis.] De hac 2
quæstione latissime (relatis vtramque in partem infinitis
fere Doctorum auctoritatibus) agit & disputat Andreas
Tiraquellus *in repetitione d. l. si vnquam. 8. C. de reuocand. do-
nat. in verb. donatione largitus num. 259. & aliquot subseqq.* Sed
† quid de donatione causa mortis sentiendum? Et quod 3
dicta l. 8. dispositio in illa non procedat, arguit decisio Pe-
demontana, *in decisio.* 120. cum loquatur in propria dona-
tione: donatio autem causa mortis sit impropria. Atque
hanc esse veram, & magis communem opinionem atte-
statur Cacheran. *in d. decis.* 120. eumque laudans Mozzius
d. tit. vlt. num. 82. Idque *post alios*, explicatius persequitur
Tiraquell. *in d. verb. donatione largitus. num. 246. & seqq.* Ve-
rum contrarium non sine ratione statuit D. Bocer. *in Com-
ment. de donationib. cap. 5 num.* 63. & Thadeus Piso *libr. 4. var.
resol. c. 5. num. 33. & seqq.*

*An † habeat locum etiam in legitimatione filii spurii, vel na- 4
turalis.*] An & quatenus, si filius naturalis legitimetur,
donatio reuocetur, fusissime explicat, *post alios, quos
citat*, Mozzius *dict. tractat. de donationib. tit. vltim. num.
85. & sequentib.*

Nunquid propter illorum mortem donatio ipsa reconualescet.]
Si † liberis natis donatio fuerit reuocata, sed iidem liberi 5
postea decesserint: non inutiliter quæritur, an donatio
reconualescat, adeoque res donatæ ad priorem donata-
rium reuertantur? Affirmatiuam opinionem ample-
ctuntur, *præter Clarum hoc loco*, Antonius Gomez. *tom. 2.
var. resolut. c. 4 num* 12. & Petrus Nicol. Mozz. *d. tit. vltim.
num.* 90. Sed eorum sententia, qui donationem semel
extinctam non amplius, liberis defunctis, reuiuiscere,
statuunt, probabilior videtur. Tum † quia actio, quæ 6
donatario competebat, per liberorum superuenientiam
semel extincta, euentu siue morte liberorum eorundem
subsecuta, reuocari nequit, *argum. l. qui res suas. 98. §. aream.
ff. de solutionib. l. Mæuius. 66. § 1. ff. de legat.* 2. Tum quod, na-
tis liberis, res donatæ propriæ donatoris effectæ sunt: ac
proinde vt donatarii rursus fiant propriæ, noua donatio-
ne opus est. Neque † enim res semel arbitrio & domi- 7
nio donatoris subiecta, ipsi inuito adimi potest. *l. id, quod
nostrum. 11. ff. de reg. iur.* Tum denique quia donatio ista fa-
cta intelligitur sub tacita hac conditione: *si liberos postea
donator non susceperit.* Atqui hæc conditio, natis liberis,
confestim deficit, licet liberi postea moriantur. *l. filiusfa-
milias. 114. §. cum erit. 3. ff. de legat. 1. l. heredibus* 77. *in princip.
ff. ad senatusc. Trebellian.* Quibus rationibus addenda est
auctoritas Bartoli *in leg. Titia. 87. §. imperator. 3. ff. de legat. 2.*
Donelli *ad d. l. si vnquam 8. num 9. C. de reuocand. donat.* Fa-
chinei *lib. 3. controuers. iur. cap.* 90. Tiraquelli *in d. l. si vnquam.
in verb. susceperit liberos. num. 203. & aliorum, quos hic Allegat.*
Quibus adstipulantur nouiter D. Bocerus *in Commentar.
de donationib. cap 3. nu.* 135. D Hunnius *lib. 2. var. resol. iur. ciu.
tract. 4. quæst.* 12. Qui duo ad dissentientium argumenta sa-
tis abundeque respondent.

Illud

8 Illud hic obiter animaduertendum quod † res dona-
tæ, natis postmodum liberis, per donatorem reuocen-
tur, vel rei vindicatione, vel condictione, auctore Do-
nello *in d.l.si vnquam 8.num.16.C.de reuoc.and.donat.* Cum e-
nim ipso iure donator, susceptis liberis, dominium rei do-
natæ receperit, *vt ostendit hic Clarus noster num.8.* eius do-
minii nomine aduersus donatarium, rerum donatarum
possessorem, rei vindicationem competere, recte statui-
tur. *l.in rem.23.in princ.ff.de rei vindic.* Condictionem quod
9 attinet compecit illa † ex tacita & coniecturata donatoris
& donatarii conuentione. Cum etenim donator sub hac
tacita conditione, *si liberos non susceperit*, res suas alicui do-
nauerit: patet inde, sub contraria conditione, *si liberos
postea susceperit*, non intelligi donatum. Et quia hoc taci-
to sensu & voluntate donator dedisse præsumitur: cense-
tur item donatarius hoc animo accepisse rem donatam.
Hæc tacita conuentio obligationem & actionem in per-
sonam, condictionem scilicet producit. *l.actionum.25.ff.de
obligat.& actionib.§.1.Instit.de actionib.* D. Bocer. *d. Com-
ment.de donat.capit.3.num.138.& seqq. vbi ea de re exquisitius
disserit.*

QVÆSTIO XXIV.

SVMMARIA.

1 *Donatio inofficiosa parentum & liberorum reuocari potest, si-
ue in liberos, siue in parentes, siue in extraneos sit col-
lata.*

2 *Reuocandæ donationis inofficiosæ remedium an quoque fratri
competat.*

3 *Querela inofficiosæ donationis ad similitudinem querelæ inof-
ficiosi testamenti introducta.*

4 *Donatio inofficiosa num tota reuocetur, an tantum pro ra-
tione legitimæ.*

5 *Legitima liberis relicta querelam inofficiosi testamenti sub-
mouet.*

6 *Donatio re & consilio inofficiosa rescinditur tota, si in extra-
neum sit collata.*

7 *Qua actione inofficiosa donatio reuocetur.*

D*istinguendi sunt nonnulli casus.*] De distinctione ho-
rum casuum videndus quoque est Petrus Nicolaus
Mozzius *in tract.de donationib.tit.vlt.num.91.* Illud autem
1 euidens est, quod † inofficiosa donatio non solum paren-
tum, sed & liberorum reuocatur: si nimirum adeo immo-
derata sit, immodica & immensa, vt liberis aut parenti-
bus legitima non sit relicta, siue in extraneos, siue in li-
beros, siue in parentes collata sit donatio. De liberis est
l.1.& fere totus tit.C.de inoffic. donat. De parentibus est *l.si fi-
2 lius.4.C.eod.tit.* Sed in quæstionem vocatur: ecquid † hoc
reuocandæ istius donationis beneficium competat etiam
fratri, contra fratris consanguinei siue Germani donatio-
3 nem inofficiosam: Et competere, verius est. Cum † e-
nim hæc inofficiosæ donationis querela ad similitudinem
querelæ inofficiosi testamenti sit introducta. *d.l.si filius.4.
in fin.& l.vltim.C.de inoffic.donationib.* consequens certe est,
& hanc fratri consanguineo dari: cum ei etiam inofficio-
si testamenti querela non denegetur, turpibus personis
institutis; *l.fratres.27.C.de inoffic.testam.* Atque ita sentit
Donellus *lib.19.Commentar.de iur.ciu.cap.11.pag.321.* eum-
que citans D. Bocerus *in Commentar.de donationib.capit 3.
num.105.edit.2.*

*Nunquam reuocatur, nisi vsque ad legitimam aliorum filio-
rum.*] Quod † inofficiosa donatio parentis vni ex filiis
4 facta, non tota reuocetur, sed tantum pro ratione legiti-
mæ reliquorum filiorum, liquido apparet *ex d.l.1.ibi, quar-
tam partem non habentibus.l.2.ibi, vt tibi quartam partem debitæ
ab intestato portionis præstet incolumem. l.si totas.5. ibi, debitum
bonorum subsidium.l.si mater.7. ibi, vt quarta partis.l.si liquat.
8.in princ.ibi, pro ratione quartæ.C.de inofficios.donationib.* Quæ
sententia & hoc argumento confirmatur: Ad submouen-
dam inofficiosi testamenti querelam sufficit, legitimam
† liberis esse relictam. *d.l.si totas.6.& d.l.si mater.7.C.d.titu.* 5
Ast ad similitudinem querelæ inofficiosi testamenti in-
troducta est querela inofficiosæ donationis. *d.l.2.d.l.4.in
fin.& d.l.vlt.C.eod.* Ergo non in solidum, sed ratione tan-
tum legitimæ immoderata isthæc donatio rescinditur. Et
sic, post Clarum nostrum, *& ab eo citatos,* tenent Andreas
Gail. *lib.2.obser.38.num.15.& obseruat.116.num.4.* Hotoman.
lib.1.amicab.respons.cap.12. Donell. *d.lib.19.Comment.de iur.
ciu.c.11.pag.314.& seq.hosque allegans* D. Bocer. *d.c.3.num.105.
& seq.vbi* Antonii Fabri *lib.3.coniectur.iur.c.17.& aliorum dis-
sentientium argumenta abunde refellit.* Eadem & nos dilui-
mus *ad §.alia autem.2.Instit.de donat.num.138.& seqq.* Enim-
uero † si & re & consilio sit inofficiosa parentis donatio 6
in extraneum collata: in totum reuocatur & rescinditur.
Atque ita, præter Clarum nostrum, & Giacharium, *alios-
que ab iis laudatos*, docent Doctores communiter, *vt testa-
tur* Emanuel Soarez *in thesaur.recept.sent.sub lit.D.in ver.do-
natio.num.251.* Bocerus *d.c.3.num.107.& Mozzius in tract.
de donationib.sub tit.vltim.nu.91.& seq. vbi omnia illa, quæ Cla-
rus hic tradit, pene ad verbum expetit & comprobat:*

Illud porro hic addendum: quod † actio, qua reuoca- 7
tur inofficiosa donatio, est vel actio familiæ erciscundæ,
si pater in vnum ex filiisfamilias omne suum patrimo-
nium, quodam immensæ liberalitatis impetu effudit. *d.l.
2.C. de inofficios.donationib.* vel est petitio restitutionis in
integrum, si donator ob minorem ætatem patrimonium
suum donatione exhausit. *d.l.si filius.4.vbi* Sichardus *C.dicto
tit.* vel est querela inofficiosæ donationis. *l.cum donationibus
6.& tot.tit.C.de inofficios.donationib.* quæ & ipsa actio dicitur
d.t.vlt.ibi, vt sit in hoc actionum, &c.C.d.tit. Et quidem est actio
in rem: cum ad similitudinem querelæ inofficiosi testa-
menti sit introducta. *d.l.2.4.& vlt.C.de inoffic.donat.* quæ &
ipsa in rem actio est. *l.qui repudiantis.17. in princ.ibi, non recte
vindicasset.ff.de inoffic.testam.* D. Bocer. *d.Comment.de donat.c.
3.num.108.& class.2.disp.19.th.46.& seq.*

QVÆSTIO XXV.

SVMMARIA.

1 *Donatio ob causam, cessante causa, ipso iure reuocatur.*

2 *Donatio propter nuptias quatenus reuocetur.*

3 *Mortis causa donatio quomodo resoluatur.*

4 *Quando reuocetur ipso iure.*

5 *Quando reuocetur voluntate donantis subsequente contraria.*

6 *Expressa donatoris pœnitentia quomodo fiat, & probetur.*

7 *Et quid, si donans sine herede decesserit, an tunc etiam donatio
mortis causa ex pœnitentia reuocetur:*

8 *Paria sunt, aliquid valere, vel esse nullum, & de nullitate dici
non posse.*

9 *Donatio mortis causa quomodo tacite resoluatur.*

10 *Si donator aliquem omnium suorum bonorum heredem insti-
tuit: per hanc subsequentem heredis institutionem donatio
illa reuocata non censetur.*

11 *Donatio mortis causa reuocatur per graues inimicitias, inter
donantem & donatarium superuenientes.*

12 *An eadem donatio ob conualescentiam donatoris reuocata in-
telligatur, remissiue.*

13 *Quæ actio competat ex donatione causa mortis, remissiue.*

D*onatio ob causam, si causa non est secuta, ipso iure reuoca-
tur.*] Quod † donatio ob causam, cessante & defi- 1
ciente

ciente causa, ipso iure reuocetur, & donanti rei vindica-
tio competat, post Clarum nostrum, tradit Petrus Nicol.
Mozzius in tract. de donationib. tit. vlt. quomodo annulletur &
2 reuocetur donatio. num. 17. vbi nu. 18. subiicit, quod donatio †
propter nuptias non reuocetur, nisi morte, vel adulterio.
l. vlt. § inter cau sas. 2. C. de repudiis, &c.

Donatio causa mortis potest a donatore quandocunque reuoca-
3 *ri.*] Reuocatur † & resoluitur mortis causa donatio, vel
ipso iure, vel donantis contraria voluntate subsequente,
docente Dn. Collega Bocero in Commentar. de donationib. cap.
4 5. num. 53. edit. 2. Ipso † iure hæc donatio reuocatur finito
periculo mortis, cuius metu facta fuit. § mortis causa 1. In-
stit. de donationib. l. non omnis. 19. in prin. ff. de reb. credit. l. cum quis
mortis. 12. ff. de condict. caus. dat. causa non secuta. l. 1. in princ. l. 2. in
fin. ff. de mortis causa donationib. Ea quippe conditione do-
natio facta fuit, si eo casu, cuius contemplatione fuit facta,
vitam amiserit donator. Sub contraria igitur conditione
reuocari isthæc donatio censetur. l. quibus. 40. § 2. & l. ali-
quando 107. ff. de conditionib. & demonstrationib. Idem statu-
endum est de donatione, quam quis in morbum grauem
& periculosum delapsus facit, si ab ista infirmitate recon-
ualuerit & liberatus fuerit. d. l. non omnis. 19. in princ. ibi, vel-
uti si donator non reconualuerit, vbi Bartol. Iason, Alciatus, &
reliqui Dd. ff. de reb. credit. Rimınald. ad § 1. tit. Instit. de dona-
tionib. in verb. superuixisset num. 110 Menochius de præsumpt.
lib. 3. præsumpt. 37. num. 3. & seqq. Reuocatur præterea mor-
tis causa donatio ipso iure, si donator pœna capitis afficia-
tur. l. si aliquis. 7. ff. de mort. causa donat. Cuiac. lib. 12. responsor.
Papin. pag. 520. & seq. D. Bocer. d. cap. 5. num. 54. vers. reuocatur
item, &c. Deniq; hæc donatio ipso iure resoluitur, si dona-
tarius viuo donatore moriatur. d. § 1. Instit. de donationib. d. l.
non omnis. 19. ff. de reb. credit. d. l. cum quis 12. ff. de condict. ob caus.
dat. Menoch. d. præsumpt. 37. num. 43.

5 Donantis † subsequente voluntate contraria reuoca-
tur & dissoluitur mortis causa donatio, si pœniteat dona-
torem factæ donationis. l. qui mortis. 30. ff. de mort. caus. donat.
D. Bocer. d. c. 5. num. 55. Quæ pœnitentia doobus modis,
videlicet aut expressa, aut tacite fieri assolet. Expresse qui-
6 dem: si † donator aperte significet, se factam donationem
reuocare, & nolle, vt ea subsistat. Huiusque pœnitentiæ
declarationem duobus testibus probari posse, tradit De-
cius in d. l. non omnis. 19. in princ. num. 9. ff. de reb. credit. & consil.
505. num. 5. quem referendo sequitur Thadeus Piso lib. 4.
var. resolut. cap. 5. num. 2. Alii vero dissentiunt, & quinque
testium numerum desiderant. Alciatus in l. 2. num. 17. in fin.
ff. de legat. 1. & Natta consil. 578. num. 579. eosque laudans Me-
nochius d. lib. 3. præsumpt. 37. num. 11. & seq. Prædicta † tamen
7 conlusio non procedit, quando donator sine herede de-
cessit. Tunc enim pœnitentia nihil operatur: quoniam
nemo est, qui reuocationem obiiciat. Itaque licet dona-
tio per pœnitentiam reuocata sit: in effectu tamen pro
non reuocata habetur: & per consequens firma manere
8 debet: cum † paria sint, quid valere, vel esse nullum, & de
nullitate dici non posse. Ita, præter Clarum nostrum hic
num. 3. sentiunt Hippolyt. Rimınald. in princ. Instit. de dona.
num. 1034. Michael Grassus lib. 1. receptar. sent. § donatio cau-
sa mortis. quæst. 21. num. 3. Mozzius d. tract. de donationib. tit. vlt.
nu. 5. D. Obrechtus disput. 4. de donationib. th. 220. cum seq. &
Thadeus Piso d. lib. 4. var. resol. c. 5. num. 3. & seqq. vbi dissenti-
entium, quos ipse refert, argumenta diluit.

Cæterum † tacite hæc mortis causa donatio resolui- 9
tur rursus duobus modis. Primus est; si donator rem
donatam, nulla vrgente necessitate, voluntarie alienauit.
l. vxori 22. & l. cum hic status. 32. § si maritus. 5. ff. de donationib.
inter vir. & vxor. Atque ita post Clarum hic nostrum, &
per eum allegatos, docent Menochius d. lib. 3. de præsumptionib.
præsumpt. 37. nu. 13. Dominic. Cardinal. Tusch. tom. 2. practic.
conclusion. lit. D. conclus. 710. num. 1. Daniel. Moller. lib. 2. se-
mestr. c. 39. D. Bocer. d. cap. 5. nu. 58. D. Obrechtus d. disput. 4.
thes. 222. Schneidewin. ad titul. Instit. de donationib. rubr. de
mort. caus. donationib. num. 22. Piso d. lib. 4. c. 5. num. 17. cum seqq.
& Matthias Berlichius conclusion. practicabil. part. 3. conclus. 2.
num. 43. & seq. Quod sane pronunciatum non sic indi-
stincte & simpliciter intelligendum est: sed tum demum
procedit, si rei donatæ specialis dispositio facta sit: secus,
si dispositio generalis fuerit, vt heredis institutio vniuer-
salis. Etenim † si donator aliquem omnium suorum bo- 10
norum heredem in testamento instituit: per hanc subse-
quentem heredis institutionem donatio mortis causa re-
uocata non censetur: sed donator potius heredem insti-
tutum ad persoluendum id, quod promiserat, astringere
voluisse intelligitur. Ita concludunt Aretinus cons. 74. nu. 10.
Purpurat. cons. 42. num. 25. Crauetta cons. 144. num. 10. & cons.
234. num. 1. Didac. Couarruu. in rubr. extr. de testam. part. 3. nu.
19. Cacheran. decis. Pedemont. 117. col. vltim. Mantic. de conie-
ctur. vltim. volunt. lib. 12. tit. 17. num. 6. Bursat. cons. 136. num. 152.
Decian. cons. 74. num. 46. volum. 4. Hartman. Pistor. quæst.
8. num. 38. & num. 119. lib. 3. hosque referens Berlichius d. part.
3. conclus. 2. num. 44. Alter modus est: si † inter donato- 11
rem & donatarium graues inimicitiæ superuenerint. Si
enim ex hac causa legatum tacite reuocatum intelligitur.
l. si quis ita. 3. § vlt. ff. de adimend. vel transferend. legat. cur non
etiam intelligeretur mortis causa donatio reuocata, quæ
ad legati exemplum est redacta? l. illud generaliter. 37. in prin.
ff. de mort. caus. donationib. Berlich. d. conclus. 2. num. 45. & seq.
Neque refert, inimicitiæ illæ superuenerint culpa dona-
toris, vel donatarii, vt contra alios, quos refert, ostendit
Menochius d. lib. 3. præsumpt. 37. nu. 21. & seqq. item Thadeus
Piso d. lib. 4. var. resolut. c. 5. nu. 25. vers. contrariam igitur senten-
tiam, &c. nec non D. Bocer. d. c. 5. nu. 62. Plura huc pertinen-
tia tradidi ad § 1. n. 78. & seqq. Inst. de donationib.

Sed nunquid † ob conualescentiam donantis reuocata censetur 12
donatio causa mortis.] De hac quæstione vide etiam Gras-
sum d. lib. 1. recept. senten. § donatio causa mortis. quæst. 21. num. 2.
Emanuelem Soarez in thesaur. recept. sentent. in verb. donatio.
num. 295. Gomezium tom. 2. var. resol. c. 4. num. 19 Pisonem
d. c. 5. num. 17. Menoch. d. præsumpt. 37. nu. 5. & Mozzium d.
tract. de donationib. tit. vlt. n. 97. & seq. Porro † quæ actio pro 13
donatione causa mortis competat, satis superque explicat
Fuluius Constantinus ad princ. tit. Inst. de donat. n. 21.
& Thadeus Piso d. lib. 4. var. resol. c. 6.
per totum.



IOHANNIS HARPRECHTI, IC. ET IN ILLVSTRI TVBINGENSI ACADEMIA ANTECESSORIS ORDINARII,

ADDITIONES AD IVLII CLARI Libri IV. sententiarum receptarum

§. EMPHYTEVSIS.

QVÆSTIO I.

S V M M A R I A.

1 *Emphyteusis vnde deriuetur.*
2 *Emphyteuta quis, & ius, quod habet, quomodo appelletur.*
3 *Emphyteusis quomodo definiatur.*
4 *Emphyteuseos duæ species: ciuilis, & ecclesiastica.*
5 *Contractus libellarius quid differat ab emphyteusi.*
6 *Et quid contractus censualis.*
7 *Nunquid in dubio præsumatur contractus censualis, vel emphyteuticus, remissiue.*
8 *Emphyteusis & locatio quomodo inuicem differant.*
9 *Locatio rei mobilis fieri potest: emphyteusis non item.*
10 *Conductor rei locatæ seruitutem imponere nequit: emphyteuta imponere potest.*
11 *Conductor mercedem soluit in compensationem vsus: emphyteuta in recognitionem directi domini.*
12 *An locatio ad longum tempus in emphyteusin degeneret.*
13 *Propria conuentionis forma contractus ab inuicem distinguuntur.*
14 *Locatio dominium non mutat.*
15 *Mens & intellectus l.1.§.3.ff.de superficiebus.*



1 *MPHYTEVSI.*] Addendum est primo: quod † Emphyteusis iuxta nominis rationem & etymologiam deducatur ἀπὸ τοῦ ἐμφυτεύειν, quod significat inserere, aut implantare, & per translationem meliorare: quia per emphyteusin, id est, insitionem & implantationem agri meliores redduntur. Wesenbec. *in Paratitl.ff. si ager vectigal. id est, emphyteuticarius petat. num.* 2 Borcholt. Heigius *& alii in §. adeo autem, 3. Instit. de locat. & conduct.* Ioan. Ferrar. Montan. & Sichard. *ad rubr. tit. C. de iur. emphyteut. num. 4.* Gothofred. *ad l.1. in princip. Cod.* Coras. *in l. ei, qui 16. num. 20. ff. de seruitutib.* Molin. *in consuetud.* Paris. *tit.1. § 1. gloss.1. num.* 80. Sichard. *in Lex. iur. verb. emphyteusis.* Carol. à Kirchberg. *in discursu de feudo ex pacto & prouidentia, &c. cap.4. num.138.* Aluarus Valascus *in tracta. de iur. emphyteut. quæstio.2. num.4. vbi plures allegat.* Tametsi Speculator (Græci sermonis non vsque adeo gnarus) istam vocem natam opinetur, ab *em*, id est, in, & *fiscos*, id est, fides: quod ipsa res detur alicui in fidem, vt illam deteriorem fieri non permittat, *in suo* Speculo *lib.4. particul. 3. tit. de emphyteusi num.2.* Germanice Erbbeständnuß oder Erblehen/ item Zinßlehen oder Erbrecht dicitur. Giphan. *in tract. de iure feudi. c.2. num.*28. Carol. à Kirchberg. *dicto loco.*

Deinde addendum: quod † is, qui emphyteusin accipit, vno verbo appellatur emphyteuta vel emphyteuticarius. *l.1. & l.3. in princip. Codic. de iure emphyteut.* ius constitutum, ius ἐμφυτευτικὸν, vel emphyteuticarium. *l.3. §. si ius* ἐμφυτευτικὸν. *4. ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur. sunt. rubric. & l.1. in princ. & d.l. 3 ibi, ius emphyteuticum transferre. item ibi, vel si ius emphyteuticum C. de iur. emphyteut.* ager vero in emphyteusin datus, ager emphyteuticarius, itemque vectigalis, seu prædium emphyteuticarium, *per rubr. tit. ff. si ager vectigalis, id est, emphyteuticarius, petatur. & l.2. ibi, à prædiis emphyteuticariis. C. de iur. emphyteut.* Donell. *lib.9. Commentar. de iur. ciu. cap.13. pag.443. num.30.* Francisc. Dauydargente *in libr. notab. iuris select. tract. de agris vectigalib. pag.207. fac.2.* 2

Præterea addendum: quod † emphyteusis (reiectis variis aliorum definitionibus, *quas attigit* Valascus *d. tract. de* 3
iur. emph. quæst.1.) haud inepte definiatur contractus, iuris gentium, nominatus, bonæ fidei, solo consensu constans: quo dominus de dando prædio suo in perpetuum, vel ad tempus, pro pensione annua, in recognitionem domini præstanda, colendo fruendoque cum aliquo paciscitur: *Quam definitionem latissime & accuratissime explicat in Commentar. ad d.§ adeo autem. 3. Instit. de locat. & conduct. num. 4 & multis seqq. Eaque ex declaratione quæstionum subsequentium magis perspicua redditur.*

Denique addendum: quod † emphyteuseos duæ con- 4
stituantur species, à re, quæ venit in emphyteusin: ciuilis nimirum, & ecclesiastica. Ciuilis est, quando res profana in emphyteusin datur: hoc est, quando Princeps, Ciuitas, Municipium, vel priuatus aliquis rem suam in emphyteusin concedit, Giphanius & Schneidevvin. *num.8.*

in d. §. adeo 3. Instit. de location. & conduct. Cuiac. *in l. 1. C. de locat. prædior. ciu.* Althusius *lib. 1. iurn Roman. c. 31.* Vulc. *lib. 1. iurisprud. Roman. c. 36. circa finem.* Wesenbec. *in Paratitl. ff. si ager vectigalis, &c. num. 2.* Treutler. *disp. 29. th. 9. lit. 1. vol. 1.* Ecclesiastica quando res ecclesiasticæ ab administratoribus in emphyteusim datur: hoc est, quando res Ecclesiæ, aliorumque Collegiorum, aut domuum venerabilium, ab œconomo vel Prælato, causa cognita, etiam laico in emphyteusin conceduntur. *Nouell. 7. & 120. c. dudum. 1. versic. quia etiam tractatus solennis & c. c. hoc consultissimo. 2. circa princip. ibi, Laicis submittere, absque capituli sui consensu, & Apostolicæ sedis licentia speciali. ext. de reb. Eccles. non alienand. in 6. capit. sine exceptione. 52. ibi, cum totius Cleri tractatu atque consensu. 12. quæst. 2.* Couarruu. *lib. 2. variar. resolut. cap. 17. num. 4.* De multiplici emphyteuseon diuisione videatur Valascus *d. tract. de iur. emphyt. quæst. 40. nu. 27.*

5 *Contractus libellarius dicitur.*] Contractus † libellarius siue libellus proprie dici solet, quando non à domino directo, sed vasallo, vel ab emphyteuta primo, alicui in emphyteusin res feudalis, vel emphyteutica conceditur: emphyteusis vero, quando dominus directus rem in emphyteusin concedit. *De quo inspiciatur textus in tit. 9. §. donare. vbi* Aluarot. Beluiso, Isernia, *& aly. lib. 2. feud.* Bartol. *in l. si finita. 15. §. si de vectigalibus. 26. quæst. 3 num. 9. ff. de damno infect.* Quamuis vsus loquendi hanc differentiam præcise non obseruet, sed confundat; vt post Clarum hic nostrum, *& Doctores ab eo citatos,* tradunt Emanuel Soarez *in thesaur. recept. sentent. in lit. E. num. 46.* Coras. *in rubr. tit. C. de iur. emphyt. num. 14.* Henricus à Rosenthal *in tractat. feudal. cap. 9. membr. 1. conclus. 38. num. 11. &* Valascus *d. tractat. de iur. emph. q. 35. num. 2.*

Contractus autem censualis differt.] Quomodo contra-
6 ctus † censualis differat ab emphyteutico, præter Clarum nostrum, *& alios, quos hic citat,* explicant quoque Capycius *decis. 103.* Corasius *d. rubr. tit. C. de iur. emphyt. num. 15.* Soarez *d. thesaur. recept. sent. lit. E. num. 48.* D. Collega Bocer. *in tract. de qualitate & differentia feudor. cap. 1. num. 33. & seq.* Nicol. Euerhard. à Midelburg. *in locis legalib. loc. ab emphyteusi ad cens. num. 2. & 3.* Menochius *de præsumptionib. lib. 3 præsumpt. 106. num 1. & 2.* Valasc. *d. tract. de iur. emph. qu 32. &* Matthias Berlichius *conclusion. practicabil. part. 2. conclus. 47. aliq. per hos adducti.*

7 *Nunquid in dubio censebitur contractus censualis.*] An † in dubio contractus censeatur emphyteuticus, vel censualis, fusius (post Clarum nostrum) exponunt Menochius *d. præsumpt. 106. num. 3. cum seq. &* D. Bocer. *d. tract. de qualit. & differ. feud. cap. 1. num. 35. &* Valascus *d. quæst 32. num. 35.* Dominicus Cardin. Tuschus *tom. 3. practicab. conclus. lit. E. conclusio. 192. num. 175. & seq. pluresque alii, quos refert* Berlich. *d. conclus. 47. num. 18. & seq.*

Quid autem differat simplex locatio ab emphyteusi.] Emphy-
8 teusis † à locatione in eo potissimum differt. I. Quod emphyteusis præstat quasi dominium ei, qui accipit: locatio non item. In hac quippe vsus tantum transit ad conductorem; non vero possessio, & multo minus dominium. *l. non solet. 39. & l. cum in plures. 60. §. 1. ff. locati l. conuenit. 65. ff de contrah. empt. l. non solum. 33. §. quod vulgo. 1. ff. de vsurp. & vsucap.* Tametsi ex accidenti (non ex natura locationis) quandoque fiat, vt & in ea dominium mutetur: veluti cum agitur, vt non eadem, sed eiusdem generis, res reddatur. *l. in nauem Saufeii. 31. ff. locati.* Cuiac. *lib. 7. obseruat.*
9 *capit. 39.* II. Locatio † etiam in rei mobilis fieri potest: emphyteusis autem rebus duntaxat soli seu immobilibus constituitur. *d. §. adeo. 3. ibi, vt ecce de prædiis. Instit. de locat. & conduct. l. 1. in princ. ibi, agri ciuitatum. ff. si ager vectigalis, &c. l. lex vectigali. 31. ff. de pignorib. & hypothec. & l. tutor. 16. §.*
10 *vltim. ff. de pignorat. act.* III. Conductor † rei locatæ seruitutem, aut aliud aliquid ius imponere nequit: ast emphyteuta seruitutem, siue ius seruituti in effectu simile, fundo emphyteutico imponere potest, *argum. l. 1. §. vltim. ff. de superficieb. & explicabitur vberius infra ad quæst. 21.* IV.
Conductor † mercedem soluit in compensationem vsus; 11
& est merces illa, quæ a conductore præstatur, vsus illius quasi quædam æstimatio: emphyteuta vero soluit canonem annuum, non respectu fructuum acquisitorum, sed in recognitionem directi dominii. *c. 2. extr. de censibus.* Wesenbec. *num. 4. &* Vulteius *num. 8. in d. §. adeo. 3. Instit. de locat. & conduct.*

Quæstio † valde controuersa hic addenda est: num lo- 12
catio ad longum tempus, siue vltra decennium facta, in emphyteusin transeat & degeneret: Id quidem affirmant Doctores plerique, Ioan. Petr. de Ferrar. *in tit. forma libelli ad facti præstationem. gloss. 1. in princ.* Socin: *consil. 167. colum. 2: lib. 2. & consil. 156. num. 6 lib. 1* Raphael. Fulgos. *cons. 240.* Iason *in l. 2. num. 8. C. de iur. emphyteut.* Boer. *decis. 234.* Felin *consil. 15. num. 4. & 9. aliique citati à* Valasco *d. tract. de iur. emphyteut. quæst. 29. num. 19:* Sed † negantium sententia verisi- 13
milior videtur. Tum quia non tempus, sed conuentio emphyteusin facit: adeoque non temporis adiectione, sed propria conuentionis forma contractus ab inuicem distinguuntur, *arg. l. si procuratorem. 8. ff. mandati. & l. obligationum fere. 44. ff. de obligat. & actionib.* Tum quia ex eiusmodi locatione decennali, aut longiore, vtile dominium non transfertur: cum locationis ea natura sit, vt dominium non mutet. *l. non solet. 39. ff. locati.* Quare † secun- 14
dum hanc contractus naturam, contr... m intelligi debet: nisi aliud expresse conuentum fuerit. *l. ex empto. 11. §. 1. ff. de actionib. empt. l. si stipulatus. 4. ff. de vsur.*

Nec † obstat *l. 1. §. quod ait. 3. ff. de superficieb.* vbi Vlpia- 15
nus in superficiario conductore distinguit inter conductionem breuis; & conductionem longi temporis, alteri negans, alteri concedens in rem actionem. *Nam* addit Iurisconsultus, quod prætor ex longi temporis possessione non indistincte actionem in rem polliceatur, *sed causa cognita.* Ita recte sentiunt Franc. Connan. *lib. 7. Comment. iur. ciu. cap. 17. num. 2. cum seq.* Wesenbec. *in Paratitl. ff. locati. num. 8.* Pinelus *in l. 1. part. 3. nu. 66. C. de bonis mater.* Fernand. Vasq. *de success. creat. lib. 1. §. 10. num 78.* Sarmient. *lib. 3. select. interpret. c. 2. num. 32.* Goureus *ad l. 2. C. de rescind. vendit. pag. 120.* Brouchorst. *cent. 2.* ἐναντιοφανῶν *assert. 67. edit. 1.* Hœnonius *Disput. 16. ad Inst. controuers. 17.* Ant. Matthæus & Heigius *num 4. & 5. ad d. §. adeo autem. 3. Instit. de locat. & conduct.* Eadem de re fusius disputat Hunnius *lib. 3. var. resol. iur. ciu. tract. 7. part. 2. quæst. 14.*

QVÆSTIO II.

SVMMARIA.

1 *Emphyteusis an sit contractus.*
2 *Quid nam sit proprium contractus.*
3 *Opinio D. Boceri existimantis, emphyteusin non esse contractum, reiicitur.*
4 *Emphyteusis quibus modis constituatur.*
5 *Emphyteuseos nomine specialis significatur contractus.*
6 *Cur emphyteusis sit contractus nominatus, triplex ratio.*
7 *Innominati contractus quatuor.*
8 *Ex nominatis contractibus propria & specialis competit actio.*
9 *Verum emphyteusis sit contractus iuris ciuilis, an iuris gentium.*
10 *Illam esse contractum iuris gentium, ostenditur.*
11 *Ad appellationem iuris gentium quid exigatur.*
12 *Ius gentium quid sit.*
13 *Emphyteusis apud quos populos in vsu fuerit.*
14 *Emptio & locatio sunt contractus iuris gentium.*

15 Regula

15 *Regulæ standum, donec de exceptione doceatur.*
16 *Quinam contractus sint iuris ciuilis.*
17 *Forma dat esse & originem rei.*
18 *Ad instantiam Hunnij respondetur.*
19 *Emphyteusin esse contractum bonæ fidei, docetur.*
20 *Mixta naturam simplicium assumunt.*
21 *Omnes contractus, solo contrahentium consensu constantes, sunt bonæ fidei.*
22 *Contractus emphyteuticus solo consensu perficitur.*
23 *Plerique Doctores putant, contractum emphyteuticum contractibus stricti iuris connumerandum esse.*
24 *Quorum rationes referuntur, & refutantur.*

1 NVnquid emphyteusis sit contractus.*] Emphyteusin † es-
se contractum, liquidissime constat ex §. adeo autem.
3. versu. sed talis contractus. Instit. de locat. & conduct. l. 1. ibi, in-
stum esse validumque contractum l. 2. in princip. & l. 3. §. fin. an-
tem. ibi, in emphyteuticis contractibus. C. de iure emphyt. l. vltim.
ibi, nec emphyteuseos contractum. Cod. de reb. alien. non alienand.*
2 Et ratio euidens est: quia † ex eo oritur propria vi ac vir-
tute obligatio. *d. l. 1. C. de iure emphyteut.* quod est proprium
contractus. *l. Labeo. 19. ff. de verb. signif. l. iuris gentium 7. §. 1. ff.
de pact. l. 1. in princip. ff. de oblig. & act.* Illudque licet verissi-
mum sit, & omnium tam recentiorum, quam antiquo-
rum Interpretum consentientibus suffragiis approba-
tum: tamen Clarissimus Dominus D. Bocerus, Collega
meus percharus, (quem nouissime sequitur Carolus à
Kirchberg. *in discursu de feudo ex pacto, &c. cap. 4. num. 140.*)
contrarium adstruit: adeoque emphyteusin non esse con-
tractum opinatur, *in tractat. de qualitat. & differentia feudor.
cap. 1. num. 17. & seq.* Huius autem suæ opinationis hæc ar-
gumenta & rationes adducit. Quia, *inquit*, res dicun-
tur dari in emphyteusin. *cap. 2. tit. de reb. Eccles. non alienand.
in 6. Auth. si quas ruinas. C. de SS. Eccles.* quia aliquis emphy-
teusin suscipere dicitur, *in d. l. 1. in princ. C. de iur. emphyt.* quia
item dicimus accipere emphyteusin. *Nouell. 7. in princ. §. 1.*
tum etiam mereri, & transmittere emphyteusin ad succes-
sores. *d. Nouell. 7. cap. 3.* & quia ab emphyteusi cadere em-
3 phyteuta dicitur, *in d. Nouell. 7. cap. 7.* Verum † huius ar-
gumenti infirmitas facile ex eo apparet, quod etiam res
pignori dari dicuntur. *l. 1. §. 1. & 2. l. si superatus. 3. §. 1. & alibi.
ff. de pignorib. & hypoth.* quod item pignus accipere dici-
mus. *l. in quorum. 24. ff. eod. l. 1. §. eam rem. 2. ff. quæ res pignori
vel hypothecæ data obligari non possunt.* Sic quoque pignus
heredibus teneri dicitur. *l. 1. in fine. C. si vnus ex plurib. here-
dib. creditoris, &c.* Nec tamen idcirco recte concluditur:
pignus non esse contractum. *§ sequens 2. Instit. de obligatio-
nib. iuncto §. creditor. 4. Institut. quib. mod. re contrah. obligat.*
Proinde si dicamus: emphyteusin interdum accipi pro
iure, ex contractu emphyteutico, constituto: interdum
pro ipso contractu: interdum vero pro re, in qua tale ius
constitutum est: nihil regeri poterit. Deinde ita argu-
mentari videtur Dominus Collega Bocerus: Si † emphy-
4 teusis non solum contractu, sed & aliis modis, nempe
præscriptione & vltima voluntate constituitur: sequitur,
quod emphyteusis non sit contractus. Atqui prius est ve-
rum. Ergo & posterius. Ast hic quiuis animaduertit:
non procedere hanc argumentationem: Hoc ius solo
contractu constituitur. Ergo hoc ius est contractus. Et-
enim quis non videt, aliud esse efficiens & effectum: aliud-
que constituens & constitutum? Quamobrem neque
hæc argumentatio procedet: Emphyteusis non solo con-
tractu constituitur. Ergo emphyteusis non est contra-
ctus. Præterea quamuis etiam præscriptione & vltima
voluntate emphyteusis constitui dicatur: attamen nisi
quoque consensus quidam interueniat tam dantis, quam
accipientis annuam pensionem: emphyteusis constituta
neutiquam censetur, *arg. l. qui in aliena. 6. in principio. ff. de ac-
quir. vel omitt. heredit. & l. alienationis. 28. ff. de verbor. signific.*
Et † quod emphyteuseos nomine specialis contractus si- 5
gnificetur, nemini dubium esse potest, *ex d. l. 1. in princ. C. de
iur. emphyteut.* Vnde nec illud admittendum, quod ab eo-
dem D. Bocero asseritur: emphyteuseos nomine signifi-
cari subiectum, & vocabulo contractus adiunctum, *in d. l.
vltim. ibi, nec emphyteuseos contractum. C. de reb. alien. non alie-
nand. & in d. §. adeo autem. 3. vers. sed talis contractus. ibi, quæ em-
phyteuseos contractus. Instit. de locat. & conduct.* Similiter et-
enim dicimus contractum societatis. *l. cum in societatis con-
tractibus. 3. C. pro socio.* contractum venditionis. *l. si donatio-
nis. 3. C. de contrah. empt. & vendit.* contractum locationis &
conductionis. *l. contractus. 24. C. de locat. & conduct. cum simi-
lib.* Nec tamen quispiam recte dixerit: in dictis locis alte-
ro vocabulo denotari subiectum, altero vero adiunctum.
Sicut itaque per contractum locationis & conductionis,
&c. intelligimus illum ipsum contractum, qui appellatur
locatio & conductio: ita quoque; *in d. l. vlt. C. de rebus alien. non
alien. & d. §. adeo 3. Institu. de locat. & conduct.* per emphyteu-
seos contractum intelligere debemus illum ipsum con-
tractum, qui emphyteusis vocatur.

Contractus nominatus.] Ratio, cur † emphyteusis sit 6
contractus nominatos, triplex est; Tum quia proprium,
certum, & elegans, alteri non conueniens, nomen habet.
*d. §. adeo. 3. Instit. de locat. & conduct. d. l. 1. C. de iure emphyteut.
& post alios, Clarus hic notat.* Tum † quia innominati con- 7
tractus reperiuntur tantum quatuor: Do, vt des, seu
(quod idem est) permutatio: Do, vt facias: Facio, vt des:
& Facio, vt facias. *l. naturalis. 5. ff. de præscript. verb.* Ast in-
ter hos emphyteusis non reperitur. Tum † quia ex no- 8
minatis contractibus propria & specialis actio competit.
l. iuris gentium. 7. §. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de præscript. verbis, &c. At-
qui ex contractu emphyteutico propria & specialis actio
competit, nimirum emphyteutica vel emphyteuticaria.
*l. si finita. 15. §. si de vectigalibus. 26. ff. de dam. infect. l. si cum ven-
ditor. 66. in princip. ff. de euictionib. Eaque de re acturi sumus ex-
plicatius infra ad quæst. 47.* Ergo emphyteusis est contra-
ctus nominatus. Idque communiter traditum esse, *post
Iasonem hic à Claro citatum*, testatur Wesenbec. *in paratitl.
ff. si ager vectigalis. &c. num. 2.* Anto. Menes. *in d. l. naturalis. 5.
ff. de præscript. verbis.* Ioan. Ferrat. *ad rubr. tit. C. de iur. emphyt.*
Arumæus *Exercit. Iustin. 14. th. 13. ad lit. B.* Mynsinger. *ad d.
§. adeo. 3. num. 6. Instit. de locat. & conduct.* item Valascus *in tract.
de iur. emphyteut. quæst. 6. num. 5.* Sed videatur Elbertus Leo-
ninus *ad rubric. C. de iur. empyt. num. 6.* vbi allegat dissentien-
tem Baldum *in l. vltim. C. quando liceat ab empt. reced. & in
rubr. C. de rer. permutat.*

Illud hic addendum: quod † licet plerique conten- 9
dant; emphyteusin esse contractum iuris ciuilis. Accur-
sius, Ioan. Fab. Ioan. de Platea, Cantiuncula, *& alii in §. ius
autem gentium. Instit. de iur. nat. gent. & ciuil.* Bartol. & Albe-
ric. de Rosat. *in l. ex hoc iure. 5. ff. de iustit. & iur.* Stephanus Bo-
deus, Schilbock. Schneidewin. *num. 1.* Vulteius *num. 6.* &
Heigius *num. 9. in d. §. adeo. 3. Instit. de locat. & conduct.* We-
senbec. *in Paratit. ff. si ager vectigal. num. 2.* Borcholt. *in tract.
de feud. cap. 3. num. 5.* Guido de Suzaria *in tract. de iur. emphyt.
num. 1.* Treutler. *disput. 29. volum. 1. th. 9. lit. B.* D. Obrecht.
disput. 36. th. 32. cum seq. Forster. iunior. *lib. 3. disput. 18. th. 9.*
Valascus *d. tract. de iur. emphyt. quæst. 5.* Giphanius *lib. 3. di-
sput. 29. th. 20.* D. Collega Bocer. *d. tract. de qualitat. & dif-
ferent. feudor. cap. 1. num. 27.* Elbert. Leonin. *ad d. rubric. C. de
iur. emphyt. num. 6.* Matth. Stephani *cent. 3. quæst. 81.* We-
gner. *disput. 12. ad Instit. th. 5.* Stuckius *part. 2. exercitat. Iustin.
decad. 18. assert. 6. lit. D.* Foman. *disput. 1. th. 21. lit. C. & th. 24. lit.
D. & E. item disp. 23. th. 8. lit. B. & nouissime* Hunnius *lib. 3. va-
riar. resol. iur. ciu. tract. 7. part. 2. quæst. 9.* verius † tamen sit, il- 10
lam esse contractum iuris gentium. Quia omnes gentes
& populi certo quodam naturæ iudicio, communique

ratione & consensu hunc contractum probant & vsur-
pant, tanquam qui vsui esse possit vtilitatibus hominum
commutandis. Neque † enim appellatio iuris gentium
necessario exigit, vt aliquid ab initio cum primis homini-
bus fuerit: sed ad istam appellationem vt sufficit, rem. de
qua agitur, fuisse apud homines ab initio conditi orbis:
ita etiam satis est, eam congruere hominum intellectui
ac naturali rationi; atque ideo post talis rei inuentionem,
eius vsum ab omnibus gentibus recipi, & vnanimiter ap-
probari. *argum. §. ius autem ciuile. 1. vers. quod vero naturalis.*
12 *Instit. de iur. nat. gent. & ciu.* vbi Iustinianus ait, ius † gen-
tium vocari, quod naturalis ratio inter omnes homines
constituit, & apud omnes populos peræque custoditur,
siue quo omnes gentes vtuntur. Quibus vtique verbis
Iustinianus Imp. ad appellationem iuris gentium, ratio-
nem naturalem, & vnanimem omnium gentium con-
sensum & applausum siue approbationem, non tantum
temporis, rei ve antiquitatem requirit & considerat, *vt
eleganter ostendit* Arius Pinelus *in Commentar. ad rubr. C. de
rescind. vendit. part. 1. num. 7 post* Franciscum Connanum *lib.
1. Commentar. iur. ciuil. cap. 5. num. 9. &* Ludouic. Charondam
13 *lib. 1. verosimil. c. 5.* Et sane † non apud Romanos duntaxat
hic contractus emphyteuticus in vsu fuit: sed etiam By-
zantiis innotuit, teste Aristotele *libr. 2. οἰκονομικῶν.* Sed
neque ante illos credendum est, alios populos rerum su-
arum adeo fuisse negligentes, vt non, qua possent ratio-
ne, vtilitates suas quærerent ex agrorum locatione tem-
porali aut perpetua, prout cuiusque commoditas postu-
laret. Connan. *lib. 7. Commentar. iur. ciu. c. 12. num. 1.* Vnde
Claudius Dauid *velit. legali ad §. ius autem gentium. Instit. de
iur. nat. gent. & ciu num. 5.* vocat contractum hunc Sibylla
Cumana antiquiorem *ex Genes. 47. v. 24. & seqq.* Ioseph.
lib. 2. antiquit. Iudaic. cap. 4. Præterea *in prædicto §. adeo. 3.
Instit. de locat. & conduct.* traditur, sæpius apud veteres Iu-
risconsultos dubitatum fuisse, vtrum contractus emphy-
teuticus emptio, an locatio esset. Quæ certe dubitatio
satis absurda fuisset, si contractus iste non iuri gentium,
14 sed ciuili adscriberetur. Emptionem † enim & locatio-
nem iuri gentium accensendam, in confesso est. *l. ex hoc
iure. 5. ff. de iustit. & iur. l. 2. in fin. ff. de contrah. empt. l. iuris gen-
tium. 7. §. 1. ff. de pact. l. 1. ff. locati conducti.* Accedit auctoritas
Hermogeniani *in d. l. ex hoc iure. 5. ff. de iustit. & iur.* qui ge-
neraliter asserit, omnes contractus iuris gentium esse,
exceptis quibusdam iure ciuili introductis. Cui † gene-
15 ralitati siue regulæ standum & adhærendum est, donec
de exceptione doceatur, *vt notat* Bartol. *in l. 1. num. 2. ff. si
quis in ius voc. non ierit.* Decius *in l. 1. num. 7. ff. de reg. iur.* Me-
16 noch. *consil. 88. num. 51. & cons. 98. num. 13. lib. 1.* Sed † qui-
nam sunt contractus illi excepti, si emphyteusis excepta
non est? Nimirum illi, qui excepti in iure nominatim
reperiuntur: veluti stipulatio. *§. de constitut. 4. 9. Instit. de a-
ction. l. si ita stipulatus. 126. §. Chrysogonus. versic. plane si præ-
cedat.* vbi naturali obligationi stipulationem Paulus op-
ponit. *ff. de verb. obligat.* quæ præscriptis quibusdam ver-
borum formulis constat. *l. 1. l. stipulationum. 5. §. stipulatio.
1. ff. eod. tit.* & literarum obligatio, *initio tit. Instit. de literar.
obligat.* itemque sponsalitia largitas, hoc est, donatio
propter nuptias. *Nouell. 119. cap. 1.* quæ veteribus Iuriscon-
sultis penitus incognita fuit: tantum abest, vt iure gen-
tium introducta sit. *§. est & aliud 3. Instit. de donationib.* De-
nique huic sententiæ nouiores nonnulli, haud spernen-
dæ auctoritatis Interpretes suffragantur, Coralius *lib. 1.
Miscellan. iur. c. 21. & in tract. de iur. & arte. part. 2. c. 9. in fin. & in
Commentar. ad tit. Cod. de iur. emphyteut sub tit. contractum em-
phyteusis, iuris gentium, non ciuilis esse.* Connan. *dict. libr. 1.
Commentar. iur. ciu. c. 6. num. 11. & d. lib. 7. cap. 12. num. 1.* Ho-
toman. *in § ius autem gentium. Instit. de iur. nat. gent. & ciuil.*
Mynsing. *num. 5. in d. §. adeo. Instit. de locat. & conduct.* Arū-
mæus *Exercit. Iustin. 14 th. 12.* Bronch. *cent. 1. ...*
assert. 50. edit. 1. Petrus Augustin. Morla *in Emporio iuris v-
triusque part. 1. tit. 10. de locato. in præmissis num. 32.* Schegk.
in delibat. iur. disput. 18. th. 66. Andr. Gerhardi *decad. 15. quæ-
stio. 4.* Dn. Collega Besold. *disput. 3. Pandect. ad d. l. 5. th. 6.*
Bachouius *libr. 1. disput. Miscellan. cap. 6. pag. 219. & seq. nec non*
Hilliger. *in Donello enucleat. lib. 13. c. vlt. lit. B.*

Contra hanc ita firmatam sententiam opponi solet
præcipue hoc argumentum: A quocunque iure for-
mam suam habet emphyteusis; eius iuris dicenda est:
cum † forma det esse & originem rei. *l. Iulianus. 9. §. sed* 17
*si quis. in fine. ff. ad exhibend. l. si is, qui 80. §. 1. ff. ad leg. Falcid.
l. mulieris. 13. §. 1. ff. de verb. significat.* Atqui emphyteusis
habet suam formam à iure ciuili, nempe à constitutione
Zenoniana. *dict. l. 1. Cod. de iur. emphyteut. d. §. adeo. 3. Instit.
de locat. & conduct.* Ergo emphyteusis iuris ciuilis dicen-
da est. Verum negatur minor propositio. Etenim si
emphyteusis formam demum à lege Zenoniana acce-
pisset: sequeretur inde, quod ante Zenonem nulla fu-
isset emphyteusis: quippe cum forma det esse rei. *dict. l.
Iulianus. 9. §. sed si quis. ff. ad exhibendum. cum similibus.* Sed
fuisse etiam emphyteusin ante Zenonem, haud inuiti
concedunt ipsimet aduersarii, *propter l. 3. §. si ius ἐμφυτευτι-
κὸν. ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel cura sunt, &c. & pluribus o-
stendit* Connanus *dict. lib. 7. Commentar. iur. ciu. cap. 12. num.
1.* Quod † si quis regerere velit cum Hunnio *d. lib. 3. var.* 18
resolut. iur. ciuil. tract. 7. part. 2. quæst. 9. fuisse quidem em-
phyteusin etiam ante constitutionem Zenonianam, sed
non talem, qualis iam est; vtpote cum nouam formam
acceperit ex constitutione Zenonis Imperatoris: is o-
stendat, necesse est, qua in re consistat illa noua forma.
Contendunt quidem Dn. Collega Bocerus & Hunnius
præallegatis locis, in scriptura talem formam consistere.
Sed quam debile & ruinosum hoc sit fundamentum, ad
oculum demonstrabitur infra *in additionibus ad quæstio. 4.*
Et profecto separatum duntaxat contractum ab emptio-
ne & locatione emphyteusin voluit Zeno Imperator:
nec quicquam ostendi potest, quod in forma substantiali
additum sit, vel mutatum: *quemadmodum copiosius & accu-
ratius id explicuimus in d. §. adeo. 3. Instit. de locat. & conduct. nu.
28. & aliquot seqq.*

Illud quoque hic addendum est: emphyteusin † non 19
male dici contractum bonæ fidei. Primo enim perpe-
tua quædam locatio vt plurimum censetur, *argu. § adeo. 3.
ibi, perpetuo quibusdam. vbi* Heigius *num. 20. Instit. de locat. &
conduct. l. viam veritatis. 10. C. de locato.* Cuiac. *in l. 1. C. de loca-
tione prædior. ciuil. vel fiscal. &c.* Iam vero *in §. actionum. 28.
Instit. de actionib.* bonæ fidei contractibus locatio genera-
liter siue indefinite annumeratur. Quare eius indefinite
facta appellatione, hæc quoque locationis perpetuæ spe-
cies vt comprehendatur, necesse est. Deinde nihil in to-
to hoc contractu, ad substantiam eius pertinēs, esse vide-
tur, quod non vel ex locationis, vel emptionis contractu
acceperit. Est quippe ex vtroq; illo compositus, & con-
cinnatus. *arg. d. §. adeo 3. Inst. de locat. & conduct.* Cum igitur
ea omnia, ex quibus consistit, ad bonæ fidei contractus,
emptionem & locationem, pertineant: perabsurdum es-
set, hunc contractum emphyteuticum, ex illis mixtum &
conflatum, diuersæ naturæ à simplicibus suis, ex quibus
compositus est, censeri. Ideoq; † ad regulam generalem, 20
mixta sapere & assumere naturam suorū simplicium, me-
rito referendus est, *argum. l. 1. ff. de æstimator. action.* Adhæc si
emphyteuseos contractus olim non fuisset bonæ fidei:
frustra & inepte disceptatum disputatumque fuisset, v-
trum esset locatio, an venditio: cum vtramque bonæ fidei
esse constet, *ex tit. Instit. de obligationib. ex consensu.* Atqui
hoc mutatum Zenonis constitutione non reperitur.
Adhuc igitur bonæ fidei erit. Præterea † omnes con- 21
tractus,

tractus, qui solo contrahentium consensu fiunt, bonæ fidei sunt. Siquidem in iis alter alteri obligatur in id, quod alterum alteri ex bono & æquo præstare oportet, etiamsi lingua non sit nuncupatum, vel verbis nominatim non expressum. *l. sed Celsus. 6. §. 1. versic. in empt. & vendit. , &c. ff.*
22 *de contrah. empt. l. 2. § fin ff. de obligat. & actionib.* Hunc † autem contractum emphyteuticum solo consensu constare, inde euincitur: quod ad sui perfectionem siue substantiam, neque rei traditionem, neque verba, neque scripturam necessario requirit: sed sola conuentio de concedendo prædio fruendo, & præstanda annua pensione, obligationem & vim illi tribuit; *argum. dicti §. adeo. 3. Instit. de locat. & conduct. d. l. 1. C. de iur. emphyt. l. 2. ff. de obligat. & act. l. qui ad certum. 14. ff. locati. tot. tit. Institu. de obligat. ex consens.* Quibus in locis habetur, emptionem & locationem solo consensu perfici. Ergo & hic contractus, vtpote ex iis compactus, solo consensu perficietur: & consequenter bonæ fidei erit. Denique præsto sunt & patrocinantur huic conclusioni Donellus *in d. §. actionum 28. num. 39. Institu. de actionib.* Connanus *d. lib. 7. Comment. er. iur. ciu. cap. 12.* Wesenbec. *in d. §. adeo. num. 8. Instit. de locat. & conduct.* Clarissimus Dn. Collega Iohannes Halbritterus, *compater meus peramandus in Disput. de iur. emphyt. de anno 1602. Respondente* D.D Samuele Bansouio. *thes. 4.* Arumæus *Exercitat. Instit. 14 th. 13.* Althusius *libr. 1. iuris Roman. cap. 31.* Forster. iunior. *disput. 18. th. 10.* Treutler. *disput. 29. th. 9. lit. C. volum. 1.* Schegk. *in delibatis iur. disput. 18. th. 66. lit. D.* Hœnonius *quæstion. illustr. disputat. 16. th. 19. lit. B. & nouiter* Hunnius *lib. 3. variar. resolut. iur. ciu. tract. 7. part. 2. quæst. 10.*

23 Cæterum † alii non pauci hunc contractum emphyteuticum contractibus stricti iuris connumerandum putant, Bald. Iason, Salicet, & Sichardus *in d. l. 1. C. de iur. emphyteut.* Ioan. Ferrar. Montanus *ad eundem titul. Cod. cap. de origine rer. emphyteuticar.* Gœddæus *de contrah. & committ. stipulat. cap. 8. conclus. 2. num. 53.* Valascus *d. tract. de iur. emphyt. quæst. 5. num. 7.* Guido de Suzaria *in tract. de iur. emphyteut. num. 3.* Cludius *de sequestrat. cap. 1. num 30.* Stuck. *part. 1. Exercitat. Instit. decad. 12. assert. 6. lit. E. & cæteri ab eo allegati.* Quorum sententiæ suum quoque addere calculum nullus dubitat Dn. Collega Bocer. *in præfato tract. de qualitate & different. feudor. cap. 1. num. 28.* permotus hisce tribus
24 rationibus. I. Quia † hic contractus, vel eius actio non adhicitur actionibus bonæ fidei, *in d. §. actionum 28 Institut. de actionib.* II. Quia nulla lege cautum est, vt emphyteusis sit contractus bonæ fidei. III. Quia soli contractus iuris gentium sunt bonæ fidei, non etiam contractus iuris ciuilis, qualis est emphyteusis. Verum ad priora duo argumenta responsio parata est *ex l. nominis. 6. in fin. ff. de verbor. signif.* quod nimirum licet non ex verbis; attamen ex sententia legis emphyteusis sit dicenda contractus bonæ fidei: prouideque *in d. §. actionum. 28. Instit. de actionib.* omnino sub emptione & locatione contineatur ac recenseatur: quippe cum ex duobus illis contractibus emphyteusis sit composita: & idcirco eiusdem naturæ cum simplicibus merito censeri debeat, *argu. d. l. 1. ff. de æstimator. act.* Tertium & postremum argumentum nullius momenti esse, ex eo perspicitur, quod iam supra *num. 10. & seqq.* luculenter ostensum est: emphysin non contractibus iuris ciuilis, sed contractibus iuris gentium accensendam esse.

QVÆSTIO IIII.

S V M M A R I A.

1 *An in contractu emphyteutico celebrando, conuentio de certo precio, à principio domino præstando, requiratur.*

2 *Non plus ad formam alicuius actus exigendum est, quam lex ipsa exigit.*

3 *Nulla emptio consistit sine precio.*

4 *In quo potissimum emphyteusis & venditio inter se conueniant.*

5 *Sensus & intellectus l. vlt. vers. penul. C. de iur. emphyt.*

6 *De substantia contractus emphyteutici est, de pensione in recognitionem dominii soluenda conuentio.*

7 *Pacta contra substantiam contractus inita, ipso iure nulla.*

8 *Nunquid pensio emphyteutica in sola pecunia numerata, an etiam in re alia, consistere queat.*

9 *Consideratio l. penult. C. de diuers. prædiis vrban. & rustic. templorum, &c.*

10 *Ecquid pensio, quotannis ab emphyteuta præstanda, in vno nummo, vel quauis re alia minima constitui possit.*

11 *An & quatenus in emptione & locatione precium siue merces vno nummo constituatur.*

12 *Canon emphyteuticus principaliter ad dominium duntaxat recognoscendum desideratur.*

13 *Verus & genuinus sensus l. si quis. 10. §. vlt. ff. de acquir. vel amitt. possess. l. si quis conduxerit. 46 ff. locati. & l. si quis donationis. 38 ff. de contrah. empt.*

Contrariam vero sententiam, &c.] Quod † in contra- 1
ctu emphyteutico celebrando, conuentio de certo precio, ab initio domino præstando, necessaria non sit, præter Clarum nostrum, *& ab eo hic memoratos,* tenent Ioannes Cotasius *in rubr. tit. C. de iur. emphyt. num. 11.* Ioan. Orosius Hispanus *ad l. iuris gentium. 7 ff. de pact.* Aluarus Valasc. *in tract. de iur. emphyt quæst. 10. alii que ab his designati.* Huiusque sententiæ ratio non obscura est: quia nullis legibus, etiam accurate & ex professo de substantia atque natura contractus emphyteutici tractantibus, cautum reperitur; quod ad perfectionem siue substantiam huius contractus ab initio certum precium requiratur, *sicuti videre est ex §. adeo 3. Instit. de locat. & conduct. l. 1. & tot. tit. ff. si ager vectigalis, &c. itemque l. 1. & 2. C. de iur. emphyteut.* Non † 2
debemus autem plus ad formam seu substantiam alicuius actus exigere, quam lex ipsa exigit, *argu. l. illam merito. 19. vers. superstitibus quidem. C. de collationib. & Nouell. 18 cap 5.* Præterea vana & insipida veterum fuisset dubitatio, an contractus emphyteuticus locationi & conductioni adscribendus esset, si is contractus ad sui perfectionem, certum ab initio precium requireret: quoniam omnibus, etiam tyronibus, notum est: quod locatio ad sui substantiam seu perfectionem, à principio certum precium præstandum non requirat.

Non imminuit hanc conclusionem, quod emptio-venditio & contractus emphyteuticus magna inter se familiaritate ac similitudine coniuncti sint. *d. §. adeo. 3. Instit. de locat. & conduct.* Nulla vero † emptio sine precio con- 3
sistat. *§. precium autem. Institu. de empt. & vend. l. 2. §. 1. l. cum in venditione. 36. l. nuda. 55. & l. pacta conuenta. 72. ff. de contrah. empt.* Nam haud in omnibus contractus emphyteuticus & venditio inter se conueniunt: alioqui non similes contractus, sed iidem penitus essent. *contra d. l. 1. C. de iur. emphyteut.* Conuenit † autem emptioni & venditioni cum 4
contractu emphyteutico potissimum in eo: quemadmodum per emptionem & venditionem dominium in emptorem transfertur, venditore domino existente. *l. ex empto. 11. §. & in primis. 2. ff. de actionib. empt.* adeo, vt non valeat contraria conuentio de dominio non transferendo. *l. cum manu jata. 80. §. vltimo ff. de contrah. empt.* ita & per contractum emphyteuticum ius aliquod dominio simile (quod dominium vtile vulgo indigitant) in emphyteutam transfertur. *d. l. 1. vbi Dd. ff. si ager vectigalis, &c.* Quomodo porro emphyteusis distinguatur ab emptione, ex-

posuimus *ad d. §. adeo. 3. num. 11. & seqq. Instit. de locat. & conduct.*

5 Non item † refragatur textus *in l. fin. vers. penult. C. de iur. emphyteut.* vbi dum traditur, quinquagesimam partem precii ab emptore fundi emphyteutici, pro impetranda inuestitura, domino præstandam esse: ex eo necessario sequi videtur, certum precium ab initio & in ipso limine contractus emphyteutici, ab emphyteuta ipsi domino esse exponendum: cum quinquagesima precii pars pro inuestitura obtinenda in considerationem venire nequeat, nisi precium in ipso contractu certum fuerit constitutum. Quomodo enim pars precii esse potest, si nullum precium constitutum est? Textus, *inquam*, ille non refragatur. Iustinianus namque in eo non loquitur de precio, ab initio huius contractus domino fundi numerando: sed de quinquagesima parte precii illius, quod emphyteutæ venditori, pro fundo emphyteutico vendito, ab emptore ex conuentione præstandum est. Cuius precii, à contrahentibus in conuentionem deducti, quinquagesima pars ab emptore, siue emphyteuta nouo, pro inductione in possessionem, & signo nouæ acquisitionis (*quam inuestituram vocant*) domino præstari debet. Neque vero illius quinquagesimæ partis præstatio ad substantiam huius contractus referri potest: cum is, etiam antequam ea præstetur, indubitate subsistat. Reliqua, quæ huic decisioni obstare videntur, refutaui *in d. §. adeo. nu. 221. & seq. Instit. de locat. & conduct.*

6 Quamuis † autem conuentio de precio certo, ab initio huius contractus domino soluendo, necessaria non sit, *vt modo expositum*: certissimum tamen est, de substantia eiusdem contractus esse, vt de canone seu pensione, in recognitionem dominii ab emphyteuta quotannis exoluenda, conuentio celebretur. Annua siquidem isthæc pensio præcipue huius contractus & iuris emphyteutici propria est. Nam sine ea aut erit venditio, si precium semel soluitur: aut erit permutatio, si species cum specie commutatur: aut erit donatio, si pro re nihil omnino præstatur. Et propterea annua pensione contractus emphyteuticus, & ius ab eo descendens, maxime ab aliis discernitur, *vt bene tradidit* D. Obrecht. *disput. 36. th. 133. & seqq.* Cum igitur pars substantiæ sit, de pensione conuentio: inde sequitur, contrahentes pacisci non posse, ne domino pensionem emphyteuta soluere teneatur. *l. 1. in princ. ibi, hac lege, vt tamdiu pro his vectigal. soluatur. ff. si ager vectigalis, &c. & d. §. adeo. 3. ibi, vt quamdiu pensio, &c. Instit. de locat. & conduct.* Coras. *in l. 2. num. 4. vers. vnde nec in specie. & ibidem* Ferrarius *in principio. C. de iur. emphyteut.*
7 Pacta † etenim contra substantiam contractus inita, ipso iure nulla & inutilia putantur, *arg. l. cum precario. 12. in princ. ff. de precar. & l. si donationis. 3. C. de contrah. empt. & vend.* Sichard. *ad l. 2. num. 14. C. de iur. emphyteut.*

Addi hic potest non incommode illa quæstio: vtrum
8 † pensio emphyteutica in sola numerata pecunia, an etiam in re alia, puta vino, tritico, aut oleo consistat? Et hoc posterius communiter receptum est: quoniam pensio illa hodie non solum in pecunia numerata; sed etiam in fructibus soluitur, *arg. dicti § adeo. 3. ibi, pensio siue reditus, &c. d. l. 2. vers. sin autem. ibi, neque pecunias soluerit. C. de iur. emphy. l. licet. 8. & l. si olei. 21. C. de locato.* Augustinus Berous *in c. potuit. 4. nu. 48. ext. de locato. &* Claud. Cantiuncula *in paraphrasi Institution. de locato. pag. 837.*

9 Nec † huic opinioni aduersatur *l. penult. C. de diuers. prædiis vrban. & rustic. templor. &c.* in qua Imp. Valentinianus canonem emphyteuticum ærario inferri iubet: quod de numerata tantum pecunia intelligi posse videtur: cum reditus vini, frumenti, aut olei, ærario non inferantur. Lex, *inquam*, illa non aduersatur. Primum enim licet in ea canon emphyteuticus in ærarium inferri dicatur: non tamen idcirco, alios reditus posse dari alibi deponendos, negatur. *Deinde respondetur*: textum illum accipiendum esse de emphyteusi rerum publicarum: cuius canonem in numerata pecunia Respublica magis probat, ob bellorum necessitatem: quandoquidem pecunia neruus belli censetur. Aluar. Valasc. *in tract. de iur. emphyt. quæstion. 2. num. 7.*

Addi quoque hoc loco poterit hæc quæstio: an † pen- 10
sio siue canon iste, ab emphyteuta quotannis præstandus, in nummo vno, vel re alia quauis minima constitui possit? Et posse, rectè à plerisque traditur. Nam † et- 11
iam in emptione precium, & in locatione (cum quibus contractibus emphyteusis maximam habet familiaritatem. *d. §. adeo. 3. Instit. de locat. & conduct.*) merces vno nummo constitui potest: dummodo id non donandi, sed vendendi & locandi animo fiat. *l. si quis donationis. 38. ff. de contrah. empt. & argu. l. si quis conduxerit. 46. ff. locati.* vbi Vlpianus respondit, conductionem vno nummo factam, ipso iure nullam esse, ea subiecta ratione: *quia hoc donationis instar inducit.* Si ergo ex conductione, nummo vno facta, non elucescit mera donatio: sed constat, hanc exiguam mercedem conductionis causa à contrahentibus fuisse appositam: conductionem valere dicendum est. Idem erit iudicium, si de precio minimo in emptione & venditione contrahentes, non animo donandi, inter se conuenerint. Quid enim, si quis rem vno saltem nummo dignam tanti vendiderit? Nemo profecto sanus hanc venditionem, donationis causa contractam, adeoque inutilem fuisse dixerit. Proinde & canon emphyteuticus ex placito partium vno definiri nummo poterit. Idque ex
eo apparet luculentius: quod † canon ex origine pro- 12
prioque fine huius contractus, quatenus domini vtilitatem respicit, ad dominium solummodo recognoscendum requiritur, *per notata* Andreæ Gailii *lib. 2. obser. 23. num. 25.* Sed dominium per vnius nummi, reive leuissimæ præstationem æque, ac per solutionem rei magnæ recognosci posse, palam est. *Atque ita sentiunt* Bald. *in rubr. C. de iur. emphyt.* Iason *in l. 1. num. 4. C. eod.* Connan. *lib. 6. Comment. iuris ciu. c. 12. num. 6. vers. similiter conductiones, &c.* Mynsinger *respons. 66. num. 6. & respons. 78. num. 11.* Valascus *in tract. de iur. emphyt. quæst. 1. num. 11. & quæst. 11. num. 19. vers. tu aduerte, &c.* Quanquam contrariam sententiam tueri nitatur Dn. Col-
lega Bocerus *class. 2. disput. 14. th. 32. edit. 2.* Sed † eum non 13
iuuare videntur textus, quos allegat, *nempe l. si quis ante. 10. §. fin. ff. de acquir. vel amittend. possess. & d. l. si quis conduxerit 46. ff. locati.* idem nec textus *in d. l. si quis donationis 38. vers. totiens enim dicimus, &c. ff. de contrah. empt.* ex quibus locis euincitur, quod conductio siue emptio, quæ celebratur vno nummo, minime valeat. *Istæ* namque leges eo de casu accipiendæ sunt, quo manifestum est, mercedem vel precium vilissimum, nimisque exiguum, non quidem vendendi vel locandi, sed mero donandi animo inter contrahentes constitutum fuisse. Hoc sane casu venditionem vel locationem non esse contractam, in propatulo est. Ast in contractu emphyteutico canon, quantumuis exiguus, nunquam donationis causa, sed ob id semper constitutus esse censetur, vt per præstationem illius directum (*quod aiunt*) dominium recognoscatur. Ex quo fit, vt contractus ille semper subsistat, etiamsi de vilissimi canonis præstatione in eo actum fuerit. Huc plura referri poterunt, quæ annotauimus *ad d. §. adeo. 3. Institut. de locat. & conduct. num. 229. & seqq.*

QVÆ.

QVÆSTIO IV

SVMMARIA.

1 An scriptura [illegible] substantia contractus emphyteutici.
2 Scriptura ad rei [illegible] tionem [illegible]ulariter non [illegible] quiritur.
3 Regula adh[illegible] [illegible] probetur.
4 Inter contractum emphyteu[illegible] & inter venditionem locationem[illegible] [illegible] similitudo [illegible] affinitatis.
5 Omnes [illegible] [illegible] consistunt.
6 In perpetua [illegible] scriptura necessaria.
7 Specialiter notari solent [illegible] [illegible] animaduersionem postulant.
8 [illegible] ratis Nouella [illegible] in princ. §. [illegible] Anastasius.
9 Generali monumenti appellatione [illegible] continetur.
10 Men[illegible] sententia l. 1. C. de iure em[illegible].
11 In quibus cont[illegible] scriptura [illegible] adhiberi soleat.
12 Domini Boceri opinio refertur, & con[illegible].
13 D. Hu[illegible] opinatio similiter [illegible].
14 Nunquid in distractu, per quem [illegible] emphyteusis constitut[illegible] a recedit[illegible], [illegible] scriptura exigatur.
15 Quæ [illegible] sollemnitas requiritur in contrahendo, requiritur etiam in dis[illegible] luendo.
16 Con[illegible] est & tutius, ut in emphyteusi scriptura interueniat.

2 N[illegible] quid de sub[illegible] ntia contractus emphyteutici requiratur à principio [illegible] tura.] Quod [illegible] scriptura sit de substantia siue essent[illegible] li forma contractu emphyteutici, præter Clarum nostrum [illegible] ab eo hic laudatos, aiuunt Schneidewinus num. 7. My[illegible] ingerus num. 23. & Heigius num. 14. in § ade[illegible] 3. Institut. de locat. & conduct. Corasius num. 8. & 12. Elbe[illegible] Le[illegible] num. 3. & Sichard. num. 32. ad l. 1. C. de iure emph[illegible] teut. V[illegible] lib. 5. iuris controuers. c. 7. reg. 7. Donell. lib. 9. Commentar. de iur. ciu. c. 13. pag. 445. Borcholt. in tractat. feud. c. 3. num. [illegible] & part. 1. disput. de iur. emphyteut. th. 4. pag. 118. Bron[illegible] cent. 1. [illegible] assert. 49. edit. 1. Forster. in fine [illegible] disput. [illegible] D. Obrecht. disput. 36. th. 89. Octauian. Ca[illegible] num. 53. num. [illegible] Cra[illegible] consil. 112. num. 8. Roland. [illegible] Val[illegible] consil. 87. num. 9. volu. 1. D. Collega Bocer. in Comment. ad [illegible] contract. 23. ff. de reg. iur. c. 4. num. 77. edit. 2. & [illegible] disput. 4. th. 3. [illegible] 2. edit. 2. item in tractat. de qualitate & different [illegible] num. 14. & seq. Sc[illegible] ckhardus disput. 14. th. [illegible] A. C. [illegible] quæst. [illegible] H[illegible] lib. 3. var. resolut. iur. ciu. tract. [illegible] part. 2. quæst. [illegible] Aluar. Val[illegible] in tractat. de iur. emphyt. quæst. [illegible] num. 2. Mascard. in tract. de probat. conclus. 602. num. [illegible] 2. item que conclus. 604. num. 4. volum. 2. aliique per eos relat.

Verum contrarium, quod vid[illegible] licet ad solennitatem siue perfectionem huius contractus scriptura non sit necessaria [illegible] hic à Claro in versic. contrarium tamen, &c. [illegible] tuent Speculator in titul. de emphyteusi. num. 5. An[illegible] & [illegible] normi[illegible] in c. potuit. 4. extr. de locato. Curtius Iun[illegible] in pactum, quod 1[illegible]. C. de pact. Ludouic. Roman. cons. [illegible] 3. num. [illegible] Molineus in consuet. ad. Paris. tit. 2. in princ. num. 38. [illegible] de [illegible] usur. in [illegible] de iur. emphyt. num. 4. Conra[illegible] [illegible] part. feudal. 2. quæst. 2. pag. 81. Fran[illegible] S[illegible] [illegible] lib. 5. declar. interpret. c. 2. num. [illegible] [illegible] nnan. lib. 7. [illegible] ment. iur. ciu. c. [illegible] num. 6. Forcatul. Ne[illegible] romantiæ Dial. [illegible] 9. num. [illegible] ou. commun. opin. cent. 2. con[illegible] 6. Vulteiu. lib. 1. Iurisprud. Roman. [illegible] 36. in fin. & in tr[illegible] num. 42. Hackelman. disput. illustr. [illegible] th. 14. lit. B. [illegible] phanius lib. 3. disput. 29. th. 22. & ibidem in suis notis Oleman[illegible] num. [illegible] & nouiter Caro[illegible] [illegible] berg. in disput. de feudo ex pa[illegible] c. cap. 4. num. 151. & [illegible] plures. Huiusque [illegible] multipl[illegible] ed[illegible] ratio. Nam primo verissima & [illegible] bilissima iuris regula est: quod † scriptura ad rei substantiam vel perfectionem necessari[illegible] non requiratur, sed ad probationem duntaxat eius desider[illegible] ut. l. contrahitur 4. ff. de pignorib. & hypothec. l. in re hypotheca. [illegible] de fide instrument. l. in exercen[illegible] 15. C. eod. l. qui ad certum 4. [illegible] locati. d. l. pactum quod 17. Cod. de pact. Atq[illegible] regula, donec aperte demonstretur exceptio, [illegible] endum est: vt, post alios, docet Decius num. [illegible] & Stu[illegible] num. [illegible] 9. in l. 1. ff. de reg. iur. Deinde † in- 2 3 4
ter contractum emphyteuticum & locationem ac venditionem tanta intercedit affinitas & similitudo, vt [illegible] recentibus dubitatum fuerit, num ille contractus vendi[illegible] ni, an locationi [illegible] ius esset. d. §. adeo. 3. instit. de locat. & conduct. Iam vero [illegible] & inep[illegible] ea de re dubitatum aut disputatum fuisset, si emph[illegible] sine scriptura non perficeretur: cum nemo vnquam dubitarit, quin locatio & venditio, solo consensu sine scriptura perficiantur. tot. tit. Instit. de obligat. ex consens. l. contractus. 17. [illegible] de fide instrument. Præterea omnes [illegible] contractus iuri[illegible] gentium [illegible] 5
constant [illegible] nsensu, non etiam scriptura. d. tit. Instit. de obligat. ex consen[illegible] [illegible] nominatim inter contrahentes conuenerit, vt in scripturam contractus redigatur. d. [illegible] contractus 17. C. de fid. instrument. Emphyteusim autem esse contractum iuris gentium perspicue ostensum est supra ad quæstio. 2. num. 10. & seqq. Denique † in contractu 6
em[illegible], qu[illegible] perpetua rei Ecclesiasticæ emphyteusis con[illegible] specialiter requiritur scriptura. Nouell. 7. in præfat. §. 1. versic. Anastasius autem [illegible]. Ex [illegible] consequens est [illegible] in priuatæ [illegible] leos contractu non exigi necessario scripturam: siquidem id alioqui frustra caueretur specialiter de emphyteusi Ecclesiastica, si generaliter in omni contractu emphyteutico scriptura necessaria esset. Ea † quippe specialiter duntaxat caueri ac 7
notari solent, quæ specialem & singularem animaduersionem postulant. l. item apud 15. §. hoc edictum. 26. ff. de iniur. l. 1. § dixerit aliquis. 2. ff. de publican. & vectigal. l. 3. §. 1. versic. nisi forte. ff. nauta, caup. stabul. &c. Plures huius sententiæ rationes adduximus in d. §. adeo. 3. Institut. de locat. & cond. num. 54. & seqq.

Cæterum illud ferendum non videtur, quod Cla[illegible]mus Dn. Collega Bocerus, in d. tract. de qualit. & di[illegible] feudor. c. 1. num. [illegible] circa finem. ad ene[illegible] rationem huius vltimi nostri argumenti, ex † d. Nouell. 7. in princip. §. 1. siue 8
vltim. vers. Anastasius. petiti, c[illegible] ntendit, per gesta monumentorum illic intelligendam esse scripturam publicam: adeoque in emphyteusi etiam siue [illegible] culari priuatam solum desiderari scripturam: at in emphyteusi Ecclesiastica exigi monumentorum gesta, id est, [illegible] interpretatur scripturam publicam. Etenim nullo euidenti textu iuris probari potest, per monumentorum gesta scripturam tantũ publicam exaudiendam esse. Nam quod attinet ad textus à D. Bocero allatos: non omnes simpliciter loquuntur de monumentorum gestis: sed addunt plerique verbum insinuationis; ex quo appareat, qualia monumenta in dictis locis intelligi debeant, nimirum illa, quæ ad insinuationem donationis summam quingentorum solidorum excedentis, coram magistratu expediendam, requiruntur, hicq; publicis actis insinuata & comprehensa sunt; vt videre est in l. penult. §. vlt. C. de donat. & Nouell. 119. in princ. & locis similibus. Sed & exploratum est: gener[illegible] monu- 9
menti appellatione comprehendi omne id, quod ad memoriam posteritatis spectat, vt [illegible] icero lib. 5. famil. & passim tradit. Eoque [illegible] onfert l. cenum. 10. ff. de pr[illegible] bationib. vbi Marce[illegible] lus I. C. ait, [illegible] onume[illegible] ta pub[illegible] potiora esse testibus. Quibus verbis non obscure indicat, esse quoq; monumenta priuata. Alia[illegible] enim [illegible] n ad [illegible] verbum publica. Idq; latius confirmat Hu[illegible] Donellus in tract. de fid. instrum. cap. 2. pag. 79.

Ad hæc posito, [illegible] attamen citra veritatis præiudicium)

cium in prædicta Nouell. p[illegible] cutorum [illegible] intelligendam dum [illegible] esse [illegible] m sequ[illegible] in ecclesiastic. emphyteusi [illegible] non [illegible] inde [illegible] emphyteusi scriptura p[illegible] ea nullam plane, siue [illegible] tu-tam esse necessariam. [illegible] ctum est.

10 Neque hanc senten[tia]m turbat textus *in d. l. 1. [illegible] scriptura interueniente. C. de iur. emphyteut.* ex quo Dominus Colle[ga] Bocerus & n[on] nulli [al]ii colligunt Zenonem Imperatorem consti[tuisse], & ipsemet cont[ractus] emphyteuticus, & pactiones [illegible] scriptur[a] [illegible] ente hant. *Nam si per* [illegible] *d.* [illegible] *m. l. 1.* inspexerimus longe aliud appar[e]bit. Cum enim Zeno Imp. [illegible] emphyteu[sim] esse [illegible] contr[actum], & separatum a locatione-[conductione], itemque emptione-venditione postmodum [illegible] non [illegible] eius forma sit, sed quem effectum habeat [illegible] contr[actus]. *In quo.* inquit [illegible] *cuncta, quæ inter vtrasque contrahentium partes* [illegible] *omnibus, vel etiam fortuitis* [illegible] *scriptura stabilitate modo omnibus debeant custodiri:* [illegible] verba non ad formam, sed ad effe[ctum] [illegible] pertinere, nemo non intelli[git]. E[x] [illegible] hæc argumentatio: In contrac[tu] [illegible] omnibus modis custodienda sunt, quæ pactis [illegible] scriptura interueniente habitis placuerunt. Ergo [illegible] scriptura est de substantia contractus emphyteutici. Eadem etenim ratione dicendum foret, valere & hanc argumentationem: In contractu emphyteutico, quæ pactionibus habitis placuerunt, omnibus modis custodiri debent. Ergo pactiones sunt de substantia contractus emphyteutici, *contra dictam l. 1. versic. vt si interdum, &c. C. de iur. emphyteut.* Ideo autem

11 scripturæ mentionem fecit Zeno Imp. quia † plerunque adhiberi solet scriptura in eiusmodi contractibus, qui ad longinquum tempus respiciunt: ne fides eorum temporis decursu vacillet, iis mortuis, qui testes adfuerant, *arg. d. contrahitur. 4. ff. de pignorib. & hypoth.* Connan. *d. lib. 7. Comment. iur. ciu. cap. 12. num. 6.* Hinc etiam corruit secundum argumentum, à Dn. Bocero *in d. tract. de qualit. & diff. feud. 1. num. 21.* Pro contraria sententia stabilienda allatum *ex l. 2. & 3. C. de iur emphyt.* vbi emphyteuticorum instrumentorum Iustinianus Imp. meminit. Id enim ob dictam modo causam factum esse indubitatum est: non ideo, quod scriptura sit de substantia emphyteuseos, *vt fusius docui in d. § adeo. 3. 65. & seqq. Instit. de locat. & conduct.*

12 Præterea † D. Collega Bocerus *d. 1. num. 22. versic. præterea Zeno, &c.* ad corroborandam suam opinionem, & infringendam nostram, ita argumentatur: Quæcunque res, ceu substantiali forma, distinguitur emphyteusis à locatione-conductione, & emptione-venditione: ea res est de substantia emphyteuseos. Atqui [so]la scriptura distinguitur emphyteusis à locatione-conductione & emptione-venditione. Ergo scriptura est de sub[stan]tia emphyteuseos. *Sed minor propositio* inconueniens est. Etenim si sola scriptura, ceu forma substantiali, emphyteusis distin[guitur] [à] locatione-conductione, itemque emptione-venditione: quid quæso [di]fferret ab emphyteusi [illegible] conductio, itemque emptio-venditio, quam in [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] [illegible] quo, quæ scriptura [illegible] [illegible] locatio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ed emp[tion]ibus. Quod [illegible] fit dictu absur[illegible] *ex* [illegible] *contractus. 17. C. de* [illegible] *fstrument.* [illegible] *emp* [illegible] *empt. & vendit.*

Postremo [illegible] negamus [illegible] [ea]m emphyteuticum per [illegible] co[illegible] locatione-conductione & emptione-venditione distinctum ac separatum [illegible] *§ adeo 3. vers. sed talis. Instit. de locat. & cond.* [illegible] *int.* [illegible] *biteut.* Sed quom[odo]? An per scriptu[ram] [illegible] exprimit Zeno Imp. *in d.* [illegible] nec [illegible] iam [illegible] § [illegible] tamen non leuit[er], aut obiter [illegible] dil[ig]ent[er] & [illegible] anter exprimendum [illegible] emph[yteu]tico [illegible] ntiam scriptura requireretur atque per scripturam em[ph]yteusis a prædictis contractibu[s] [di]stinguer[et]ur.

Ex præd[ictis] quoque satisfieri [pot]est argumento † Dn. 13 Hunnii, qui *d. lib. 3. var. resol. iur. ciu. tract.* [illegible] *part. 2. quæst. 11.* nouissime eandem Domini Boceri sententiam defendere conatur, & præter rationem modo refutatam, *ex d. l. 1. C. de iur. emphyteut.* adductam, etiam aliam subiungit. *Quin & ratio* inquit *euidens suadet, vt in scripturam redigi contractum emphyteuticum, quod nempe, cum res detur in perpetuum, vel in longissimum tempus, vix fit, vt res gesta memoria constare possit sine scriptura.* Verum ipse [illegible] intelligit, quam [in]firma hæc sit ratio [illegible] facile potest probari [illegible] scriptura. E[illegible] [scrip]tura est de substantia eius [illegible] *variar.* [illegible] *2.* refutatur similem [illegible] *Legis sine scriptura n* [illegible] *non* [illegible] *bonum* [illegible] *Ergo scriptura est de* [sub]*stantia legis.*

Atque † ex hac decisione patet etiam resolutio ad istam quæstionem, qua in dubium vocatur: num in di- 14 stractu, per quem [em]phyteusis constituta receditur, scriptura sit necessaria? Et eam quidem non minus in distractu, quam contractu emphyteutico desiderari opinantur nonnulli, relati à Cacherano *d. dec.* 53. *num.* [illegible] *& seqq.* hac ratione permoti: Quia † [illegible] quæ re- 15 quirun[tu]r in contrahendo, requi[run]tur quoque in di[sso]luendo, *auth. econtra C. de repudiis.* & [illegible] quæ re[illegible] necessario ad alicuius actus constructionem, exiguntur pariter ad eiusdem destructionem. *l. prout quidque. 80. ff. de solution. l. nihil tam naturale. 35. ff. de reg. iur.* Bartol. *in l. actor. 9. num. 9. ff. rem ratam haberi.* Paul. de Castro *in l. tria prædia. 31. num. 5. ff. de seruit. præd. rustic.* Iason *in l. omnium. 19. num. 9. C. de testament. & consil. 141. num. 2. volum. 4.* At cum ex supra[dict]is manifestum fit, contractum emphyteuticum [illegible] confi[ci] [illegible] absque scripturæ interuentu perfici: opinio il[la] [illegible] debili falsoque [ni]ssa fundamen[illegible], per se [illegible] refutatione corruit: & ex aduerso liquidissime constat [illegible] contractu em[phyt]eutico nuda conuentione, nulla omnino interueniente scriptura, recedi posse. Enimuero illud hic addendum [illegible] 16 teusis pactis m[ul]tum varietur [illegible] ad [illegible] hatione [illegible] quoda[m] tum est vt interueniat [illegible] & tutius; vt, hic post Clarum nostrum, [illegible] *ius d. lib. 1. iurisprud. Roman. cap. 36. in fin. & libr. 2. de feudis cap. 7. num. 42.*

QVÆSTIO V.

SVMMARIA.

1 Et quid vasallus renunciendalem alteri in emphyteusin [illegible] requirat.
2 Com[illegible] in emphyteusin est alienatio.
3 [illegible] feudi [ali]enatio prohibita.
4 [illegible] dum imp. [illegible] in quibus naturam [illegible] propriè sequatur.
5 Cui vtilis [illegible] datio sine consensu domini [illegible] ita: non vero datio in emphyteusin.
6 Quid debi[illegible] [consue]tudine.

7 Cui

7 *Cui vasallus res feudales in emphyteusin tradere queat.*
8 *An tamen, [illegible] tentia teneat, : v[illegible]allus rem feudalem ea l. ge in emphyteusin [illegible] medat, vt dominium vtile in recipie[illegible] item non tran[illegible]at.*
9 *V[illegible]ditio, qua agitur, ne dominium vel ad emptorem t[illegible] [illegible]eat, non subsi[illegible]it.*
10 *Commodit[illegible] fru[illegible]tuum, quæ ad longum te[illegible]pus tra[illegible]f[illegible]rtur, pro vera alienat[illegible]ne in materia prohibitiua habetur.*
11 *Verum bona ma[illegible]oratus in emphyteu[illegible]in recte conced[illegible].*
12 *Resoluto iure datoris, re[illegible]oluitur ius acceptoris.*
13 *Bon[illegible]rum maioratus in perpetuam emphyteusin fa[illegible]a conces[illegible]sio, an & quatenus valeat.*
14 *[illegible] tile non vitiatur per inutile in [illegible]epara[illegible]ilibus.*

1 N*Vmquid vasallus posit rem feudalem concedere alteri in emphyteusin.*] Feudi [illegible] in [illegible]mphy[illegible] [illegible] c[illegible]ncessionem esse inutilem, nisi dominus co[illegible]sentiat, vlt[illegible] Clarum nostrum, *infra in §. feudum. quæst. 33. num 3.* Doctores communiter statuunt, Gloss. Iacob. de Beluis. Bald. Aluarot. Ioan. Riualld. *& alij in c. imperialem in princ. de prohibit. feudi alienat. per Fr[illegible] [illegible]c. tit 55 libr. 2. feudor. bo[illegible] [illegible]ue referens* Curtius [illegible] [illegible] *part. 4. num. 7 91* item Fridericus [illegible] *in § rursus num. [illegible] quib. mod. feud. amitt. tit. 5 lib. 1. feu[illegible]* [illegible] *cent. 6. obser. 30 num. 1.* Gothofred. Anton. *disp[illegible] [illegible] lib. 5 lit. F.* Eiusque ratio in promptu est: quia
2 [illegible] in emphyteusin est alienatio. *Nouell. 7. [illegible] 1. §. alien[illegible] [illegible] autem. & [illegible] fin. C. de reb. alienis non alienand.* Sed
3 [illegible] [illegible]natio [illegible]eudi prohibita est. *tit. 52. in princip. versic. ho[illegible] [illegible] & consilio. & d. tit. 55 in princ. vers. habito ergo con[illegible] [illegible] feud.* I[illegible] que non tantum in proprio feudo, sed & in [illegible] [illegible]rio procedere verisimile est: propterea quod
4 † [illegible]udum improprium in omnibus & per omnia sequitur [illegible]uram feudi proprii, præterquam in iis, in quibus feudi proprii naturæ vel regulis per inuestituram expressim est derogatum. *capit. 1. de feudo non habente propr. feud. natur. titul. 48. libr. 2. feud.* D. Bocerus *class. 2. disputat. 14. th. 14. lit. 2.*
5 [illegible]ec restagatur quod † sicut subinfeudatio sine consensu domini licita est; ita & permissa sit datio in emphyteusim *c. vnic. § si vero. Qualiter olim poterat feud. alien. tit. 9. lib. 2. & c. 1. §. simil. ter. [illegible] de lege Corradi. tit. 34. lib. 2. feud.* Nam magna subest diuersi[illegible] [illegible]s ratio. Siquidem vasallus non potest, nisi æqua [illegible] & bona fide, atque eodem plane modo, quo ipse feudum [illegible] possidet, subinfeudationem facere. [illegible] *§ [illegible]er de ege[illegible] [illegible]radi & notat, post alios, Clarus noster infr[illegible] [illegible] d. § feudum quæst. 32. num 4. [illegible] nouissime* Hunnius *in tract. feudali. c. 9. circa finem.* Atqui feudum tali modo in emphyteusin dari nequit. Alias enim non emphyteusis, sed feudum concessum putaretur. Sonsbecc. *in Commentar. ad v[illegible] feud part. 11 num. 94. & Curt. Iunior dict. part. 4. num [illegible] in fine.* vbi [illegible] traditione Fabri *in § adeo. Instit. de locat.* [illegible] *nduct.* & Ramaldi *in d. c. imperialem de prohibit. feudi*
6 *alienat. per [illegible]uderic.* subdit: quicquid † sit de iure stricto; de generali tamen consuetudine vasallum res feudales incultas sine licentia domini in emphyteusin tradere non prohiberi. Idem asserit [illegible]larus noster *d. § feudum quæst. 33.*
7 *num. 4.* Quinimo † vasallus etia[illegible] [illegible]res cultas feudales proximo agnato, qui alioqui successurus esset, in emphyteusin dare absque consensu domini potest. *§ si vero de alienatione feudi. tit. 13 lib. 1. F.* Frideric. Schenck. *in d. § rursus. num 5. quib. mod. feud. amitt. tit. 5. lib. 1.* Fit etenim eo casu magis [illegible] [illegible]efutatio, quam alienatio. *c. 1. post princip ibi. non est libel[illegible] [illegible] Sed quæ [illegible] refutatio de alienat. paterni feud. tit. 39. lib. 2 F.* At[illegible] [illegible] locum in feudo antiquo locum habet, non in nouo: [illegible] [illegible] mati & collaterales in nouo non succedunt *cap. 1. de [illegible] [illegible] tarum tit. 11 & c. [illegible] de [illegible] attrib. de nouo benefic. inuestitu[illegible] [illegible] lib. 2. F.* Descendentibus vero feudum indistincte, siue nouum, siue antiquum fuerit, quia vtrobique succ[illegible]dunt, in emphyteusin dari poterit. *d. c. 1. de alienat. [illegible] terni feud.* Son[illegible] becc. *d. part. 11 nu. 94.*

8 At quid dicendum, [illegible] vasallus rem feud[illegible] [illegible] [illegible]phyte[illegible] in ea lege concedat, vt dominium [illegible] [illegible] pientem non transeat: num hoc casu concessio [illegible] [illegible]teur [illegible] valebit? Et [illegible]rius videtur, ne isto quidem [illegible] [illegible]o [illegible]udu [illegible] [illegible]nph[illegible] in dari posse: quandoquidem [illegible] [illegible]ph[illegible]sis ex venditionis natura id habet, & [illegible] [illegible]us fini[illegible] [illegible]st venditioni, quod per eam dominium vtile transf[illegible]ratur in accipientem: sicut in venditione [illegible] [illegible]let domini translatio. *argument. dicti § adeo Instit. de l[illegible]cat. & condu[illegible].*

9 Venditio [illegible] aut[illegible]m, qua [illegible]serte id agitur, ne domi[illegible]nium [illegible] ad emptorem transe[illegible]t, non subsi[illegible]t. *l. cum man[illegible] [illegible] [illegible]ltim. [illegible] de contrah. empt.* E[illegible]o & contractus emph[illegible]uticus, [illegible] addita est pactio [illegible] e vtili dominio non

10 transfer[illegible]ndo, nullius momenti erit. Quid? † q[illegible] commodi[illegible]as fructuum, quæ ad longum tempus tran[illegible]fertur, pro vera alienatione in materia prohibitiua, ad eiu[illegible] [illegible]dum fraudem, habetur. *per notata* Baldi *in auth. hoc ius porrectum. col. 1. vers[illegible] [illegible]cto. C. de [illegible] S. Eccles.* Fabiani *de monte [illegible] [illegible] in tract. de empt. & vendit. in 4. quæst. principali. quæst. vlt. vers. circa tertium.* Molinei *in consuetud. Parisiens. titul. 1 §. 41 quæstio. 8. num 26. prope finem.* & Didaci Couarruu. *lib. 2. variar. resol. cap. 16. num 1.*

11 Addi hoc loco poterit quæstio † de bonis in [illegible]er[illegible]us, id est, perpetuo ad familiam pertinentibus (vulgo Stam̃güter) an in emphyteusin à possessore concedi possint? Et verior est sententia existimantium: eum, qui [illegible] [illegible]odi bona maioratus possidet, non nisi quoad vixe[illegible], [illegible] in emphyteusin extraneo dare posse. Cum enim iu[illegible] in illis bonis, morte possessoris dantis tollatur: merito quoque

12 accipientis ius simul extinguitur, per vulgatam regulam, qua traditur: quod † resoluto iure datoris, resoluatur etiam ius a[illegible]eptoris. *l. lex vectigali. 31. vbi gloss. in verb. cu. m[illegible] [illegible] ff. [illegible] pignorib. & hypoth. & l. si quis domum. 9. §. 1 ff. locati. vbi [illegible] Calli[illegible] [illegible]f. num. 3. cum similib.* Nec etenim [illegible], qui possidet [illegible] maioratus, contra præceptum ac voluntatem primi disponent[illegible]s, aliis de familia successoribus præiudicare potest, *argum. l. eum, qui. 3. vbi* Bartol. *ff. de interdict. & releg. l. vnum ex familia. 67 §. 1. ff. de legat. 2.* Decius *consil. 445. num. 23.* Gozadin. *cons. 75.* Puncl. *in l. 1. part. 3. num. 65. C. de bon. matern. pag. 356. aliquot ab eo relati.* Quibus accedit Ludouicu[illegible] de Mo[illegible]na *lib. [illegible] de Hispanor. primogenit. cap 21. vbi hanc quæstionem plenius examinat.*

13 Ex quid † autem eiuscemodi bonorum in perpetuam emp[illegible]eusin facta concessio, pro eo saltem tempore valeat, in quod fieri poterat; an vero in totum sit inutilis, sententiis variatur? Probabilius ego putauerim; con-

14 cessionem istam valere, quoad concedens vixerit: ne † vtile per inutile in separabilibus vel diuiduis vitietur. *l. 1. §. sed si mihi. 5. ff. de verb. obligat. l [illegible]ancimus [illegible] 4. circa [illegible] [illegible]incip. & l. seq. § sin autem. C. de donationib. c. vtile. [illegible] de reg. iur. in 6.* Bald. *in auth. si quas ruinas. C. de sacro. sanct. Eccles.* Molin. *in consuetud. Paris. d. tit. 1. §. 41. quæst. 10. num. 40. &* Couarruuias *d. lib. 2. var. resol. c. 16. num. 5.*

QVÆSTIO VI.

SVMMARIA.

1 *Res [illegible]fie. sine legitimis solennitatibus, in perpetuam emphyteusin, etiam bene de [illegible]clesia merito, concedi nequeunt.*
2 *Idque procedit, etiamsi fundus sterilis; secus, si exiguus, vel vltra hominum memoriam incultus fuerit.*
3 *An rei Ecclesiasticæ in emphyteusin datio, sine debitis solennitatibus facta, iure subsistat, si ea cum Ecclesiæ vtilitate sit coniuncta.*

4 *Pupillus sine tutoris auctoritate hereditatem quantumuis lucrosam, adire nequit.*
5 *Sensus & explicatio l. non eo minus 14. C. de procuratorib.*
6 *Acceptilatio, cum pupillo sine auctoritate tutoris facta, valet.*
7 *Mens & consideratio [illegible] § cum tran[illegible] 6. de transactioni.*
8 *Si constitutio emphyteuseos [illegible] con cu[illegible] capituli sine Papæ, irrita dicatur ratihabitione ipsius valida efficitur.*
9 *Num Pontifex sua ratihabitione emphyteuticam concessionem adeo roborare queat vt emphyteuta inuitus emphyteusin habere cogatur.*
10 *Vsufructuarius, inuito domino, vsumfructum relinquere potest.*
11 *Vasallus, sine domini voluntate, recte feudum refutat.*
12 *Fauori suo renunciare cuilibet permittitur.*
13 *An & quatenus prælatus rem ecclesiasticam, in emphyteusin dari solitam, ad Ecclesiam reuersam, sine legitimis solennitatibus alicui in emphyteusin dare possit.*
14 *Emphyteusis prius singulari personæ data, postea ciuitati vel potentiori dari nequit.*
15 *Ciuitas aut Collegium nunquam mori intelligitur.*
16 *Difficilius potentiori, quam homini plebeio intenditur.*
17 *Si emphyteusis solita sit dari vsque ad certam generationem, illam in perpetuum alicui prælatus concedere non poterit.*
18 *Vtrum prælatus rem emphyteuticam, ad Ecclesiam reuersam, etiam consanguineo suo denuo in emphyteusin dare queat.*
19 *Redarguitur & refutatur Panormitanus.*
20 *Sententia & intellectus cap. relatum. 12. § licet. extr. de testament.*
21 *Prælatus rerum Ecclesiasticarum vsufructuarius censetur.*
22 *Consuetudo stricti iuris est. nec de casu ad casum extenditur.*
23 *Nunquid res ecclesiastica, in emphyteusin concedi solita, concessio non plane consueto modo interposita, omnimodo censeatur inutilis, an vero valeat, quatenus fieri potuit.*
24 *Quatenus vtile per inutile non vitiatur.*
25 *Tot putantur esse concessiones, quot sunt generationes.*
26 *An vasallus, si feudum, quod possidet alia lege, quam ipse habet, alii concesserit, illud amittat.*
27 *Opinio, vltimo loco relata, approbata intelligitur.*
28 *Emendatio Nouell. 7. c. 3. in fine princ. & c. 7.*
29 *Limitatio præcedentis decisionis.*
30 *Emphyteusis ecclesiastica in infinitum concedi potest pro omnibus descendentibus.*
31 *Legitimis solennitatibus adhibitis, res Ecclesiæ in emphyteusin ita dari possunt, vt etiam ad extraneos ipsius emphyteutæ heredes emphyteusis illa transeat.*
32 *Consideratio & intellectus Nouell. 7. c. 3. in principio.*

N[illegible] sub[illegible] legitima causa, & debitis solennitatibus interuenientibus. 1 Res Ecclesiæ, non [illegible] enient [illegible] sta causa, itemque scriptura, & totius C[illegible] Capituli tractatu ac cons[illegible]su, aliisque legi[illegible] solennitatibus [illegible], post alios, r[illegible] lib. [illegible] 17. We[illegible]nbec. consil. [illegible] & D. Boeer. class. 2. disp. 14. th. 21. non ad[illegible] in emphyteusin [illegible] Ecclesiæ [illegible] 7. in princ. § [illegible] 6. [illegible] Nou[illegible] l[illegible] & c. 1. de eb. [illegible] non alienand. in 6. [illegible] nuper. de hu. qua fiunt prælat. [illegible] 5. de d[illegible]. Ludolph. Schra[illegible] 13. Atque [illegible]

[illegible] 3 [illegible] super [illegible] an [illegible] cum [illegible] vbi [illegible] non [illegible] seniorem non [illegible] ill. t. [illegible] 1. in princ. num. 42 lib. [illegible] S[illegible] part. 4. [illegible] num. 15. ad finem.

Quæri hic non [illegible] potest: an † [illegible] 3 siasticæ in emph[illegible] conce[illegible] debitis [illegible] tatibus facta, [illegible] subsistat, si [illegible] Ecclesiæ v[illegible] re coniuncta sit [illegible] fiere, v[illegible] to. l. obligari. §. [illegible] editatem ad[illegible] tutor. & curat. § neque tamen [illegible] tutor [illegible] is in [illegible] dicitur [illegible] auctoritat [illegible] 4 ditatem adire non posse: quamuis [illegible] fit habeat damnum. Huc quoque facit d. can. [illegible] 51. can. [illegible] 2. q. 2. & d. c. tua nuper. 8. de hu. [illegible] fiunt a p[illegible] & cap. 1. tit. 4. de re. Eccle. non alienand. [illegible] milib. in quibus præter vtilitatem [illegible], [illegible] solennitas in alienatione rei Ecclesiasticæ aper[illegible] gitur.

Huic † decisioni non obstat l. non eo minus. 14. [illegible] curatorib. vbi sententia pro minore ita val[illegible] que curatore iudicium agitatum fuerit. Non [illegible] quæritur: verum actus ab Ecclesia vel minore sine [illegible] nitatibus vtiliter gestus valeat, necne: diligenter in[illegible] rendum & dispiciendum est, num a[illegible] hic contrac[illegible] iste sit talis, ex quo Ecclesia vel minor non obli[illegible] alium sibi obliget: velut si stipuletur, aliquid sibi [illegible] donari. Huiusmodi tanc contractus a minore Ec[illegible] ue, solennitatibus legitimis neglectis, celebratus [illegible] tur: si modo minori aut Ecclesiæ vtilis exstat. N[illegible] hoc casu aliqua specialis solennitas introducta repe[illegible], per princip. tit. Instit. de auctorit. tutor. § pu[illegible] 9. Instit. [illegible] lib. stipulat. l. contra iuris. 28 [illegible] de pa[illegible] art. 9. [illegible] tutor. &c. ex quibus liquet, qu[illegible] tutoris auctoritate [illegible] po[illegible] ci[illegible]ndus est [illegible] non eo min[illegible] [illegible] tiis [illegible] od per eam [illegible] ligatur. Qua ratione [illegible] pillo absque tutoris auctoritate [illegible] quæ [illegible] lus faciens, sibi acceptilatione [illegible] tur, sed tione eximitur adeoque eius c[illegible] 2. ibiq. Gothofred. de acceptilat.

S[illegible] † non [illegible] stat [illegible] cum hi[illegible] tionem. 6. ff. de tra[illegible] vbi [illegible] 5 validus, si expedi[illegible] 6 tae est. Nam & [illegible] batur, quo [illegible] garetur [illegible] meliore modo [illegible] ex [illegible] ob[illegible] tus [illegible] obligant. Nec mouet [illegible] in su dicti § eam trans[illegible] nem. alimentari [illegible] ndo a[illegible] discesserit: videatur quoque ex [illegible] sum esse. Hæc siquidem [illegible] limentarium: [illegible] voluntaria. Fit [illegible] relicta fu[illegible] on[illegible] nebat [illegible] ex textu [illegible] præstet, eaque præstatione lese ab obli[illegible] rens paratus 73 de procuratorib. l. si debi[illegible] § vlt. ff. de rebus [illegible] pet.

Porro † si [illegible] tutio emph[illegible] 8 consensus [illegible] pi[illegible], aut [illegible]

ius licentiam in alienatione rei ecclesiasticæ etiam deside-
rari, patescit *ex d.c.2.in princ.de reb. Eccles.non alienand. in 6.)*
irrita dicatur: ratihabitione Pontificis vel Capituli valida
efficitur. *cap.cum nos.3.de iis, quæ fiunt à Prælatu, &c. c.cura*
9 *pastoralis.11. de iure patronatus.* Ecquid † vero Pontifex vel
Capitulum sua ratificatione emphyteuticam concessio-
nem in tantum roborare queat, vt emphyteuta nolens
volens habere emphyteusin cogatur, quæri solet? Et
emphyteutam non esse cogendum, vt inuitus emphy-
teusin possideat, probabilius censetur, *arg.l.si absente.* 48.
& l.cum fructuarius.64.ff.de vsufruct. vbi respondetur, quod
10 † vsufructuarius inuito domino vsumfructum derelin-
11 quere possit. Quo † confert, quod vasallus etiam sine do-
mini voluntate recte feudum refutare potest, *per textum
in c.1.de vasallo,qui contra constitutionem Lotharii,&c.tit.38.lib.*
12 *2.F.* Quia † fauori & lucris suis renunciare cuilibet per-
mittitur, *vulgata l.si quis in conscribendo.19. C.de pact.* Zasius
in Epitem.feud part.10.nu 85.& seq. Cuiac. *ad tit.14.lib.2.Feu-
dor.Duarenus de feud.c.12.num.18.* & Wesenbec.*de feud.c.9.&
10.num 3. Quos refert & sequitur* Dn.Collega Bocerus *class.
2.disput.14.th.24.edit.2.*

13 *Si vero res Ecclesiæ solitæ essent in emphyteusin concedi.*] Si † res
ecclesiastica, in emphyteusin dari solita, ad Ecclesiam fu-
erit reuersa, quin prælatus absque legitimis sulennitati-
bus eam alicui in emphyteusin concedere possit, si eius
conditionem non reddat deteriorem, non valde ambigi-
tur. *c.2.extr.de feud in fine principii.& titu. 26 §. in clericorum.
lib.1.F.& tit.35.in fin.lib.2.F.c.2. ibi, conditionem Ecclesiæ melio-
rare potest.ext. de donationib.& tit 91.de inuestit.veter. & nou.
benef.§.à Prælatis, ibi, dum tamen dissipator videri non possit. in
extraordinar.capp.lib.2.F.* Schrader. *in tract.feud. part.4.cap.
2.num.20.* Gail. *lib.2.obseru.161.num.3.* Et hanc esse com-
munem conclusionem, *post alios*, Clarus hoc loco testa-
14 tur. Huicque consequens est, quod † si emphyteusis
prius data sit singulari personæ: ciuitati aut collegio, vel
potentiori, postea dari nequeat, *per tit.34 de lege Corradi.§.
similiter.2.ibi,si secunda persona sit talis,&c.lib.2.F.* Cum † e-
15 nim ciuitas aut collegium nunquam mori intelligatur:
spes nulla est fore, vt emphyteusis aliquando ad Eccle-
siam redeat. *l.an vsusfructus.56.ff.de vsufru.& l.si vsusfructus.8.*
16 *ff.de vsu & vsufruct. legat.* & difficilius est, litem † intên-
dere potentiori, quam inferioris sortis homini plebeio. *l.
1.in fin.cum l.seq.ff.de alienat.iudic.mut.caus.fact. & tot.tit.C.ne
liceat potentiorib. patrocin. litigantib. præstare, &c.* Præterea
17 † si emphyteusis solita sit dari vsque ad certam generatio-
nem: non poterit Prælatus hanc concessionis formam
immutando, illam emphyteusin in perpetuum concede-
re. *d.tit.34.de lege Corradi.§.similiter.in princip.vers. profecto ille.
ibi,non debet alia lege dari,&c. lib.2.F.* Curt. Iunior. *in tract.
de feud.part.2.quæst.6.* D. Bocer. *d.class. 2. disput.14. th.25.lit.
D.edit.2.*

18 Illa hic addenda quæstio est: num † prælatus rem em-
phyteuticam, ad Ecclesiam reuersam, etiam consangui-
neis suis denuo in emphyteusin tradere valeat? Et quic-
quid dicant alii, quos refert & probat Nicolaus Euerhar-
dus *in Topic. legalib.in loco, à feudo ad emphyteus. num.20.* ne-
gantem ego sententiam veriorem esse iudico, motus ex-
presso textu *in Nouell.120.cap.5. §. œconomis. & hinc sumpta
Auth. quibuscunque. C.de SS. Eccles.* Ex cuius Nouellæ ver-
bis liquido constat: non tantum œconomos, sed & re-
liquos venerabilium domorum ordinatores, hoc est,
administratores, eorumque cognatos aut affines, in em-
19 phyteusin capere non posse res ecclesiasticas. Vnde †
errare videtur Abbas Panormitanus, *consil.41.num.3.libr.
1.* qui hanc Iustiniani sanctionem de œconomis solum-
modo, qui non habent ita pingue ius, sicut prælati, ex-
audiendam opinatur, negans, Prælatos (quos tamen
non dubium est ordinatores seu administratores Eccle-
siarum esse, de quibus constitutio diserte loquitur) sub
eadem constitutione comprehendi. Huic enim Abba-
tis interpretationi tam verba, quam mens relatæ consti-
tutionis repugnant. Eadem siquidem est ratio in Præ-
lato, quæ est in œconomo: quod videlicet alienatio & ab
œconomo, & à prælato in fauorem consanguineorum in-
terposita, ad fraudandam Ecclesiam facta præsumatur. *can.
decenter.6.distinct.89.* Bartol. Bald.& Alberic. de Rosat. *in d.
auth.quibuscunq. C.de SS.Eccles.* Alciat. *in tract.de præsumption.
reg.1.præsumpt.29.&* Menoch. *de præsumptionib.lib.3.præsum.
54.nu.4.& aliquot seqq.*

Huic sententiæ † non resistit *cap. relatum est auribus.12.* 20
§.licet autem. extr. de testament. vbi quæ clericus siue præ-
latus relinquere valet extraneis, etiam consanguineis suis
concedere non prohibetur. *Nam* agitur eo in loco de
bonis mobilibus, iure dominii ad prælatum vel clericum
spectantibus, quamuis per Ecclesiam siue intuitu Eccle-
siæ acquisitis, *per textum ibi, mobilia per Ecclesiam acquisita,
&c.* De his sane Prælato, vt cuiuis clerico, per vltimam
voluntatem tam in sanguine iunctos, quam extraneos,
bene de se meritos, liberalitatem suam exercere permit-
titur. Ast in proposita quæstione Prælatus † non sua, sed 21
Ecclesiæ bona, alicui ex cognatis suis emphyteusin con-
cedendo, alienat: cum is rerum ecclesiasticarum non
dominus, sed duntaxat vsuarius siue vsufructuarius esse
censeatur: vt, *post alios*, responderunt Socinus Senior *con-
sil 32.colum.2.lib 1, &* Bellonus *consil.3. hosque citant* Meno-
chius *d.lib.3.præsumpt.54. num.9.* Quin & illud probabi-
liter dici poterit: facultatem disponendi de bonis mobi-
libus, clerico per Ecclesiam acquisitis, non ex iure com-
muni, sed ex consuetudine quadam speciali descendere:
ad quam consuetudinem respexisse Pontificem, relucet
ex ipsius verbis *d.cap.relatum.12. ibi, consuetudinis tamen non
est improbanda. de testament.* Consuetudinem † autem stri- 22
cti iuris, nec de casu ad casum extendendam esse, notum
est. *c.1.de feudi cognit.§.strenuus.ibi, qui consuetudine feudi non
sit comprehensus. titul.1. libr.2.feudor.* Cætera, quæ hanc
sententiam nostram euertere videntur, abunde diluti-
mus *in §. adeo autem.3. Institut.de locat. & conduct. num.185.
& seqq.*

*Quod non vitiatur in totum, sed sustinetur, quatenus est soli-
ta concedi.*] Quod † emphyteusis à Prælato vltra legiti-
mam solitamque metam concessa, ob largiorem hanc 23
concessionem non omnino corruat; sed potius, quate-
nus facta est intra solitam formam, subsistat, præter Cla-
rum hic nostrum, *& per eum relatos*, tenent Andreas Gail.
lib.2.obseru.4.num.14. Molineus *in consuetud. Paris.tit.1.§.41.
num.43.& seqq.*D.Bocer.*d.class.2. disput.14.th.28.& alii, ab his
memorati.* Hæcq; assertio probatur ex regula illa generali;
à Claro nostro hic allata: quod † in omnibus dispositio- 24
nibus vtile non vitiatur per inutile, quoties aliqua separa-
tionis vel diuisionis ratio iniri potest. *c.vtile.38.ibiq. gloss.de
reg.iur.in 6.l.1.§.sed si mihi.5 ff. de verb.obligat. l.sed etsi. 12.ff.de
constitut.pecun.l.pecuniæ.9.l.placuit.29.ff.de vsur.l.sancimus.34.
in princ.& l.seq. §.sin autem.C.de donationib. & similibus.* Ea-
dem sententia luculentius confirmatur *ex Nouell. 7.c.3.§.
3.* ex quo apparet: si res Ecclesiæ, quæ vltra secundam ge-
nerationem concedi non potest, ad tertiam vel vlterio-
rem data sit, concessionem valere vsque ad generatio-
nem secundam, tanquam solitam, sicque iure factam.
Tot † enim censentur esse concessiones, quod sunt gene- 25
rationes: vt sic vna non vitietur per aliam. Sed & huic
conclusioni adminiculatur, *tit.34. de lege Corradi.§.simili-
ter.2 versic. profecto. libr.2.F.* vbi dicitur: si † vasallus feu- 26
dum, quod possidet, alia lege, quam ipse habet, alii conces-
serit; puta si pro masculis tantum concessum, ipse pro ma-
sculis & fœminis dederit: quibusdam placuisse, eum amit-
tere beneficium: alios vero dixisse, id tunc domino aperi-
ri, cum masculi defecerint:

Et

27 Ie ... orum opinio, seu vltimo loco relata, approbata esse intelligitur, *per notata gloss. in l. qui filium. 74. in fin. super verb. & alia. ff. ad SC. Trebellian.* Constat ergo, infeudationem istam non penitus esse inutilem, sed eo valere modo, quo potest. Quare & emphyteusis à Prælato vltra legitimam metam concessa, non vitiabitur tota: sed intra terminos consuetos, iureque permissos, consistet.

28 Neque † aduersatur huic sententiæ *Nouell. 7. c. 3. in fine principii, ibi, neque quod sit, habere aliquod penitus robur sinimus, &c. & cap. 7.* vbi statuitur, contra legis obseruationem accipientem emphyteusin, statim cadere ab emphyteusi; adeoque etiam ab eo iure, quod licite ei concedi potuit. *Respondetur enim:* illa *dicti c. 3.* verba non referri ad totam concessionem, sed solummodo ad excessum insolitum ac prohibitum: vt eius hic sit sensus: rem Ecclesiæ non posse dari in emphyteusin, nisi vsque ad metam ibi taxatam, & quod aliter fit, id est, vltra metam taxatam, id nihil penitus habere roboris: sed propterea non tolli, quo minus id, quod intra metam licitam contractum est, vires habeat; cum illud non aliter sit factum. Eadem quoque ratione verba *in d. c. 7.* non eum recipiunt intellectum, quem Didacus Couarruu. *lib. 2. var. resol. c. 16. num. 5. versic. tandem vt libere, &c. contrariam* Bartoli *opinionem probans,* tradit. Manifestum namque est, in eo textu hoc dici, contrahentes cadere ab eo contractu, qui nullus sit. Ait enim: *Si vero & perpetuam quispiam emphyteusin accipere præsumpserit quod non licet: etiam sic cadat ab emphyteusi.* Annon ex his verbis clare patescit, dictionem *cadat* etiam referri ad emphyteusin plane illicitam? Et ideo corruere Didaci Couarruv. argumentationem non dubium est. Quin & hoc dici poterit: Imp. Iustinianum istis verbis (*aut temporalem quidem, non tamen secundum huius nostræ legis obseruationem*) loqui de obseruatione formæ, quas diuisionem non recipiat. Plura huic verissimæ decisioni opponi solent: quæ sufficienter confutauimus *in d. § adeo. 3. Instit. de locat. & conduct. num.* 205. 207. *& seq.* Enimvero

29 † decisio ista limitatur & restringitur, vt locum non habeat, si probabiliter appareat, concessionem aliter, quam facta sit, vnum aut alterum contrahentium subsistere siue valere noluisse: idque ex causis, quarum illi mentionem faciunt. Tunc etenim separatio vtilis ab inutili fieri non potest: sed perpetuo vtile per inutile vitiatur & impeditur: quoniam scilicet vtile per se stare contrahentes noluisse verisimiliter constat. *l. Pedius. 7. in fine ff. de recept. qui arbitrium, &c.*

Vsque ad quam generationem possint res Ecclesiæ in emphyteu-

30 *sin concedi.*] Quod † emphyteusis Ecclesiastica in infinitum, & perpetuo concedi possit pro omnibus omnino descendentibus, præter Clarum hic nostrum, *& ab eo citatos,* concludit Alexander Trentacinquius *var. resol. lib. 3. resol. 3. de iure emphyteut. num. 3.*

Nunquid poterunt etiam concedi in emphyteusin pro heredibus

31 *extraneis.*] Quod † emphyteusis Ecclesiastica, solennitate iusta adhibita, contrahi possit, vt ad extraneos ipsius emphyteutæ transeat heredes, vera & communis opinio est, *teste hic Claro nostro.* Certi enim iuris est; res ecclesiæ, obseruatis debitis solennitatibus, omnimodo alienari posse. *Clement. 1. & 2. de reb. Eccles. non alienand.* Quid ni igitur & in emphyteusin dari poterunt? *argumento a maiori:* cum rerum proprietas penes Ecclesiam maneat. Huicque sententiæ suffragatur non parum *Nouell. 120. cap 6 §. 1.* vbi Iustinianus in hæc verba scripsit: *Licentiam igitur damus prædictis venerabilibus domibus, non solum ad tempus emphyteusin facere immobilium rerum sibi competentium, sed & perpetuò has in emphyteutico iure volentibus dari, &c.* Cum ergo emphyteusis rerum ecclesiasticarum in perpetuum alicui tribui possit: consequens est, eam non tantum ad filios nepotesque, sed & ad extraneos heredes emphyteuticarii per conuentionem extendi posse. Eidem assertioni robur addit textus *in c. ad aures, 7. de reb. Eccles. alien. vel non.* vbi traditur, quod Ecclesia iure hereditario fundos suos in emphyteusin concedere alicui valeat. Dicuntur autem hereditario iure concedi, quæ ad quoscunq; heredes, sicque etiam extraneos, transmittuntur.

Nec † infringit hanc conclusionem *Nouell. 7. cap. 3. in* 32
princip. vbi Iustinianus diserte sancit: emphyteosin ecclesiasticam in accipientis persona, & in duobus eiusdem personæ heredibus deinceps, filiis tantum solis masculis, aut fœminis, aut nepotibus vtriusque naturæ, permitti: adeoque ad extraneos heredes non deferri. *Nam aut id,* quod *in d. Nouell. 7. c. 3.* dicitur, res Ecclesiarum in emphyteusin datas, ad filios & nepotes, non etiam ad vlteriores descendentes, vel extraneos, transire debere, correctum est *per d. Nouell. 120. c. 6. §. 1.* vbi res Ecclesiæ in perpetuum dari in emphyteusin possunt: aut certe *d. Nouell. 7. c. 3.* eo de casu est accipienda, quando res Ecclesiæ dantur in emphyteusin, iuxta peculiarem consuetudinem absque canonica & debita solennitate: quo casu non transit in heredes extraneos, nec vltra tertiam generationem: *quemadmodum sentire videtur* Couarruuias *lib. 2. var. resol. c. 17. nu. 5. allegans ad hoc glossam,* Bartolum & Alexandrum *in l. etiam filios. 18. ff. soluto matrim.* Antonium de Butrio, Imol. Panorm. Felinum & Decium *in c. præsentia. 8. de probationib. &* Ludouicum Gozadinum *cons. 39. nu. 6. & 12.* Eandem quæstionem latissime explicat Alexander Trentacinq. *var. res. lib. 3. resol. 3. de iur. emphyt num. 4.*

QVÆSTIO VII.

SVMMARIA.

1 *Præscriptione an & quatenus emphyteusis acquiratur.*

2 *Vtrum emphyteuta, qui longissimo tempore pensionem non soluit, nec à domino interpellatus fuit ad soluendum, liberationem à pensione soluenda omnimodo præscripsisse censeatur.*

3 *In annuis præscriptionibus tot sunt præscriptiones, quot anni.*

4 *Principali causa non subsistente, nec id, quod inde sequitur, locum habet.*

5 *Omnis actio 30. vel 40. annis tollitur.*

E*X quanti temporis præstatione præscribatur ius emphyteuticum.*] Hic addendum: quod † emphyteusis præ- 1
scriptione, quasi ex tacito domini & possidentis consensu, acquiratur siue constituatur: puta si quis fundum quendam à non domino in emphyteusin acceperit, vel licet non acceperit; tamen illum vt emphyteuticum (præstando annuum quotannis ipsi domino fundi canonem) per triginta vel 40 annos possiderit, *argu. l. 3. 4. & 6. vbi* Bartol. *Cod. de præscript. 30. vel 40. annor. & arg. tit. 26. § si quis per triginta. lib. 2. feud.* vbi feudum, cui emphyteusis similis est, triginta annis præscribitur. *& l. agricolarum. 18. C. de agric. & censit.* vbi possessio longissimi temporis, triginta scilicet annorum, facit adscriptitium colonum, cui emphyteuta assimilatur. *Et ita Doctores communiter tradunt,* Angel. *in l. prætor. 4. §. 1. ff. de edend.* Iason *in l. 2. num. 155. C. de iur. emphyteu.* Ioan. Franc Balb. *in tract. de præscript. part. 2. partis tertiæ principal. q 10. num. 36. & part. 4. quartæ principalis. q. 10.* Paulus Picus à Monte Pico, *ad tit. vlti. num. 1. lib. 1. feudor.* Chastenæus *consil. 18. col. 2.* Ruin. *cons. 151. num. 5. lib. 4.* Paris. *consil. 23 num. 5. lib. 4.* Menoch. *de præsumptionib. lib. 3. præsumpt. 108. num. 4.* Ferrar. *in rubr. C. de iure emphyteut.* Wegner. *disput. 12. ad Instit. th. 5. sub lit. G.* Borcholt. *in tract. de feud.*

de feud. c. 7. num. 4. & seqq. pag. mihi 172. Bronchorst. *cent. 1. ενανλιοφανῶν. assert. 81. edit. 2.* Treutler. *disput. 29. th. 11. lit. B. volum. 1. & cæteri, quos illi citant.* Quamuis alii ad hanc præscriptionem tempus longum sufficere contendant. Bald. *in l. 1. num. 15. C. de fideicommiss.* D. Collega Bocer. *class. 2. disput. 14. th. 43. lit. B. ed. 2.* Mascard. *in tract. de probation. vol. 1. conclus. 337. nu. 2. vbi plures enumerat.*

2 Quæri hoc loco poterit: an † emphyteuta, qui longissimo tempore, puta 30. vel 40. annis canonem siue pensionem non soluit, nec à domino interpellatus ad soluendum fuit, liberatinnem à pensione soluenda, non solum pro tempore præterito, sed etiam futuro, præscripsisse credatur? Et ałentem quidem sententiam amplexi sunt Bartol. *in l. comperit. 6. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* Corneus *consil. 142. num. 11. vers. accedat. volum. 3. & alij, quos citat* Corbulus *in tract. de iur. emphyteu. cap. 15. limit. 31. num. 1.* Verum contraria opinio firmiori munita est fundamento. Eam enim valde corroborat. *l. cum notissimi. 7. §. fin. Cod. de præscript. 30. vel 40. annor.* vbi Iustinus Imp. dilucide ostendit:

5 in † annuis præstationibus tot esse præscriptiones, quot anni sunt. Proinde si emphyteuta spacio annorum 30. vel 40. pensiones non soluit: præscripsisse videtur præteritas pensiones. non autem futuras: quia noua præscriptio est necessaria futurorum annorum, & quidem in singulos annos. Id quod aperte etiam constat ex *l. eos, qui 26. in princ. C. de vsur.* vbi licet constitutum sit, principali

4 actione sublata præscriptione 30. annorum, nullam † super vsuris quæstionem moueri posse. cum, principali causa non subsistente, nec ea, quæ inde sequuntur, locum habeant. *l. cum principalis. 178. ff. de reg. iur.* tamen illa lex satis arguit, in annuis præstationibus singulorum annorum præscriptionem requiri. in illis verbis: *Iubemus, non posse super vsuris vel fructibus præteriti temporis aliquam mouere quæstionem, dicendo ex iisdem temporibus eas velle sibi persolui, quæ non ad 30. vel 40. præteritos annos referuntur, asserendo singulis annis earum actiones nasci, &c.* Huiusque sententiæ auctores sunt, Accursius *in d. l. comperit. 6. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* Iason *in l. 2. num. 72. C. de iure emphyteu.* Guido Papæ *decis. 406.* Gail. *lib. 2. obser. 73. num. 1.* Fachineus *lib 8. controuersiar. iur. c. 99.* Mynsinger. *cent. 3. obs. 13.* Wurmbser. *pract. obseru. tit. de præscript. c. 5.* Thoming. *decis. 17. num. 26.* Borcholt. *in tract. de vsur. c. 4. num. 34. cum seqq. & in tract. de pact. cap. 2. num 23.*

3 Huic decisioni † non obstat *l. sicut. 3. & l. omnes. 4. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* vbi omnis actio triginta vel 40. annorum spacio tollitur. *Quia* non negamus, annuas præstationes præscriptione 30. vel 40. annorum extingui: sed singulorum annorum, quibus actio nascitur, præscriptionem contemplamur & requirimus, *ex præscripto dictæ l. cum notissimi. 7. § vltim. C. d. tit.* non autem totius temporis futuri, ex vnius anni vel alterius pensionis præscriptione, ius metimur. Reliqua, quæ in contrarium moueri solent, refellit Fachineus *loco ante designato.* Huc etiam pertinere videntur, quæ tradidit Bronchorst. *cent. 1. Miscella. controuersiar. assert. 44.*

QVÆSTIO VIII.

SVMMARIA.

1 *Emphyteuta amittit emphyteusin, si debitum canonem in ciuili emphyteusi intra triennium, in ecclesiastica intra biennium non soluerit.*
2 *Idque procedit, etiamsi à prædij domino nunquam sit interpellatus.*
3 *Dies interpellat pro homine.*
4 *Emphyteuta pensionem debitam non soluens, emphyteusin perdit, etsi dominus generaliter promiserit, se illum non expulsurum.*
5 *Minor 25. annis canonem emphyteuticum legitimo tempore non soluens. pœnam priuationis ipso iure incurrit: ita tamen vt in integrum restituatur.*
6 *Minor & Ecclesia in iure æquiparantur.*
7 *Minor. intra tempus constitutum non petens inuestituram feudi, à iure suo cadit.*
8 *Pupillus & infans, ob non solutum canonem, ipso iure fundum emphyteuticum amittunt: concesso tamen iis beneficio in integrum restitutionis.*
9 *Intellectus l. Imperatores. 7. in fine. ff. de publican. & vectigalibus.*
10 *Emphyteuta, qui canonem soluere sub iuramento promisit, statim vbi canonem non soluerit, emphyteusi priuatur.*
11 *Et quid, si res emphyteutica magni valoris, pensio vero minima fuerit.*
12 *Vbi eadem est ratio, ibi idem ius esse debet.*
13 *Quid, si emphyteuta partem duntaxat pensionis per triennium non soluerit.*
14 *Partis solutio fieri non potest inuito creditori.*
15 *Pensio in recognitionem dominii soluitur.*
16 *Quid, si emphyteuta rem emphyteuticam non possederit.*
17 *Et quid, si emphyteuta propter bellorum calamitatem nullos fructus percipere potuit.*
18 *Et quid, si insignis sterilitas contingat, & emphyteuta magnam pensionem exoluere teneatur.*
19 *Damnum, quo tota rei substantia non extinguitur, ad emphyteutam spectat.*
20 *Nemo suum iactare præsumitur.*
21 *Conductori, propter sterilitatem, merces remittitur.*
22 *A separatis illatio non conceditur.*
23 *Ratio differentiæ inter locationem & emphyteusin.*
24 *Nunquid emphyteuta teneatur præstare domino canonem illius anni, quo fundus emphyteuticus aquis submersus fuit.*
25 *Re emphyteutica tota perempta, periculum dominus sustinet.*
26 *Terræmotus rarissime eueniunt.*
27 *Quatenus personalis obligatio personam perpetuò comitetur.*
28 *Contrahentes secundum naturam contractus contrahere voluisse putantur.*
29 *Emphyteuta à canonis præstatione non liberatur, si inundatio contingere solita fuerit.*
30 *Item si omnium casuum periculum in se susceperit.*
31 *Et quid, si emphyteuta per ignorantiam canonem non soluerit.*
32 *Mora re ipsa contrahitur.*
33 *Et quid, si dominus prædii emphyteutici, canonem oblatum accipere recusauerit.*
34 *Pecuniæ debitæ oblatio, consignatio & depositio à pœna caducitatis emphyteutam excusat.*
35 *Ablatiui absolute positi conditionem inducunt.*
36 *Conditio præcise impleri debet.*
37 *Argumentum à contrario sensu in iure fortissimum.*
38 *Cur sola canonis oblatio, ad suffugiendam deiectionis pœnam, non sufficiat.*
39 *An canonis solutio, per procuratorem, vel per tertium extraneum facta, prosit emphyteutæ.*
40 *Quilibet tertius pro alio creditori inuito soluere potest.*
41 *Emphyteuta, non soluens pensionem debitam, emphyteusin perdit, licet in contractu pœna apposita fuerit.*
42 *Ecquid dominus & pœnam petere, & simul iure commissi vti queat.*
43 *Et quid, si emphyteuta plures heredes reliquerit, & vnus tantum in solutione canonis cessauerit, an tota emphyteusis in commissum cadat.*
44 *Præstatio canonis est indiuidua.*
45 *An cessatio facta per patrem, noceat ipsius filiis.*

46 *An & quatenus emphyteuta, qui canonem non soluit, moram purgare possit.*

47 *Vbicunque dies & pœna obligationi adiecta est, mora purgari nequit.*

48 *Consideratio l. Celsus. 23. in princip. ff. de recept. qui arbitr. recept.*

46 *Sine lege nihil statuendum.*

50 *Mens & intellectus l. seruum. 91. §. 3. ff. de verb. oblig at.*

1 SI *cessauerit in solutione canonis, cadit à toto iure.*] Quod † emphyteuta ius suum emphyteuticum amittat, si debitum canonem vel pensionem in ciuili emphyteusi intra triennium. *l. 2. C. de iur. emphyteut.* in ecclesiastica intra biennium non soluerit, *Nouell. 7. c. 3. § scire autem. & Nouell. 120. c. 8. & auth. qui rem. C. de SS. Eccles. c. potuit. 4. extr. de locato.* tenent, præter Clarum nostrum, alii Dd. communiter. Aurel. Corbulus *in tract. de iur. emphyteut cap. 15.* Ioan. Borcholt. *in tract. de feud. c. 3. num.* 18. Donell. *lib. 9. Commentar. de iur. ciu. c. 15. vers. ob reliqua tria, &c.* Welenbec. *in Paratit. ff. si ager vectigal. id est, emphyteutic. ar. pet. num. 2.* Mynsinger. *cent. 3. obser. 65. num. 1.* Domin. Cardinal. Tuschus *tom. 3. practic. conclus. lit. E. conclus. 192. nu. 1. & seqq.* Pract. Paplen. *in Forma libelli, quo agitur ad facti præstationem, & rei relaxationem. gl. soluere neglexit num. 2. vers. aut loquimur in emphyteuta, &c.* Frideric. Pruckman *consil. 17. quæst. 3. num. 118. volum. 1.* Matthias Berlichius *conclusion. practic. abil. part. 2. conclus. 46. num. 1.* Francisc. Dauidargente *in lib. notar. uern selectar. in tractat. de agris vectigalib. & emphyteutic. pag. 212. cum seq.* Trentacinq. *variar. resolut. lib. 3. resol. 4. de iur. emphyt. num. 1.* Rittershus. *ad Nouell. 1 c. 8. num. 53. & seqq.*

2 Hæcque † communis conclusio procedit, etsi emphyteuta à prædii domino nunquam sit interpellatus. *d. c. potuit. in fin. extr. de locat.* Quia neminem oportet conuentionem vel admonitionem expectare: sed vnumquemque decet vltro offerre se, & debitum spontanea voluntate persoluere. *d. l. 2. vers. cum neminem. C. de iur. emphyteut.* Quia, † *inquam*, vnusquisque ea, quæ promisit, in memoria sua seruare debet, nec exposcere, vt ab aliis sibi manifestentur: vel quia (*vt vulgo dicitur*) etiam dies interpellat pro homine. *l. magnam. 12. in fin. C. de contrah. & committ. stipulat.* Iason *num. 35.* Sichard. *num. 30. &* Corasius *num. 23. ad d. l. 2. C. de iur. emphyteut.* Connan. *lib. 7 Comment. iur. ciuil. c. 12. num. 8.* Gulielm. Redoan. *in tract. de reb. Eccles. non alienand. quæst. 19. de solut. canonis emphyteutici. num. 6. pag. 433. & quæst. 24. c. 2. num. 2. pag. 495.* Bronchorst. *cent. 1.* Miscellan. *controuers. assert. 42. &* Donell. *d. lib. 9. Comment. de iur. ciu. c. 15. pag. 456. num. 10.*

3

4 Deinde † conclusio ista locum habet, tametsi dominus generaliter & simpliciter promiserit, se emphyteutam non expulsurum. Siquidem hæc promissio generalis de non expellendo emphyteutam, non tollit ea, quæ emphyteuta ex natura contractus seruare tenetur: sed hanc in se tacitam conditionem continet, si emphyteuta nihil committat, propter quod iuste expelli possit, *argu. l. quæro. 54. §. inter locatorem. ff. locati.* Salicet. *in d. l. 2. num. 3.* Alberic. de Rosat. *num. 4. &* Iason *num. 34. C. de iur. emphyteut.* Signorol. de Homodeis *in l. vbi ita donatur. 27. num. 12. ff. de mort. caus. donationib.* Anton. de Butr. *num. 11. &* Imola *num. 57. in dict. capit. potuit. 4. extr. de locato. hosque etiam* Corbulus *dict. tractat. de iur. emphyteut. capit. 15. ampliat. 2.*

Præterea conclusio ista locum obtinet in minore 25. annis. Nam † & ipse legitimo tempore canonem em-

5 phyteuticum non soluens, pœnam priuationis ipso iure incurrit: ita tamen, vt propter ætatis fragilitatem in integrum restitui debeat, *per textum in l. si tutoris. 23. C. de administrat. tutor. vel curat.* vbi 25. annis minor ratione damni, quod ob non solutum canonem emphyteuticum ex amissione prædii perpessus est, aduersus curatorem experitur: & sic ex illa lege perspicue constat, minorem in solutione canonis cessantem emphyteusi priuari. Deinde hæc sententia probatur *l. si ex causa. 9. §. si in commissum. 5. ff. de minorib. 25. an.* vbi Vlpianus respondit; minorem, qui in commissum vectigalis incidit, restituendum esse. Igitur necesse est: minorem, propter vectigal non solutum, ipso iure in commissum incidisse: cum alioqui, si ipso iure tutus esset, restitutio in integrum nulla dari posset. *l. in causæ 16. in princip. ff. d. titu.* Accedit, quod † minor & Ecclesia in iure æquiparantur. *c. 1. ext. de in integr. restitut. l. orphanotrophos. 32. C. de Episcop. & cleric.* Atqui Ecclesia possidens fundum emphyteuticum, à iure suo cadit, si iusto tempore canonem non soluit: quoniam isthæc resolutio inest ex natura contractus. *l. quæro. 54. §. inter locatorem. ff. locati.* Bald. *in c. vnic. num. 10. de alienat. feud. in vsib. feudor. & in l. placet. 5. num 3. & in auth. qui rem. num. 4. C. de sacrosanct. Eccles.* Speculat. *in tit. de emphyteusi. quæst. 15. num. 25.* Iason *in l. 2. num. 48. C. de iur. emphyt.* Corbul. *d. tractat. de iur. emphyt. cap. 15. ampliat. 27.* Ergo & minor, canonem iusto tempore non soluens, ius suum amittit. Confirmatur † insuper eadem assertio per textum *in c. Imperialem. §. præterea si quis infeudatus. de prohib. feud. alienat. per Frid. titul. 55. lib. 1. F.* vbi expresse cauetur, quod minor, intra constitutum tempus inuestituram non petens, iure suo priuetur. Quare etiam canonem intra legitimum tempus non soluens, priuationis pœnam subire debet. Quæ huic sententiæ aduersari videntur, late refutaui *in § adeo autem. 3. Instit. de locat. & conduct. num. 410. & seqq.*

6

7

Adhæc † conclusio præfata militat quoque in pupillo & infante: quod nimirum & hi, ob non solutum canonem, ipso iure fundum emphyteuticum amittant: ita tamen vt restitutionis in integrum auxilio sibi consulere valeant. Quod enim, propter canonem non solutum, emphyteuta iure suo priuatur: id venit ex natura ipsius contractus. *d. l. 2. C. de iur. emphyteut.* Proindeque à contrahentibus tacite hoc actum iudicatur, vt res emphyteutica ad dominum, canone non soluto, reuertatur. Bald. *in §. inde potest. num. 10. & ibi* Aluarott. *colum. 3. de alienat. feud. tit. 13. lib. 1. feud.* Conditionem autem contractus resolutiuam, ad præiudicium etiam pupilli & infantis, in contrahendo apponi posse, apparet *ex l. si creditor. 7. §. illud inspiciendum. vers. si vero tempus. ff. de distract. pign. & c. verum. 4. ext. de conditionib. apposit. ibiq. Dd communiter notant.* 8

Non † obstat *l. Imperatores. 7. in fine. ff. de publican. & vectigalib.* vbi pupillo, vectigal non inferenti seu soluenti, pœna commissi remittitur. *Nam* agit de pœna, quam ipsa lex absque conuentione hominis constituit. Nos vero hic agimus de pœna commissi, in conuentionem à contrahentibus deducta etenim in contractu emphyteutico (*vt paulo ante monuimus*) tacite a contrahentibus actum intelligitur: vt canone ultra præfixum tempus non soluto, res emphyteutica ad concedentem reuertatur. *Sed videatur* Corbulus *d. tract. de iur. emphyt. cap. 15. ampliat. 29. vbi ea de re explicatius disputat.* 9

Si contractus inuestituræ sit iuramento confirmatus, &c.] Quod † emphyteuta, qui canonem sub iuramento soluere promisit, statim (etiam non expectato triennio vel biennio) vbi canonem non soluerit, propter iuramentum emphyteusi priuetur, *vltra allegatos hic à Claro, tradunt* Antonius Natta *consil. 426 num. 21. vol. 2.* Cagnol. *in l. si quis maior. 41. C. de transactionib. num. 51.* Felin. *in cap. querelam. 10. extr. de iureiur. num. 8.* Marcus Anto. Bauerus *in tractat. de virtute iuramenti. conclus. 10.* Cassador. *tit. de iureiur. decis. 2.* Berous *cons. 215. num. 8. vol 1.* Domin. Card nal. Tuschus *tom. 5. practicab. conclusion. lit. E. conclus. 192. num. 74.* Trentacinqu. *lib. 3. var. resolut. tit. de iure emphyteut. resol. 4. num. 31. &* Berlichius *d. part. 2. conclusio. practicabil conclus. 46. num. 54.* Quanquam, 10

qua... propter Clarum nostrum ... At to. Tes... 114. *num. 6. in med.* Castr... *ad d. l. quia maior. 41. C. de tran... num. 3.* & Didac. Co. arruu. *part. t. relat. § 4. num. 9. in princip. & verf. contraria opinio verior profecto videtur, &c.*

... od qui habeat in emphyteusin rem magni valoris] Em-
11 phyteuta ... si cel... per triennium in solu one canonis, pœna ... atis incurrit, licet res in emphyteusin conc... magni valoris ... & penitus ... sit minima, forte vni istantum ... Quia te... in *l. 2. de iure emphyteut.* pu... emphyteutam ob non solutum canonem, ... distincte loq... ... pœna ... que indistincte accipi debet, *argum. l. de precio, ... de Public. in rem act.* & quia nummus ille surrogatur in locum totius census huc pensionis legalis de consuetudine, *iuxta Baldum in auth. qui rem. C. de SS. Eccles.* quia denique in constituenda pensione, quæ soluitur ab emphyteuta, magis recognitio domini, quam emolumentum ipsius conce-
12 dentis, consideratur. Et † propterea ... eadem sit ratio in magna pensione, quæ in minima: merito vtrobique idem ius seruatur. *l. a 2 iure. 108. ff. de verbor. obligatio.* Arque ... *vltra Clarum & Doctores ab eo hic citatos*, tenentur ... *in d. auth. qui rem. num. 16. C. de SS. Eccles.* Roi... *consil. 167. num. 10. volum. 1.* Barbat. *consil. 26. in fin. volum. 2.* Tiraquell. *de retract. conuent. § 4. gloss. 6. num. 26. in fin.* Socin. *consil. 167. num. ... 7. in fin. volum. 2.* Guihelm. Maynet. *in l. imaginaria venditio. 16. numer. 2. ff. de regul. iur.* & D. Obrecht. *disputat. 36. de iur. emphyt. th. 338. & seq.*

Quod licet cessauerit tantum pro parte, nihilominus cadit à
13 *toto.* Emphyteuta, † partem duntaxat pensionis per triennium non soluens, totam emphyteusin amittit, *argum. l. in executione. 85. § item si ita. 6. vbi* Paul. Castrens. *ff. de verbor. obligat. l. sistulas. 78. § qui fundum. 2. ff. de contrah. empt. & l. quamdiu. 6. C. de distract. pignor.* Huiusque ratio est euidens: tum quia conditio, *si pensionem non soluit*, est individua & negatiua: quæ si in parte deficit, in totum falsa redditur. *l. cui fundus 56. ff. de condition. & demonstrat.*
14 Tum quia partis solutio ... non potest inuito creditori: ac proinde neque hic domino. *l. tutor. 41. § 1. ff. de vsur. l. Iulianus. 13. § offerri. 8. ff. de actionib. empt. l. quidam existimauerunt. 21. vbique* Donell. & *Dd. communiter, ff. de reb. cred. ... l. ... C. de solutionib. l. plane. 3. & l. hoc consequenter. 18 § Cel... 4. ... famil. ercisc.* Goedd. *ad l. numm. 32. num. 9. ... verbor. signif cat.* Arumæus *Exercitat. Iustin. 16. thes. 2.*
15 ... quia ... in recognitionem domini soluitur: ... emphyteuta dominium contemnere dicitur: si non ... pensionem, secundum leg... conuentionis, ... nit. Vbi enim ex conuen... one huc pacto expressum ... aliquid debetur, etiam minimum attendi... *post Speculatorem hoc loco allegatum*, tenent ... *consil. 57. num. 15. & consil. 69. num. 8.* Sichardus ... *num. ... C. de iure emphyteut. & ibidem* Leoninus *num. 5.* Ioan. Francisc. Purpurat. *consil. 484. num. 6.* Roland. à Valle *consil. 17. num. 14. volum. 2.* Dominic. Cardinal. Tuschus. *tom. 3. practicab. concl. ... lit. E. conclus. 192. num. 4. & seqq.* Berlichius *part. 2. conclusion. practicabil. conclu. 46. num. 18. & plures ..., quos refert & sequitur* Corbulus *d. tractat. de iur. emphyteut. cap. 15. ampliat. 5.* Tametsi, præter Clarum hic nostrum, ... contrarie videantur Guido Papæ *decis. 174.* Petrus Benintend. *decis. 6.* Paul. de Monte Pico *in auth. præterea. num. 12. C. vnde vir & vxor.* Iason *in d. l. in executione. 85. § item si ita. ff. de verbor. ... & F.* chineus *lib. 1. ... controuers. ... cap. 96.*

16 *Rem ipsam emphyteuticam non possederit.*] Quod ... pœna priuationis locum non habea... propter... ... non solutum, ... emphyteuta rem ip... teuticam non possederit, post Clarum hic nostrum & alios affirmat Alexander Trentacinquius *var. resol. lib. 3. re olut. 4. de iure emphyteut. num. 16. item* Stephanus Gratianus Ro... *discepta. tionum ... 225. nu. 14. n. 14. & seq.*

Propter ... calamitates nullos fructus percipere potuerit.]
17 Quando emphyteuta ..., propter bellorum calamitates, nullos fructus ex ... teuta percepit: tunc si per biennium seu triennium ... non soluerit canonem, à caducitate excusatur. Ita ... *plures alios, quos refert & probat Clarus ..., tradit* Trentacinquius *loco præællegato num. 1.*

Nunquid propter sterilitatem facienda est remissio.] Valde
18 controuersum est: si damnum notabile ... in ignis sterilitas contingat, & emphyteuta non modicam, sed magnam fructibusque correspondentem pensionem exoluere teneatur, vtrum ea... ratio propter sterilitatem illius anni emphyteutæ sit remittenda? Et remittendam esse censerunt Neuizanus *consil. 92. num. 44 & seq.* Paul. de Monte Pic. *in repetit. auth præterea num. ... & seq. C. vnde vir & vxor.* Roland. à Valle *consil. 96. num. 26. volum. 1.* Aretin. *consil. 55. colum. 2. & consil. 110. colum. ...* Rum. *consil. 77. num. 7. & consil. 161. num. ... vel secundo principaliter. volum. 1.* Betons *in cap. potuit. 4. num. 145. ext. de locat.* Cotta *in suis memorabil. in verb. emphyteuta regulariter.* Iacob. Port. *consil. 144. num. 2.* Molinæus *in consuetud. Parisiens. titul. 1. § 61. num. 58 & ... & seqq.* D. Coll... Bocerus *class. 2. disput. 14. th. 72. edit. 2.* & Hackelman. *disput. illustr. ... th ... lit. A.* At contrariam sententiam ... ... tuerunt sententiam, *vltra eos, quos Clarus hic laudat, ... qui videtur,* Aluarus Valascus *in tract. de iur. emphyteut. quæstio. 27. num 7 & ... in fine.* Corbulus *d. tract. de iur. emphyteut. c. 15. ... 12 num. 4. 5. & seqq.* Gail. *libr. 2. obseruat. 23. num. 13 & seqq.* Fachineus *lib. 1. controuersiar. iur. capit. 89. vers. cæterum re diligentius, &c.* Bronchorst. *cent. 1. ... assert. 55. edit. 1.* Borcholt. *in tractat. de feud. c. 3. num. 11. & idem part. 1. disput. de iure emphyteut. th. 13. & seqq.* Mouentur † hi Interpretes maxime 19
textu *in l. 1. in fin. C. de iur. emphyteut. & § adeo autem 3. Instit. de locat. & conduct.* vbi dicitur; damnum, quo tota rei substantia non extinguitur, ad emphyteutam spectare. Sed damnum ex sterilitate redundans, non est eiusmodi, quo substantia rei tota perimatur. Ergo ad emphyteutam spectat.

Neque vero neruus huius argumenti præcidi poterit inepta quorundam interpretatione, dictam *l. 1. & dictum, § 3.* de ea duntaxat specie intelligentium, qua non magnus canon, sed exiguus, putain duobus, tribus; quatuor, aut quinque nummis consistens, in conuentionem fuit deductus. Quo casu omnes vnanimi suffragio concludunt; periculum sterilitatis ad emphyteutam pertinere; sicque eum à præstatione exigui canonis propter sterilitatem non liberari. *Huic namque interpretationi* primo contradicunt ipsa generalia *dicta l. 1. C. de iur. emphyteut. & dicti § 3. instit. de locat. & conduct.* verba, indistincte de contractu emphyteutico loquentia. Ergo ad illum contractum non sunt restringenda, quo exiguus tantum canon præstandus est; præsertim cum emphyteusis etiam tunc recte constituta dicatur, quando pro re precio- sa & fertili, iusta & congrua pensio soluitur, *argum. auth. perpetua. C. de sacrosanct. Eccles. & Nouell. 7. cap. 3 § 1.* Deinde *in d. § adeo. 3. Instit. de locat. & cond uct.* proponitur prædium quibusdam datum fuisse Fruendum: & hic prædium fuisse fructiferum. Ex quo verisimile redditur: non exiguum, sed magnum & fructibus ... indignum canonem pro isto prædio in conuentionem deductum fuisse ... nemo ... finum iactat ... ... velle videatur. *l. cum d. ... f. ... citra principium ff. de probationib.* 20

Nec impedit hoc pronunciatum tex. us in ... ex conducto. 15. & si vis 2. & l. si met ... § 5. § vis maior 6 ... locati. l. licet. 8. Cod. de locat. & capit. propter sterilitatem. 3. extr. eod. titul.

21 Quibus in [illegible], et † emphyteuta similis est, propter [illegible] pensionis siue mercedis fit remissio. *Nam* emphyteutam in multis a conductore differre, contractumque emphyteuticum a locatione & conductione separatum atque distinctum esse, constat *ex d.l.1.C.de iur. emphyteut.* & *abunde exp*[illegible] *est supra ad*
22 *quæstio.1.num.8. & seqq.* A [illegible] separati [illegible] illationem non concedi [illegible] *20.ff.de minorib. l.vltim.* [illegible] *83.§ sacram.ibi, si* [illegible] Hæcque responsio eu[illegible] [illegible], quæ [illegible] gna inter locationem & em[illegible] [illegible] differen-
23 tiæ ratio. In † contractu namque emphyteutico pensio, quantumuis magna & fructibus æqualis, non præstatur propter fructuum, & in compensationem fructuum: sed propter dominii signum & recognitionem, ad quam, vtpote quæ est de substantia contractus emphyteutici, contrahentes potissimum respicere solent. At vero merces in locatione principaliter præstatur ob vsum rei: adeo, vt si conductor re vti nequeat: merito aliquid de mercede remitti ei debeat, quasi ita tacite inter eum & locatorem conuenerit. *d.l.licet 8. C.de locato. late* Corbulus *dict. tractat. iur. emphyteut. capit. 15. ampliat. 12. numer. 21.*

Quid, si in re emphyteutica contingat aliquid damnum, puta corrosione fluminis, vel chasmate, &c.] Si † fundus emphy-
24 teuticus aquis submersus vel inundatus fuerit, an emphyteuta anni illius, quo durauit inundatio, canonem domino præstare obligatus sit, controuertitur. Et obligatum non esse, vero magis consentaneum videtur, *argumento l.cum vnus.12. §.vltim.ff.de reb. auctorit. iud. possid. l.3. §.Labeo 17 ff. de acquir, vel amitt. possess. l.si in venditione. 10. in fine.ff.de peric. & commod. rei vendit.* vbi Vlpianus ait, rem
25 inundatione perire, sicuti chasmate pereat. Iam † vero, re tota perempta aut læsa, periculum dominus sustinet. *d.l.1. C.de iur. emphyteut. & d.§.adeo.3.Instit. de locat. & conduct.* Qui textus non stricte de ipsius substantiæ siue prædii emphyteutici interitu tantum, sed etiam de totius rei damno & læsione, quæ ita substantiam perimat, vt de eius corpore nihil emphyteutæ reliquum remanere videatur, intelligi debent. Vtuntur quippe Impp. verbis, *damnum, læsatur, &c.* Quod si enim de eo solo interitu textus isti acciperentur, quo tota rei substantia prorsus e rerum natura tolleretur: certe de casu rarissime eueniente [illegible] vixquidem existente intelligeren-
26 tur, *contra l. 4. & 5 ff. de legib.* Etenim † perraro terræmotus, quibus agri ita corruunt, vt nusquam conspiciantur, aut chasmata eueniunt, teste Plinio *libr.2. natural. histor. cap.83. Et ita in terminis, post alios, quos citat, concludit* Alexand. *cons. 112. vol.1.*

Nec mouetur, si dixerit quispiam, emphyteutam ad canonis præstationem obligatione personali esse adstrictum, adeoque ab ea, si fundus aquis submersus fuerit, non liberari: cum ex contractu obligatus sit, personalisque obligatio non rem, sed personam perpetuo sequatur. *l.1.§.si heres.16.ff.ad SC. Trebellian. l.vltim in fin. ff. de con-*
27 *trah.empt. & §.1. Instit. de actionib.* Non † personalis obligatio personam quidem perpetuo comitatur, si simpliciter sit contracta: secus autem est, si ex natura contractus constet, contrahentes eo vsque tantum obligatos esse voluisse, quatenus [illegible], cum [illegible] obligan-
28 tur, in rerum natura [illegible] Contrah[illegible] † enim secundum naturam [illegible] uisse censentur. *l.quæro.54.§* [illegible] *4* [illegible] *r.* Alciat. *in tractat. de præsumpt.* [illegible] Menoch. *de præsumpt. lib.* [illegible] *præsumpt. 58.* [illegible] autem emphyteutici eam [illegible] & conditionem, vt re extincta pensio non amplius sit præstanda, liquet *ex d.*

l.1.Codic. de iur. emphyteut. [illegible] turæ & conditioni [illegible] volu[illegible] dantur, vt [illegible] quis modo re emp[illegible] pta, personalis quoque [illegible] per[illegible] canonis cessare debeat. [illegible] quod emphyteuta propter inundationem, qua ager emphyteuticus totus submergitur, a canonis solutione liberetur per id temporis spacium, quo inundatio durauit. *Ita sentiunt, post* Alexandrum *d. consil. 112. numer. 1. libr. 1.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent lib 22. tit.27. num 45 &* Stephanus Gratianus *dict. disceptation. forens. capit. 225. num. 11.*

Quæ tamen conclusio non procedit, si inundatio, 29 quæ superuenit, non erat insueta, sed solita contingere. Tunc etenim emphyteuta non excusatur, vt d. et B[illegible] *in dict. l.licet 8. in 2. quæstio. C. de locato. per dictam l.ex* [illegible] *15.§.si vis.2 ibi si vero nihil extra consuetudinem acciderit,* [illegible] *minimi coloni esse ff. locati. & argum. l.quibus* [illegible] *13 §. de illo. 6 ff. de damn. infect. Idem tenet* Igneus *in repetit. l.* [illegible] *3. num. 110 ff. de regul. iur.* Similiter [illegible] non locum [illegible] 30 præfata conclusio, si emphyteuta omnium [illegible] periculum in se susceperit: aut culpa, ne[illegible] ria sua inundationis causam dedit. fructusve, q[illegible] ea inundatione perierunt, iusto tempore non [illegible] egit. His siquidem casibus a præstatione canonis minime illum excusari, probabilius est, *argum. l. item quæritur. 15. §.1.ff.locati. l.quod te.5 ff.de reb. cred. si cert. pet. &* [illegible] *cum res legata.47 §.fin ff.de legat.2. Igneus loco præallegato,* Corbulus *dict. tractat. de iur. emphyteut. capit.15. limitat.19, num. 3 &* Angel. *consil.371. num.1. & 2.* Mantic *dict.* [illegible] *de tacit. & ambig conuent. tit 27. num. 44.* Gratianus *d. cap 225. num. 14. & seq.*

Si emphyteuta ignoraret, rem esse emphyteuticam.] Quod † emphyteuta, canonem legitimo tempore non sol- 31 uens, iure suo excludatur; licet per ignorantiam illud sit factum, non temere statuitur: siquidem haud [illegible] scientem & ignorantem distinguendum est [illegible] mora 32 re ipsa contrahatur, adeoque scientia personæ non exigatur. Atque hoc de rigore iuris obtinere, post Clarum nostrum, *& ab eo hic relatos,* censet etiam D. Sichardus *in l.2. num 25 Cod. de iure emphyteut.* Eadem de re consulatur Trentacinquius *variar. re*[illegible] *lib.3. resol.4. de iur. emphyteut. num.18.*

Numquid talis oblatio sufficiet ad euitandam pœnam caducitatis.] Si [illegible] dominus prædii emphy[illegible] [illegible] 33 nuum canonem [illegible] accipere [illegible] ne co[illegible] pso emphyteuta canonem lucretur, nec dominus illum e prædio eiicere possit. Quod tamen tum demum [illegible] tum est, si emphyteuta pecuniam, quam dominus [illegible] pere noluit, consignet, & consignatam deponat. V[illegible] 34 enim commissi pœna euitetur: omnino p[illegible] debitæ oblatio, consignatio & depositio necessaria est, *per apertum textum, in* [illegible] *offerre, hi q* [illegible] *signatu. & secundum leg. eiu depositu. Cod de iure emphyteut.* [illegible] propterea glossa *in dict. l.* [illegible] *in verb secundum legem.* C[illegible] Bal[illegible], Iacobi de Arena, Albe[illegible] Salic[illegible] *numer.3 in fin.* & [illegible] Leonin[illegible] *d.* *iud.* & Cl[illegible] in hoc loco nostri, ad [illegible] Doctorum [illegible] nuncupatum, existimantium, solam oblationem à [illegible] caducitatis seu commissi excusare [illegible] at consi[illegible] & depositionem ad plenariam liberationem [illegible] vt scilicet emphyteuta nec etiam, nec de sol[illegible] ni præt[illegible] temporis compellari po[illegible] improbandum est. Hoc enim verbis *dict* [illegible] *de iur. emphyteut.* perspicue reclamat quæ [illegible] pensionis oblationem, consignationem [illegible] copulatiue ac non natiui requirit, [illegible] ctionis periculo liberetur. idque per ab[illegible] al[illegible] 35

tamp-

... quos conditionem facere indubi... emptione. 5. ff. de pact. ... testatore. 109. ff de ... demonstrat. l. ... & l. ... 35. ff. de ... ad L. Falcid. l. facta. 63. §. ... ff. ad S...
36 Trebellian. Conditio † autem præcise & ad vnguem im... pleri ... bet. l. qui heredi. 44. & l. Mauius. 55. ff. de condit. & demonstrat.
37 Sed ... & ar... mento à contrario sensu quod in iure fortissimum ... l. ibi, bonus rei fortis, trunin. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd. ... si neque consignet, neque deponat ... ostendit Iustinianus, emphyteutam ... posse, d. l. 2. in fin. C. de iur. emphyteut. Quin...
38 ... verius videtur, speciale esse hoc in casu, vt sola ... ad suffugiendam devectionis pœnam non sufficiat. Cuius specialitatis ratio hæc fortassis non incommode redditur: quia cum habeant emphyteutæ hoc prærogatiuæ, vt non sicut cæteri conductores, quamprimum soluere cessarint, expellantur. l. vectigalia. 10. §. fin. ff. de publican. & vectigal. l. ade... ibique DD. de locato. sed cessatio in omnium continui necessaria sit, hocque nomine domini non parum aggrauentur: naturæ consentaneum Imperator censuit, ut hoc vicissim dominis fauere, vt eis pensionem reuera emphyteutæ soluant: quod tantum contingit, si nominatam pecuniam domini recipiant, aut poti quam recusauerint, ea consignetur & deponatur: vt merito constitutum sit, non satis esse emphyteutæ offerre, nisi præter expensio consignetur & deponatur. d. l. 2. C. de iur. emphyt. vbi ita exp esse docent Iason numer. 182. Corasius numer. 29. & Ioan Ferriar. Montan. circa finem. item D. Oitecht. Disputat. 36. th 394. cum seq. & Banstouius in Disputat. de iur. emphyteut. de anno 1602. thes. 38.

Nunquid talis solutio facta per procuratorem proderit ipsi emphyteutæ.] Si † procurator emphyteutæ, vel etiam tertius extraneus, velit nomine emphyteutæ, tanquam negociorum eius gestor, canonem soluere: tunc æquius & verius videtur, quod dominus cogatur eiusmodi solutionem recipere; vel si eam recusest, quod emphyteuta ob id iure suo non priuetur: propterea † quod pro aliquo quibet tertius inuito creditori soluere possit. l. soluendo. 39. & l. quæ vtiliter 45. ad finem ff. de negoc. gest. Deinde quia quotiescunque tractatur de conseruatione iuris ... is, vt est emphyteusis: semper ex benigno iure factum negociorum gestoris prodest alteri ad conseruationem ... entionem illius iuris, argum. l. 1. fu 20. ff. quemadmodum ... Et ita in in huiusdo iue terminis (vti loquuntur) ... l. in l. lex vectigali. 31. ff. de pignorib. Ludouic. ... in princip. Iason in dict. l. 2. Cod. de iur. emphyteut. num 68 & seq. Dominic. Cardinal. Tuschus. ... lit. E. conclus. 191 num. 90. ... & ... de re, post alios, latius disserat Berlichius ... conclus. 46. num 37. & aliquot seqq. Sed & nos eandem rem explanatius persecuti ... §. adeo autem. 3. Instit. de locat. & conduct. num. 5... & seqq.

Quod in contractu emphyteutico apposita sit pœna, &c.]
39 Emphyteuta, pensionem † debitam non soluens, emphyteusin perdit, etsi ab initio contractus conuenerit, ... quæque temporibus præstaretur; & nisi ... dominus pœnam sit stipulatus. Ita, post ... in d. l. 2. in verb. repellere. ibique Albericum de Rosate num. 8. Salicetum num. 18. Bald. num. 12. Iasonem numer. ... communiter, C. de iur. emphyteut. Clarus noster ... loco concludit. Neque dicendum est, hanc pœnam ... ea esse adiectam, vt ea dominus contentus ... tenam, ... remittat: quia hæc pœna adiecta est dd ..., & vt aliquid ad obligationem accedat. Ideo per hanc pœnam a beneficio eiectionis, quod iure communi competit, recessum non videtur. Cum enim aliquid obligationi accedit, per hoc ab ea obligatione recessisse non intelligitur, argum. l. si se non obtulit. 4. §. si ex conuentione. 4. ff. de re iud. Bronchorst. centen. 1. ... asser. 54. circa princip. edit. 1. Donell. libr. 9. Commentar. de iure ciuil. cap. 15. pagin. 455. num. 90. Enimuero
40 † dominus & pœnam petere, & simul iure commissi vti 42
(secundum receptam sententiam, quam aliquot tamen ... impugnare tentat Sichardus ad dict. l. 2. num. 15. Cod. de iur. emphyteut.) non potest: sed alterum eligere debet. monente hic Claro nostro: nisi expresse & specialiter actum sit, vt vtrumque fieri vel exigi possit. arg. ... ff. si pacto ff. de pact. l. apud Celsum. 4. §. Labeo ait. 7. ff. de dolo mali & met. except l. si duo. 34 § fin. ff. de recept. qui arbitrium. & l. prædia. 28 & l. Lucius. 47. ff. de actionib. empt. Gloss. in d. l. 2. verb. repellere. versic. sed tamen. & ibi Salicet. num. 19. Iason numer. 144 & Corasius num. 21. Codic. de iur. emphyteut. Speculat. ad titul. de emphyteus. num. 46. & 47. Corbulus dict. tractat. de iur. emphyteut. cap. 5. ampliat. 9 num. 8.

Si emphyteuta plures heredes reliquerit, & vnus ipsorum solverit partem suam canonis, &c.] Si † emphyteuta plures 43
relinquat heredes, & vnus eorum partem canonis intra tempus statutum non soluat: tota emphyteusis in commissum cadit: ita tamen, vt illi heredes qui suam portionem soluerunt, iudicio familiæ erciscundæ id, quod sua interfuit, ab eo coherede, qui nihil soluit, consequi possint, argum. l. heredes. 25. §. in illa quoque. 12. ff. famil. ercisc. l. 2. §. item si in facto. 5 & l. stipulationum. 5. §. si fortem. 4. ff. de verb. obligat. Et ita, præter gloss. & Doctores hic memoratos à Claro nostro, sentiunt Speculator lib. 4. part. 3. titul. de emphyteusi. §. nunc aliqua de iure emphyteutico. num. 92. ibi septuagesimo primo quæritur. sub fin. & ibidem in addit. Iohannes Andr. lit. C. sub fin. versic. teneas igitur, &c. Roland. à Valle consil. 17. numer. 16. volum. 2. Iason in d. l. 2. num 55. cum seq. & Sichardus num. 7. C. de iur. emphyteut. Corbulus d. cap. 15. ampliat. 8. Hostiens. in summa extr. de locato conduct. §. quid sit de natura huius contractus, num. 12. in med. versic. quid, si ex pluribus vnus non soluit, &c. Dominic. Cardinal. Tuschus tom. 3 practic. conclusion. lit. E. conclus. 192. num. 15. 16. 28. 114. & conclus. 203. num. 1. & seqq. late Berlichius practicar. part. 2. conclusion. practicabil. conclusio. 46. num 25. & aliquot subseqq. Ratio illius sententiæ hæc certissimum afferri solet. Tum quia si primus emphyteuta, ob particularem canonis solutionem, iure suo priuari & expelli potuit, argum. l. etiam si partis. 111. ff. de legat. 1. & indicatum supra num. 13. etiam eius heres priuari debet: ne in huius persona conditio obligationis immutetur, contra d. l. 2. § ex his. 2. ff. de verbor. obligationib. & l. cui fundus. 56. in fine ff. de conditionib. & demonstrat. Tum † quia præstatio canonis 44
est indiuidua, per ea, quæ tradit Præpositus in c. vnic. § omnes. tit. si de feud. fuerit controuersia inter domin. & agnat. numer. 2. in med. & Dominic. Cardinal. Tuschus d. tom. 3. lit. E. d. conclus. 192. nu. 28. vers. quia factum est indiuiduum, &c. Indiuidua autem pro parte solui ab heredibus non possunt. Ideoque recte concluditur, quod tota emphyteusis ob negligentiam vel vnius coheredis, canonem non soluentis, amittatur. Vnde consuetudine Germaniæ introductum est: quod nobiles & domini omnes heredes sui emphyteutæ præmortui ad inuestituram accipiendam non admittant, nisi curatorem (einen Lehenträger) constituant, vel vnum ex se eligant, qui reliquorum heredum nomine inuestituram accipiat. Quod quidem vtile est heredibus, vt vnum eligant, qui omnium nomine inuestituram petat, & iure ... ne rogam emphyteusin amittant, si forte vnus ex illis ... portionem per triennium non soluerit, vti tradunt Zasius tractat. de feud. part. ... num. 18.

K 2 Hart-

Harman. Hartmanni *lib. 2. obseruat. titul. de feud. 54. obseru. 19. num. 2.* Botcholt. *de feud. cap. 7. part. 1. num. 34.* Mynsinger *cent. 5. obs. 9. num* 11. Modest. Pistor. *quæstio. 133. num. 1. & ibidem in addit.* Iacobus Schulz. *numer. 32. eosque citans* Berlichius *d. part. 2. conclus. 46. num. 31.* Nobilibus vero & dominis (quod tamen sæpissime in suum detrimentum & perniciem facere consueuerunt) minus vtile, sed potius damnosum est. Ideoque è re illorum magis erit, si omnes heredes simul ad accipiendam inuestituram admittunt, nec eos, vt vnum ex sese eligant, cogunt. Hoc enim [illegible], si vnus ex illis suam portionem canonis non soluerit, reliqui omnes tota emphyteusi priuantur. Idque summe notandum esse, Berlichius *loco iam designato* monet.

Nunquid hæc cessatio, & consequenter caducitas ea de causa
45 *incursa, oberit eius descendentibus.*] Si † pater canonem non soluat intra legitimum tempus, etiam suis filius obest: quia, patre non soluente, peccatur contra naturam contractus, ratione cuius domino res emphyteutica vna cum pensione committitur, & ad eundem redit. *d. l. 2. C. de iur. emphyteut.* Et ita, post Ruinum *consil. 168. numer. 6. volum. 1. aliosque hic citatos*, sentiunt Baldus *in l. adoptiuum. 8. § patronum. ff. de in ius vocand.* Corneus *consil. 327. num. 4. volum. 1.* Alexand. *consil. 120. column. 1. num. 3. volum. 5.* Ioan. de Amicis *consil. 133. num 8. & 12.* Salicet. *in l. 2. num. 33. & ibidem* Alberic. de Rosat. *num. 15. C. de iur. emphyt.* Gratus *consil. 132. num. 6. volum. 1.* Gozadin. *consil. 34. num. 10. & 14. item consil. 46. num. 13. & consil. 75. num. 2. aliique plures, quos refert & sequitur* Corbulus *dict. tract. de iur. emphyteut. c. 15. ampliat. 7. vbi & ipso num. 2. hanc opinionem communem & veriorem dicit.*

Nunquid emphyteuta, qui canonem non soluit, possit purgare
46 *moram.*] Quod † in emphyteuta Ecclesiæ, & in foro canonico, moræ purgatio post elapsum tempus biennii, ad euitandam pœnam priuationis emphyteuseos, admittatur, liquido apparet *ex c. potuit. 4. vbi Panormitan. & Canonistæ communiter. extr. de locato.* Ast emphyteutam priuati, post triennium elapsum, celeri satisfactione moram purgare, adeoque priuationis pœnam euitare non posse, ve-
47 ritati iuris magis conforme est. [illegible]num † enim vbicunque dies & pœna obligationi adiecta est, mora purgari non potest. *l. traiectitia. 23. ff. de obligat. & act. l. magnam. 12. C. de contrah. & committ. stipulat.* Bronchorst. *cent. 2. ἐναντιοφανῶν. assert. 2. edit. 1.* Atumæus *in tractat. de mora. cap. vltim. num. 8* Atqui emphyteutæ dies & pœna est apposita. *d. l. 2. C. de iur. emphyteut.* Ergo transacto die, non po-
48 terit purgari mora. Deinde † huc facit *l. Celsus. 23. in princip. ff. de recept. qui arbitr. recep.* vbi si arbiter intra Kalendas Septembres dari iusserit, nec datum erit, licet postea offeratur; attamen semel commissam pœnam compromissi non euanescere, ait Iurisconsultus: quoniam semper verum est, intra Kalendas datum non esse. Tertio huc confert textus *in l. 1 vers. habebit igitur. ff. de penu legata.* vbi Vlpianus ita respondit: *Habebit igitur heres obligationem tamdiu, quamdiu lis cum eo de pecunia contestetur: nisi forte aliud tempus, vel mente, vel verbis testator præstituit.* Quarto hæc sententia confirmatur *ex d. l 2. C. de iur. emphyteut.* vbi dicitur; emphyteutam, qui per triennium non soluit, omnimodo repelli posse, ibi, sed omnimodo eo (si dominus voluerit) repellendo, &c. Quæ certe verba satis clare arguunt: ita absolute emphyteutam repelli posse, vt nec moram purgare queat. Quinto nusquam in toto iure ciuili cautum reperitur, quod hoc casu moræ purga-
49 tio admittatur. At † sine iure aut certa lege nihil statuendum, *Nouell. 18. cap. 5. in princip.* Postremo hanc tuentur probantque decisionem Iason *in d. l. 2. num. 3. & seqq. C. de iur. emphyteut.* Couarruuias *lib. 3. variar. resolut. cap. 17. num. 4.* Roland. à Valle *consil. 87. num. 7. volum. 1.* Fachineus *lib. 1. controuers. iur. cap. 98.* Borcholt. *in tractat. de feud. cap. 3. num. 32.* Goedd. *in l. vt fecit. 12. § 1. num. 13. ff. de verb. signific.* Alexand. *in l. si insulam. 84. num. 13. ff. de verb. obligat.* Valascus *in tractat. de iure emphyteutic. quæstio. 5 num. 13.* Dominic. Cardinal. Tuschus *tom. 3. practicabil. conclus. 192. num. 41. & conclus. 193. numer 30 cum seqq.* Trentacinquius *lib. 3. variar. resolut. tit. de iur. emphyteut. resolut. 4. num. 7. 8. 26. & seq & nouissime* Berlichius *dict. part. 2. conclusio. 46. numer. 47.* Quanquam alii aliter sentiant, Bald. *in l. acceptum. 19. C. de vsur. num. 55. & seq.* Francisc. Sarmient. *lib. 5. selectar. interpretat. cap. 5.* Daniel. Moller. *in Commentar. ad constitut. Saxon. part. 2. constitut. 18. num. 6. & seqq.* Ioann. Ronch. *ad l. 2. ff. de duob. reis. num. 33.* Iacob. de N[illegible] *ad d. l. si insulam. 84. num. 286. ff. de verb. obligat.* Guid. [illegible] *quæst. 123. num. 1. & seq.* Cæpoll. *cautel 135.* Ruin. *consil. [illegible]0. col. 4. num. 10. & cons. 143. num. 14. & consil. 153. in princ. libr. 1.* Sichard. *in d. l. 2. num. 20. & 21. ibidemque* Leonius *num 17. C. de iur. emphyt.* Heigius *in § adeo. 3. Instit. de locat. & conduct. num. 39. cum seq.* Gerhard. *decad. 15. quæst. 8. &* Hackelman. *disp. illustr. 11. th. 17. lit. C.*

Nostræ † conclusioni non obstat *l. seruum. 91. § sequitur. 3. ff. de verbor obligat.* vbi respondetur, ex bono & æ- 50
quo moram purgari posse. Æquitatem autem rigori præferri, notissimi iuris est. *l. placuit. 8. C. de iudicis.* Etenim lex ista minime procedit, vbi dies & pœna obligationi adiecta est. Tunc siquidem moræ purgationi locus non relinquitur, *d. l. traiectitia. 23. ff. de obligat. & actionib. cum similib.* Fachineus *d. lib. 1. controuers. iur. c. 98. vbi & reliqua argumenta, quæ huic traditioni negocium facessere videntur, abunde refutat.*

QVÆSTIO IX.

SVMMARIA.

1 *Emphyteuta, ob canonem non solutum, ipso iure, non expectata iudicis sententia, emphyteusi cadit.*
2 *Quæ vis sit dictionum, omnino & omnimodo, &c.*
3 *Verba futura vel præsentia quid inducant.*
4 *Consideratio l. lex vectigali. 31. § 1 ff. de pignoribus & hypothecar.*

AN *emphyteuta, qui cessauit in solutione canonis, cadit ipso iure.*] Verior & communior est sententia existimantium, emphyteutam † ipso iure, propter non solu- 1
tum canonem, emphyteusin amittere, absque processu ordinario, & sententia iudicis declaratoria seu definitiua: dummodo dominus voluntatem suam declaret, & dicat: se nolle illum amplius in emphyteutam habere, *argumento l. 2. C. de iur. emphyteut.* vbi primo Iustinianus ait, domino volenti licere emphyteutam, qui per triennium cessauit in solutione, expellere. Si licet domino eum repellere: consequens est, sententiam iudicis necessariam non esse. Et sane quod sententia iudicis priuatiua seu declaratoria sit opus: nullo verbo in isto textu attingitur: vt parum credibile sit, id Iustinianum Imp. omissurum fuisse, si necessarium foret. Deinde idem Imperator *in d. l. 2. & in Nouell. 7. cap. 3. § sancimus autem 2.* vtitur præcisis dictionibus *omnino* † *& omnimo-* 2
do: quarum dictionum hæc vis est, vt indicent aliquid ipso iure fieri: ideoque tantum esse necessariam declarationem domini, iure suo vti volentis, non vero iudicis. Et quod dictiones, *omnino, omnimodo, penitus, statim, mox*, & similes significent, ipso iure aliquid fieri, prolixe traditum est à Corseto *singul. 194. in verbo, omnino. & singulari 208. in verbo, penitus.* Ludouico Romano *in singulari suo primo*, & Matthesilan *singul.* [illegible]*. & 14. [illegible]*

Tra-

Tiraquello *in repetit. l. si vnquam. 8. super verb. reuertatur. numer. 76. & aliquot seqq. Cod. de reuocand. donat.* Huiusque sententiæ auctores sunt, præter Clarum nostrum, *& ab eo hic laudatos*, Salicetus *num.* 8. & Sichard. *num.* 19. *in d. l. 2. C de iur. emphyteut.* Hostiensis *in cap. potuit. 4. extr. de locato.* Bolcholt. *in tractat. de feud. cap. 3. num. 24.* Connan. *lib. 7. Commentar. iur. ciuil. cap. 12. num. 9.* Fachineus *libr. 1. controuersiar. iur. capit. 93.* Arumæus *Exercitat. Iustin. 14. th. 15.* Corbulus *in tractat. de iur. emphyteut. cap. 15. ampliat. 45. num. 1.* Donell. *lib. 9. Commentar. de iur. ciu. c. 15. post med. vers. postquam constabit, &c.* Gail. *lib. 2. obseruat. 51. num. 7. aliquo ab iis designati.* Tametsi contrarium teneant Speculator *lib. 4. part. 3. titul. de emphyteusi. §. nunc aliqua de iur. emphyteut. num. 60. quæst. 47.* Paul. Castrens. *consil. 68. lib. 2.* Innocent. *in dict. cap. potuit. 4. extr. de locato.* Menochius *de recuperand. possess. remed. 1. num. 79.* Mynsinger. *cent. 3. obseru. 65. num. 1. & seq. & cent. 6. obseru. 77. numer. 1. & seq.* Cranett. *consil. 212. num. 2.* Dominic. Cardinal. Tuschus *tom. 3. practicab. conclus. lit. E. conclus. 199. & conclusio. 192. num. 7. & sequentib.* Trentacinquius *lib. 3. variar. resol. tit de iure emphyt. resolut. 4. num. 2.* Berlichius *part. 2. conclusionum practicabil. conclusion. 46. num. 5.* Bronchorst. *cent. 1. ἐναντιοφανῶν. assert. 53. edit. 1. &* Matthias Stephani *cent. 3. quæstio. 83. ad lit. B. vbi ait, hanc posteriorem sententiam esse quidem æquiorem & probabiliorem: priorem vero (quam & nos amplectimur) de iure veriorem & communem esse.*

3 Cui non obstat, quod † Imper. Iustinianus *in dict. l. 2. ibi, iure suo cadat. C. de iur. emphyteut.* vtitur verbis, non præteritum, sed præsens tempus significantibus: item *in d. Nouell. 7. c. 3. §. sin. ibi, fiant extranei, &c.* vtitur verbis futuri temporis: quæ verba priuationem non ipso iure, sed per sententiam inducunt, *iuxta gloss. in l. iubemus. 14. §. œconomus. super verb. priuetur. C. de sacrosanct. Eccles. & in l. criminali. 5. super verb. habeatur. C. de iurisdict. omn. iudic.* Nam verba futura vel præsentia nequaquam pœnam per sententiam infligunt, quando talia verba sunt coniuncta *(vt in proposito casu)* cum dictione aliqua præcisa, *omnino, omnimodo, mox, prorsus*, aut simili. Ea enim efficit; vt, licet sint verba præsentia vel futura: tamen pœna ipso iure infligatur, *per notata gloss. in cap. quam sit. 6. ad finem. super verb. vacuetur. de elect. lib. 6.* Roman. *consil. 212. circa finem &* Matthesilani *dict. singul. 111. aliorumque, quos referendo sequitur* Borcholtus *prædicto capitul. 3. num. 24. ad finem.*

4 *Sic † quoque non obstat* textus *in l. lex vectigali. 31. § 1. ff. de pignorib. & hypoth.* vbi dicitur; canone, secundum legem vectigali fundo dictam, non soluto, pronunciatum fuisse, fundum secundum legem domini esse. *Etsi* enim in isto textu iudicialis pronunciationis fit mentio: non tamen inde sequitur, quod talis pronunciatio necessario requiratur. Sed & nos non diffitemur: euenire posse, vt iudicis pronunciatione hac in re opus sit; negante *(verbi gratia)* emphyteuta, se in canonis solutione cessasse, & domino eum non soluisse affirmante. Tunc etenim & iudex adeundus, & sententia expectanda est, quæ disputationem & controuersiam istam dirimat: licet nihilominus ante iudicis prolationem emphyteuta, si non soluerit, emphyteusi priuatus intelligatur. *Cæteris obiectionibus sufficienter respondet* Fachineus *dict. libr. 1. cap. 93.*

QVÆSTIO X.

SVMMARIA.

1 *An & quando dominus directus præsumatur remisisse pœnam caducitatis, recipiendo canonem ab emphyteuta, remissiue.*
2 *An & quatenus dominus directus, qui ob canonem non solutum expulit emphyteutam, pensionem temporis præteriti ab eo petere possit, remissiue.*
3 *Vtrum Prælatus recipiendo pensionem præiudicet Ecclesiæ, remissiue.*

NVnquid dominus directus, qui post incursam caducitatem recepit solutionem pensionis ab emphyteuta, censeatur illi remisisse caducitatem.] An † & quando præsumatur dominus directus remisisse pœnam caducitatis, recipiendo canonem ab emphyteuta, late & accurate, post Clarum nostrum, *& alios*, explicant Iacobus Menochius *in tract. de præsumptionib. libr. 3. præsumpt. 112.* D. Obrecht. *disput. 36. de iur. emphyt. th. 348. vsque ad thes. 364.* Aurel. Corbulus *in tract. de iur. emphyt. c. 15. limitat. 21.* Fachineus *lib. 1. controuers. iur. cap. 99. &* Alexand. Trentacinquius *variar. resolutio. lib. 3. resol. 6. de iure emphyt.* De eadem quæstione nos quoque copiose egimus *ad §. adeo autem. 3. Inst. de locat. & conduct. nu. 467. & aliquot subsequentib.* 1

Quæro nunc, quid è conuerso, &c.] An † & quatenus dominus directus, qui ob canonem non solutum intra legitima tempora, expulit emphyteutam, pensionem præteriti temporis ab eo petere possit, declarat, vltra Clarum nostrum, Trentacinquius *d. lib. 3. resol. 7. n. 2.* 2

Nunquid Prælatus possit expresse remittere caducitatem emphyteutæ Ecclesiæ.] Quatenus † prælatus recipiendo pensionem præiudicet Ecclesiæ, ita vt censeatur remisisse caducitatem, post Clarum nostrum, *& alios*, diiucide exponit Trentacinquius *dict. libr. 3. resolut. 6. num. 5. & seqq.* 3

QVÆSTIO XI.

SVMMARIA.

1 *Dominus emphyteutam propria auctoritate, absque iudicis decreto, expellere nequit.*
2 *Non est singulis permittendum, quod per magistratum publice fieri debet.*
3 *Nemo sibi ipsi ius dicere potest.*
4 *Verbum expellendi quomodo accipiendum.*
5 *An & quatenus creditor propria auctoritate ex pacto pignus à debitore auferre queat.*
6 *Quæ suo iure exigere alicui licet, tutius est exigere per iudicem.*

QVod dominus non possit post caducitatem propria auctoritate ingredi possessionem, &c.] Quamuis † emphyteuta, ob non solutum legitimo tempore canonem, ipso iure prædio emphyteutico excidat, *vt patescit ex annotationibus ad quæst. 9.* haud tamen domino illum propria auctoritate, absque iudicis decreto expellere, teique vectigalis possessionem occupare licet. Ratio huius est perspicua: Tum † quia non est singulis concedendum, quod per Magistratum publice fieri debet: ne occasio sit maioris tumultus faciendi. *l. non est singulis. 176. ff. de regul. iur. leg. si cuius. 13. §. æquissimum. ff. de vsufruct. l. dotis. 9. Codic. soluto matrimon.* Tum quia per emphy- 1 2

teutæ cessationem & negationem res fit dubia & controuersa, vt iam ad eius discussionem iudice opus sit, *vt ex-*
3 *plicatum supra ad dictam quæstio.9.num.4.* Atqui † nemo sibi ipsi ius dicere potest, præsertim vbi copia iudicis habetur. *l.extat.13 ff.quod met.caus. l.creditores.3. Cod. de pignorib. l. l nullus.14.C.de Iudæis.l.3.C.unde vi. & tot.titu. C.ne quis in sua caus. iudicet.*

Non obstat *l.2.C.de iur.emphyteut.l.quæro.54.§.1.ff. locati. & l.ede 3.C.de locato.* quibus in legibus domino emphyteutam, & locatori conductorem, ob pensionem non solutam, expellere permittitur. *Nam* † verbum *expellendi* vel *repellendi* (quod in citatis legibus habetur) ad iuris intellectum referri debet. Proindeque illic non corporalem deiectionem significat, sed legitimam expulsionem, quæ non fit de facto, sed ministerio iudicis, & per remedia iuris, competentesque actiones. *d.l.extat.13.ff quod met. caus.cum similib.*

4 Similiter † non refragatur *l.penult. C.de pignerat.act.* ex qua apparet, quod creditor ex pacto pignus à debitore auferre propria auctoritate queat. Si hoc ex pacto & conuentione licet: multo magis auctoritate legis, quæ dat potestatem expellendi emphyteutam, permittendum erit. Non, *inquam*, refragatur. Quia creditor potest propria auctoritate ex pacto pignus auferre à debitore, si is non resistat: alias non item. *l.creditores.3.C.de pignorib.* Etsi igitur debitor creditori facultatem pignus propria auctoritate occupandi concessit: attamen si debitor facto vel verbis resistat: non recte possessionem, nisi iu-
5 dicis interueniat auctoritas, occupabit. Siquidem † & alioquin, quæ suo iure exigere alicui licet, melius ac tutius est exigere per iudicem. *l.si pupillorum.7.§.1.ff.de reb.eor.qui sub tutel.&c l.si alius.7.§.bellissime. 3.in fin.ff. quod vi aut clam. l.si stipulatus 81 in fine.ff.de solutionib.l.debitores. 10. C.de pignorib.* Ioan. Vaud. *variar.quæstion.lib.1.quæstio.13. Huicque pertinent, quæ annotauimus ad §.creditor.4. Instit.quibus mod. re contrah.oblig.num.219.& seqq.* Atque ita, post Clarum hic nostrum *circa finem*, sentiunt Ioan. Borcholt. *in Commentar. de feud.c.3.num.30.* Fachineus *lib.1.controuersiar. iur.capit 95.* Heigius & Vulteius *in §.adeo.9.Instit.de locat. & conduct.numer.17.* Bronchorst. *cent.1. ἐναντιοφ. ἀνῶν. assert 53 edit.1.* Enricus Hedemannus *Disput.17.proposit.59.* Donellus *lib 9. Commentar.de iur.ciu.c.15.vers.vltim.* Menochius *remed.1. recuperandæ possess.num.78.& 79. vbi plures varie sentientes allegat.* Eadem de re consulantur Daniel Moller. *in Commen. ad constitut.Saxon.part.2.constit.38.num.5.* Wurmbser. *lib.1. obseruation.tit.34.obs.1.num.1.* Matth. Colet. *in tract.de process.execut.part.1.cap.5.num 23. & seq.* Zobel. *part.2.differ.45. num.16.* Corbulus *in tract.de iure emphyteut.c.15.qu.12.* Dominic.Cardinal.Tuschus *tom.3.practic. conclusion. lit.E.conclus.191.num.1.& seqq.*

QVÆSTIO XII.

SVMMARIA.

1 *An dominus, si ei emphyteuta pro tribus aut quatuor annis futuris pensionem soluere velit, eam recipere cogatur.*
2 *Pensio emphyteutica, in fine cuiusque anni, integra soluenda.*
3 *Pecunia facile è manibus dilabitur.*

1 *PRo tribus aut quatuor annis futuris, &c.*] Si † emphyteuta domino pro tribus aut quatuor annis futuris pensionem soluere velit, eam dominus recipere minime cogitur. Eiusque ratio manifesta est: quia iuxta legem hu-
2 ius contractus, emphyteutica † pensio est annua, & singulis annis, & quidem in fine cuiusque anni (nisi obstet consuetudo loci, vel conuentio partium, quæ seruari debet) integra soluenda, vt post Salicetum & Iasonem & Guarnerum de Castell. *in l.2.C.de iur. emphyt.* testatur *Clarus hic num.1.* Itaque non licet emphyteutæ, reluctante domino, contra legem contractus solutionem facere: præsertim cum domini intersit, singulis annis pensionem accipere: quia pecunia † vniuersa semel accepta facile è 3
manibus dilabitur, D.Obrecht. *disput.36.th.142.* Idque multo magis obtinet, si pensio non in pecunia numerata debeatur, sed in fructibus, qui cursu temporis possint deteriorari, *vt scribit Clarus noster hic in fine.* Eadem quoque de re, *post* Alciatum *in l.stipulatio ista.38.§. inter incertam.16. num.17.ff.de verbor.obligat.&* Padillam *in l.post mortem.12.nu.12.C.de fideicommiss.* videndus est Petrus Augustin. Morla *in Emporio iuris vtriu, quæ.part.1. titul.8. de reb.credit. quæstio.25. num.6.*

QVÆSTIO XIII.

SVMMARIA.

1 *An & quatenus emphyteuta, irrequisito domino, ius suum emphyteuticum, vel meliorationes suas vendere possit.*
2 *Nunquid emphyteuta, inscio domino prædium vendens, non tamen tradens, iure suo cadat.*
3 *Et quid, si in instrumento emphyteutico diserte exprimatur, quod emphyteuta licentiam alienandi, in quemcunque voluerit, habere debeat.*
4 *Pacta & conuentiones eam semper interpretationem recipiunt, vt aliquid operentur.*
5 *Quando creditor, non prius interpellato debitore, pignus vendere queat.*
6 *Contractus ex partium conuentione legem accipiunt.*
7 *Explicatur l.si quando.35.C.de inofficios.testam.*
8 *Emphyteuta partem rei emphyteuticæ alienans, an & quatenus emphyteusin amittat.*

NVnquid emphyteuta possit alienare rem emphyteuticam.] Emphyteuta, † irrequisito domino, ius suum em- 1
phyteuticum vel meliorationes vendere haud potest: sed debet domino denunciare testato, sed ius suum, quod habet in prædio, vendit urum: quod nisi faciat, iure suo cadit, *l.3.C.de iur.emphyteut. &* post Clarum hic nostrum *notat* Alexand. Trentacinquius *variar. resolut. lib.3. resolut.8. de iure emphyteutico.num.1.* Cuius euidens est ratio: quia dominus de consensu in venditione ideirco interpellandus est, vt si velit, rem eodem precio emere possit, & ius προτιμήσεως seu prælationis vel retractus (*vt vocatur, der vorkauff oder die Lösung*) domino saluum maneat. *d.l.3.C. eodem.* Facta autem legitima denuntiatione, & domino intra duos menses non emente, emphyteuta libere, hisce elapsis mensibus, ius suum transferre in quemcunque alium, idoneum & capacem, potest: præstita tamen domino quinquagesima parte precii vel æstimationis rei quam laudemium vulgo, Germanice **Handlohn vnnd Weglösen** appellitant. *d.l.3.C.de iur.emphyt.* Donell. *lib.9. Commentar.de iur.ciu.c.13.* Borcholt. *in Commentar.de feud.c.3. num.36. & seqq.*

Etiamsi secuta non sit traditio.] Quod † emphyteuta, in- 2
scio domino prædium vendens, non tamen tradens, ius suum non perdat, crebrius placuit, *argum. textus in c.Imperialem, §.callidis. ibi, feudum vendunt, & in alios transferunt. de prohib.feud.alien.per Frid. tit.55.lib.2.feud.* Molin. *in consuet. Paris. §. 13.gloss 5.num 2. & 3.* Eiusque ratio est: quia non dicitur alienatum, quod venditum quidem, sed non translatum est: cum verbum (*vendere*) cum effectu sit intelligendum, *argum.l.1. §. hæc autem verba. ff. quod quisque iur.in alt.stat.l.alienatum. 67.ff.de verb.signifi.cap. relatum.4. ibi, cum*

igitur

igitur verba, &c. extr. de cleric. non resident. Idque explicatius persecutus sum *in §. adeo. 3. Instit. de locat. & cond. num. 439. & seqq.*

Sed pone, quod in ipsa inuestitura sine concessione emphyteusis 3 *conuentum sit, &c.*] Quod † modo dictum est; emphyteutam, irrequisito domino, & absque denunciatione præcedente, ius emphyteuticum vendendi potestatem non habere: illud non procedit, si in emphyteutico instrumento disertis exprimatur verbis, quod emphyteuta licentiam ac potestatem alienandi, in quemcunque voluerit, habere debeat: idque primo per textum *in d. l. 3. ibi, sancimus, siquidem, &c. C. de iur. emphyteut.* vbi diserte cautum est: emphyteutam, qui licentiam alienandi à domino accepit, alienare posse. Atqui in proposito licentia potestasq; alienandi ab initio concessa emphyteutæ fuit. Itaque is peculiari domini consensu amplius opus non 4 habet. Deinde † pacta & conuentiones eam semper interpretationem recipiunt, vt aliquid operentur: sicque non superflue aut frustra à contrahentibus interposita censeantur. *l. si quando. 109. in princ. ff. de legat. 1. l. si stipulatus. 4. ff. de vsur. l. cum essent. 33. §. 1. vers. nisi pactum. ff. de seruit. præd. rusticor. c. si Papa. 10. ibi, cum verba aliquid operari debeant. de priuileg. in 6.* Proindeque conuentio illa in contractu emphyteutico interposita, quod emphyteuta ius emphyteuticum alienare possit, merito sic exaudienda est, vt etiam sine consensu domini ius illud emphyteuta alienare vale-5 at. Præterea † huc facit *l. si conuenit. 4. ff. de pignerat. act. & l. fin. §. 1. C. de iur. dominij impetrand.* quibus textibus probatur: creditorem, qui iure communi pignus, non interpellato prius debitore, vendere non potest, pacto interueniente, vt vendere ipsi liceat, non teneri debitorem 6 admonere seu interpellare. Confert † denique eodem tritissima iuris regula, qua dicitur, quod contractus ex partium conuentione, etiam contra ipsorum naturam, legem accipiant. *l. 1. §. si conuenit. 6. ff. depositi. l. in conuentionalibus. 52. ff. de verb. obligat. l. contractus. 23. & l. semper in stipulationibus. 34. ff. de regul. iur. l. 1. versic. in quo cuncta, &c. C. de iur. emphyteut.*

7 Huic † conclusioni non obstat *l. si quando. 35. in princ. C. de inoffic. testam.* ex qua euinci posse videtur: quod dominus, qui alienandi facultatem emphyteutæ fecit, intelligatur hoc ius emphyteutæ tribuisse, vt alienare possit rem emphyteuticam, obseruatis solennitatibus in alienatione eiusmodi necessariis. Requisitionem autem & consensum domini in alienatione rei emphyteuticæ esse necessarium, liquido constat. *ex d. l. 3. C. de iur. emphyteut.* Non, *inquam*, lex ista obstat. Nam certum est, Imp. Iustinianum in specie illius legis alicui (puta libertino, *vt ibi notat Gothofredus*) quoad bona duntaxat, non vero quoad formam & solennitatem, liberam testandi facultatem concedere voluisse. Et quamuis verba concessionis, per se considerata, etiam solennitatis remissionem importare viderentur: mens tamen Imperatoris minime fuit, de consuetis ac solennibus testamenti formulis per eiuscemodi verba aliquid derogari: cum non credendum sit, Romanum Principem, qui iura tuetur, huiusmodi verbo totam obseruationem testamentorum, multis vigiliis excogitatam atque inuentam, velle euerti, *vt ipsemet Iustinianus ibidem loquitur.* Atque ita docent, præter Clarum nostrum, Salicetus *num. 2.* Baldus *num. 3.* Iason *in numer. 4. & seq. in d. l. 3. C. de iur. emphyt.* Imola *in c. potuit. 4. extr. de locato. num. 64.* Ruin. *consil. 81. num. 6. & 7. volum. 1.* Roland. à Valle *consil. 42. num. 16. vol. 1.* Trentacinq. *variar. resolut. lib. 3. resolu. 8. de iur. emphyteut. num. 8.* Iacob. de S. Georgio, *de feud. in verb. ita quod etiam vasalli, &c. num. 1.* Marc. Mantic. *in tract. de iur. protomis. num. 19. & plures alii, quos recenset & sequitur* Aurelius Corbulus *in tract. de iur. emphyteut. cap. 14. ampliat. 2. num. 5. & aliquot seqq.* Quanquam dissentiant Iacobus Butrigar. hunceque citans Speculator *in tit. de emphyteusi. quæst. 94. num. 117.* Alexand. *cons. 106. viso themate instrumenti. num. 3. & 9. vol. 4.* Beroius *cons. 44. num. 20. & consil. 122. num. 22. & consil. 103. num. 19. vol. 4.* Socin. iun. *cons. 70. num. 9. vol. 3. & alii per eos relati.*

An scilicet emphyteuta alienans partem rei emphyteuticæ cadat à tota emphyteusi.] Quod † emphyteuta alienans, irrequisito domino, partem rei emphyteuticæ, cadat à parte 8 tantum alienata, præter Clarum nostrum, tradunt Socinus *in l. 4. §. Cato. sub num. 20. ff. de verb. obligat.* Riminald. *consil. 41.* Ruinus *consil. 48. num. 12. volum. 2.* Alexand. *consil. 99. in fin. vol. 5. & Caccialupus inter consilia Cornei 67. vol. 2. quem ibidem sequitur* Corneus *in subscriptione.* Tametsi non desint, qui illum à tota re emphyteutica cadere, autumant. Raphael Cuman. *consil. 41. in fine.* Ias. *in d. l. 3. quæst. 14. Cod. de iur. emphyteut.* Bald. *in c. 1. § caldus. colum. 1. vers. & quid in emphyteuta: de prohibit. feud. alien. per* Frideric. Crottus *in d. l. 4. §. Cato. num. 60. ff. de verb. obligat.* Ioan. Cephal. *cons. 139. vol. 1* Roland. à Valle *consil. 17. vol. 2.* Marcus Anton. Natta *cons. 470. & cons. 480. vol. 3. eosque referens* Trentacinquius *d. lib. 3. resolut. 8. num. 2. vers. secunda est opinio, &c. vbi id latius declarat.*

QVÆSTIO XIV.

SVMMARIA.

1 *Num emphyteuta socio suo, eadem de re inuestituto, partem suam libere, & domino irrequisito, vendere valeat.*

2 *Socius, licet consanguineus, rem pro precio, quod ab extraneo offertur, libere retrahere nequit.*

3 *Sententia l. voluntas. 4. C. de fideicommiss.*

4 *Feudum diuidi potest inter consortes.*

5 *Communio parit discordiam.*

6 *Alienatione prohibita, non censetur prohibita alienatio necessaria.*

7 *Necessitas legem non habet.*

8 *Feudum absque domini consensu in simultaneè inuestitum, vel agnatum, licite alienatur.*

9 *Cur feudum, inconsulto domino, alienari nequeat.*

10 *Cur ius emphyteuticum, irrequisito domino, alienari prohibeatur.*

11 *An & quatenus ius patronatus recte alienetur.*

NVnquid plures emphyteutæ possint rem emphyteuticam, domino irrequisito, inter se diuidere.*] Addenda similis quæstio est: an † emphyteuta socio suo, qui eadem de re 1 inuestitus est, vendere partem suam libere, & domino irrequisito, valeat? Et Doctores plerique concludunt: emphyteutam, absque præuia denunciatione domino facta, in socium suum libere alienationem exercere posse. Bartol. *& alii in l. qui Romæ. 22. §. duo fratres. ff. de verbor. obligat.* Iason *in l. si domus. 71. §. vltim. col. vlt. ff. de legat. 1. & Clarus noster hic in verbo, sed etiam inter se alienare, &c.* At sententiam contrariam esse verisimiliorem arbitror, hac ratione motus: quia † socius, licet consanguineus sit, iure communi 2 non potest libere rem retrahere pro precio, quod ab extraneo offertur. *l. dudum. 14. C. de contrah. empt.* Sed dominus directi dominii hoc ius retrahendi habet. *l. 3. C. de iur. emphyt. c. potuit. 4. extr. de locato & conduct.* Proindeque dominus in rei emphyteuticæ venditione præfertur socio emphyteutæ: & consequenter ipsi domino emendi conditio & potestas prius offerri debet, etiamsi socio suo vendere emphyteuta vellet. Ex quo perspicuum esse puto: inter socium emphyteutam & extraneum, emere volentem, nullam hac in re differentiam constituendam esse.

Non † obstat huic sententiæ Alexander Imp. *in l. vo-*
3 *luntas.4.C.de fideicommiss.* vbi prohibitus alienare extra fa-
miliam, potest sorori coheredi vendere vel alienare. *Ea*
namque in lege alienatio non simpliciter, sed certo modo
à testatore prohibita fuit: ne scilicet fundus extra fami-
liam alienaretur. Ex qua sane prohibitione colligitur:
personis, in eadem familia comprehensis, ex testatoris
permissu fundum vendi siue donari posse. Qui enim ex-
tra familiam quid alienari prohibuit: is vtique, vt in fami-
liam transferri vel alienari possit, concessisse videtur.
Atqui nostra in specie res emphyteutica non respectu
certarum personarum, sed simpliciter & indistinctè alie-
nari prohibetur. *d.l.3.C.de iur.emphyt.* Quare hæc prohibi-
tio perinde socium, atq; extraneum, excludit.

4 Minus † obstat textus *in c. imperialem. § præterea ducatus*
tit.55.lib.2.feudor. vbi feudum inter consortes siue socios
coheredes diuidi potest. *Etenim* textus ille aperte loqui-
5 tur de diuisione, quæ † alienatio necessaria reputatur,
propter discordiam, quæ ex communione oriri posset, *ar-*
gum.l.in hoc iudicium.14.§.si conueniat.2.ff.commun diuid.& l.
cum pater.77.§.dulcissimis.20.ff.de legat.2. Alienatione au-
6 tem † prohibita, non censetur prohibita aut interdicta
alienatio necessaria. *l.diuus.5.ff de heredit.at.petit. l.1. in princ.*
ff.de fundo dotal.l.item si res.4.§.si quis.3.ff.de alienat. iudic. mu-
tand.causs.fact.l.peto.69.§ prædium.ibique Dd.ff.de legat.2. cum
7 † necessitas legem non habeat. Decius *in c.quæ propter ne-*
cessitatem.162.ff.de reg.iur. Tiraqnell. *in tract.de retract.ligna-*
gier.§.26.gloss.1.num.19.& seqq. vbi de necessitate plura cumula-
te explicat.

8 Multo minus obstat, quod † de fundo obiicitur, id abs-
que domini consensu in simultaneè inuestitutum, vel a-
gnatum licite alienari posse: cum talis alienatio potius
refutatio (quæ sine voluntate domini fieri potest. *tit.38.*
lib.2.feudor.) quam vera alienatio intelligatur. *tit.49.vers.*
9 *& licet, &c. d. lib.2.feudor.* Illud † enim in feudo ob hanc
rationem receptum est: qooniam per istiusmodi aliena-
tionem, in agnatum factam, nullus domino feudi con-
temptus irrogatur: siquidem feudum hac in specie alie-
natur in eum, qui à domino in prima inuestitura fuit ap-
probatus. Hartman. Pistoris *part.1.quæst.6.num.28.* Ideo-
que cessat isto casu prohibitæ alienationis ratio: quæ in
feudo (*vt iam dictum*) hæc est: quod per alienationem,
sine domini consensu interpositam, dominus contemni,
adeoque iniuria affici videatur, *per textum in tit.24.§.final.*
10 *lib.2.feudor.* Ius † vero emphyteuticum propter hanc po-
tissimum causam, irrequisito domino, alienari prohibe-
tur: quia domino ius rem emphyteuticam eo precio,
quod ab alio offertur emptore, comparandi competit:
quo iure defraudare dominum cupit emphyteuta, qui
absq; denunciatione eidem facta, alteri rem emphyteuti-
cam vẽdit: siue extraneo, siue simul inuestito, etiam agna-
to & consanguineo; partem suam vendat.

11 Denique † non obstat *c.ex insinuatione.43.ext.de iur. pa-*
tronat. vbi ius patronatus (quod inconsulto Episcopo a-
lienari nequit, *c.illud præterea eundum.8.eod. tit.*) in compatro-
num absque Episcopi assensu licite alienatur. *Nam* ius
patronatus indiuiduum est, omnibusque patronis in soli-
dum competit. *c.1. ibique gloss.de iur. patronat.arg.l.loci corpus.*
4.§.si fundus.3. ff.si seruit. vindicet. & l.si libertus.23. in fin ff.de
bonis libertor. Qua de causa alienatio, in compatronum fa-
cta, non alienatio vera, sed potius renunciatio quædam
esse intelligitur, *iuxta gloss. & Canonistas in d.c. ex insinua-*
tione.43.extr. de iure patronatus. Inconcussa ergo manet
conclusio, qua statuitur: socium sine denunciatione legi-
time domino facta, partem emphyteuticam socio suo,
quantumuis sanguine iuncto, vendere non posse: tametsi,
post alios, aliter sentiat D. Sichardus *in d.l.voluntas.4.C.de*
fideicommiss. num.6.& 7.

QVÆSTIO XV.

SVMMARIA.

1 *Vtrum emphyteuta, domino non consentiente, ius suum donare possit.*
2 *Emphyteuta, inconsulto domino, ius suum alteri legare licet.*
3 *Cur emphyteuta permissa sit donatio, inscio domino; venditio non item.*
4 *Consideratur l.3.vers.minime.C.de iure emphyt.*
5 *Quatenus procedat regula: eidem vendendi ius esse, cui donandi.*
6 *Decurio prædia sua, sine iudicis decreto donare, non vero vendere, potest.*
7 *Facilius homines inducuntur ad vendendum, quam donandum.*
8 *Mulierum genus auarissimum.*

Q*Vod scilicet emphyteuta possit ius suum sine domini consensu*
alteri donare.] Emphyteutam † ius suum nullo mo- 1
do sine domini consensu donando transferre posse, *post*
Irnerium, antiquum Glossatorem, & Bartolum hic allegatum,
docuerunt Franciscus Sarmientus *lib.3.selectar. interpretat.*
c.2.num.3.cum seqq. Fachineus *lib.3.controuersiar. iur.c.97.&*
Hunnius *lib.3.variar.resol iur.ciuil.tract.7.part.2.quæst.18.* Sed
contrariam sententiam communiter Doctores amplexi
sunt, Accursius in *l.fin.in verb. alii vendere. C.de iur.emphyt.*
ibique Coralius *num 9.&* Lilon *num.54.& seqq. aliique, quos*
refert & sequitur hic Clarus noster. Quibus adiiciendi sunt
Aurel. Corbulus *in tract.de iur.emphyteut.c.14.limitat.13.* Io-
annes Borcholt. *de feud. cap.3. num 42.* Donell *lib.9. Com-*
mentar. de iur.ciu.c.14. Bronchorst. *cent.1. ἐναντιοφανῶν. as-*
sert.51.edit.1. Arumæus *Exercit.Iustin.14.th.14.* Dn. Obrech.
assert.36.de iur.emphyteut.th 106.& seqq. D.Bocer. *class.2.dis-*
put 14.th.67.lit.A. Matthias Stephani *cent.3.quæst.83.ad lit.*
A. Vulteius *in §.adeo.3.num.19.Instit.de locat.& conduct.* We-
senbec. *part.2.consil.88.num.24. &* D.Besoldus *in prælect. tit.*
ff si ager vectigal.pet.quæst.3. Quibus & ego non inuitus ad-
stipulor, motus præcipue *l.1.C.de fundis patrimonialib.* vbi
Constantinus Imp. rescripsit, quod emphyteuta fisci siue
Reipubl. ius suum citra iudicis voluntatem saluo canone
alteri donare possit. Idem ergo & in priuata emphyteusi
statuendum erit. Deinde † certum est: emphyteutam, à 2
inconsulto domino, prædium emphyteuticum, vel ius si-
bi competens, alteri legare posse. *l.si domus.71.§.vlt.ff.de*
legat.1.l.in conuentionibus.219.ff. de verb.significat. Legatum
autem donationem esse, non ambigitur. *§.1.Instit.de legat.*
l.legatum.36.ff.de legat.2. Et ratio differentiæ, cur † em- 3
phyteutæ permissa sit donatio: inscio seu inconsulto do-
mino, venditio non item, hæc est: quia in venditione id-
circo dominus de consensu interpellatur: vt, si velit, eo-
dem precio emere possit. *l.3.C.de iur.emphyteutico.* Ast hæc
ratio in donatione cessat: quoniam donatio est gratuita,
& beneuoli erga bene merentem affectus declaratio,
quem non æque, aut saltem per iniuriam, erga se, vt erga
bene meritum, declarari dominus petit, cum istius affe-
ctionis certæ & speciales sint causæ, nec domino cum do-
natario communes, *arg.l.nec admisit.9.ff.pro socio.* Donell. A-
rumæus, Corbul. *& alii locis præallegatis.*

Huic † assertioni non aduersatur *d.l.3.vers.minime licere,* 4
&c.C.de iur emphyteut. vbi diserte negatur, ius emphyteu-
ticum absque consensu domini per emphyteutam trans-
ferri posse. Quod *transferendi* verbum etiam donationem
includit: cum per eam proculdubio ius emphyteuticum
in donatarium transferatur. Non, *inquam*, versiculus

ille

ille [illegible]tioni huic aduersatur. Nam ex subsequentibus statim Iustiniani verbis apparet: ad translationem fundi vel iuris emphyteutici, consensum domini non simpliciter & præcise, sed hactenus desiderari, quod emphyteuta domino futuram mutationem, per venditionis titulum factam, rite denunciare debeat, vt ipse dominus eodem precio meliorationes & ius emphyteuticum emere valeat. Ast in quæstione proposita non de venditione & precio, cuius lex ista tantum meminit, sed gratuito donationis titulo agitur.

5 Similiter † non resistit vulgata iuris regula, qua dicitur: eidem vendendi ius esse, cui donandi. *l. cuius. 163. ff. de regul. iur.* Ideoque sicut emphyteuta inconsulto domino donare potest, ita etiam eundem vendere posse dicendum videbatur. Non, *inquam*, hæc regula resistit:
6 quia † neutiquam procedit, si donandi & vendendi diuersa appareat ratio, vt hic. Sic & decurio licet prædia sua sine decreto iudicis vendere vetetur: ea tamen donare non prohibetur. *l. vltim. Cod. de prædiis decurion. sine decr.*
7 *non alienand.* Facilius † quippe homines inducuntur ad vendendum, quam donandum, propter commoditatem precii. Hancque ipsam ob caussam Senatusconsultum Velleianum obligatæ mulieri succurrit, non do-
8 nanti. *l. sed si ego. 4. §. fin. ff. ad S.C. Velleian.* quia † mulier non facile donat, & mulierum genus est auarum, auctore Cicerone *lib. 1. de inuent.* & auarissimum, tradente Accursio *in l. Nesennius. 34. in v. ilt. ex contrario. ff. de negot. gest. & in d. l. 4. in gloss. vltim. ff. ad SC. Velleian.* vno vice miraculi est, cum mulier donat, pronunciante Baldo, *quem refert* Tiraquellus *in legib. connubialib. leg. 9. gloss. 1. part. 9. num. 43. & seq. vbi late de re prolixius tract.* Cætera huic sententiæ quæ opponi solent, refutaui *ad d. §. adeo. 3. Instit. de locat. & conduct. num. 323. & seqq.*

QVÆSTIO XVI.

S V M M A R I A.

1 *Quæ emphyteusis dicatur noua & antiqua; quæ item hereditaria & ex prouidentia, remissiue.*

2 *An & quatenus filius in emphyteusi pater præiudicare possit; remissiue.*

EMphyteusis aliquando dicitur noua, aliquando dicitur anti-
1 *qua.*] Quæ † emphyteusis dicatur noua & antiqua; quæ item hereditaria, & ex pacto siue prouidentia, *post Clarum hoc loco, & alios*, abunde explicat Aluarus Valascus *in tract. de iur. emphyt. quæst. 42. & 43.*

2 *Quod potest pater in ea filius præiudicare.*] An † & quatenus pater in emphyteusi filius præiudicare possit, post Clarum nostrum, *& ab eo hic congestos*, latissime declarat Valascus *dict. tractat. de iur. emphyteut. quæst. 49. num. 1. & seqq.*

QVÆSTIO XVII.

S V M M A R I A.

1 *Ecquid emphyteuta, sine consensu domini, rem emphyteuticam permutare liceat.*

2 *Permutationis caussa.*

3 *Quatenus permutatio sit similis venditioni, & verbo emptionis contineatur.*

NVnquid possit emphyteuta rem emphyteuticam sine con-
1 *sensu domini permutare.*] Quod † emphyteuta sine consensu domini rem emphyteuticam titulo permutationis in alium transferre haud possit, respondit Speculator *in titul. de emphyteusi. quæst. 121. numer. 147.* Angelus *in l. cum hi. 8. § si cui non. 24. ff. de transactionib. &* Sarmientus *lib. 3. selectar. interpretat. cap. 2. num. 20.* Verum contrariam affirmantem sententiam, præter Clarum nostrum, *& multos alios*, probarunt Iason *in l. fin. num. 101. C. de iur. emphyteut.* Tiberius Decianus *respons. 55. num. 61. volum. 3.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 30. gloss. 1. num. 34* Guid. Pap. *decis. 92.* Hieron. Gabriel. *consil. 84. num. 3. &* Corbulus *in tractat. de iur. emphyteut. cap. 14. limitat. 12.* Eiusque ratio fere est eadem, quæ est in donatione; quam inscio & inconsulto domino fieri posse, ostensum est supra *ad quæstion. 15. numer. 2. & seqq.* Plerunque † enim 2
permutat emphyteuta propter affectionem, quam habet ad rem, quam ex permutatione consequi intendit, ob vicinitatem forte, vel commoditatem, alias non permutaturus, si non posset illam rem assequi. Non igitur citra iniuriam emphyteutæ, aliam rem offerendo, permutationem hanc dominus impedire conabitur. Et sane dominus vix idem præstare potest, quod offert is, cum quo permutatio instituitur. Aut enim non habet easdem res, aut non eodem loco sitas, aut non tam commodas emphyteutæ, quam alter habet. Dn. Obrecht. *disp. 36. de iur. emphyt. th. 191.*

Nec † obstat *l. sciendum. 9. §. deinde. 5. ff. de ædilit. edict. l.* 3
final. ff. quib. ex caus. in possess. eat. & l. statuliberi. 29. ante finem. ff. de statu liberis. quibus in legibus dicitur, permutationem esse similem venditioni, verboque emptionis omnem alienationem contineri. Cum itaque venditio fundi emphyteutici prohibita sit: efficitur inde, permutationem etiam eius censeri interdictam. Hoc, *inquam*, non obstat: quandoquidem permutatio venditioni similis est, & verbo emptionis comprehenditur; non vtique ratione proprietatis vocabuli, sed ratione mentis & voluntatis, eo scilicet casu, in quo eadem militat permutationis & emptionis ratio. Ast in præsenti quæstione longe diuersam rationem inter emptionem & permutationem esse, modo indicatum est. Et certe vtriusque diuersitas vel inde constat: quod permutatio rebus, venditio precio fieri dicitur. *leg. 1. ff. de rer. permutat.*

QVÆSTIO XVIII.

S V M M A R I A.

1 *An emphyteuta, absque domini consensu, prædium emphyteuticum oppignorare queat.*

2 *Sarmienti noua opinio refutatur.*

3 *Enodatio l. lex vectigali. 31. ff. de pignorib. & hypothec.*

4 *Prohibito vno, omnia simul, quibus ad illud peruenitur, prohibita censentur.*

5 *Pignoratione concessa, non intelligitur etiam concessa venditio.*

6 *Intellectus leg. si pupillorum. 7. §. 1. ff. de reb. eor. qui sub tutel. &c.*

7 *Intellectus l. final. C. de reb. alien. non alienand.*

AN possit emphyteuta rem emphyteuticam sine domini consensu hypothecare vel pignorare.] Quod † emphy- 1
teuta prædium emphyteuticum absque domini consensu oppignorare non possit, defendere conatur Sarmientus *libr. 3. selectar. interpretat. capit. 2. numer. 23.* vbi audacter dicit, eandem denunciationem, quæ in

vendi-

venditione requiritur, requiri etiam in pignoris constitutione. Sicut enim (*inquit*) in venditione potest dominus offerre precium: ita etiam quando res pignoratur, potest dominus mutuare pecuniam, sub qua pignoratur. Nam si admitteretur pignoratio sine domini consensu, nulla ei facta denunciatione, necessario etiam permitteretur venditio, *per textum in l. si pupillorum. ~. §. si pupillus.*
2 *ff. de reb. eor. qui sub tutela &c.* Hæc [illegible] sententia non [illegible] novi cuique plausibilis videtur, eam tamen à veritatis tramite longe lateque aberrare exploratum est, *per textum* † *notabilem in l. lex vectigali. 31. ff. de pignorib. & hypothec.*
3 ubi proponitur, fundum vectigalem fuisse emphyteuticarium ab emphyteuta oppignoratum nulli [illegible], & quæritur, an recte pignori datus esset? Respondit Scævola: si pecunia intercessit, pignus subsistere. In hac autem lege, dominio non consentiente, nec requisito, fundum emphyteuticum obligatum fuisse, ex eo manifestum est: tum quod nulla prorsus nulla fit mentio consensus domini: sed potius ex adverso ostenditur solum possessorem fundi vectigalis contractum pigneratitium cum creditore celebrasse. Tum quod in ista lege a Scævola I.C. in dubium vocatur: utrum pignus subsistat. Ex quo facile percipitur; nullam domini requisitionem præcessisse. Si enim domini requisitio sive voluntas intervenisset: temere & frustra Iureconsultus dubitasset, an fundi vectigalis hypothecario iure valeret. Tum denique, quod eadem in lege subucitur: si debitor emphyteuta, vel creditor secundum legem contractus emphyteutici canonem non solverit, potiorem esse dominum in fundo vectigali ipso creditore, cui fundus obligatus sive pignoratus fuerat: Ex quo rursus cernitur: dominum in hypothecarionem fundi vectigalis minime consensisse. Alioquin enim non ipse, sed creditor ratione pignoris, consensu domini constituti, potior esset. Eandem sententiam non parum confirmat textus *in l. tutor. 16. §. finali ff. de pigneratitia act.* item ratio illa, quod pignus in bonis debitoris remaneat. *l. pignus. 9. C. eod.*

4 Huic sententiæ non obstat pervulgata regula, quæ astruitur: quod † prohibito uno, omnia tamen, quibus ad id pervenitur, prohibita esse intelliguntur. *Lex illo. 16. ff. de sponsalia.* Venditio autem iuris emphyteutici, domino non requisito, sit prohibita. Ergo etiam pignoratio, per quam ad venditionem pervenitur, interdicta censeatur. Non, *inquam*, regula ista obstat. Venditio namque fundi emphyteutici non simpliciter, sed hactenus prohibita est, ut illum emphyteuta non possit domino (qui requisitus precium offerre mavult) non consentiente distrahere. Cæterum si dominus, post denunciationem sibi factam, precium intra tempus legitimum offerre tergiversatur: eo etiam invito, venditio perfici potest. *l. 3. C. de iur. emphyteut.* Sed † & per pignorationem, emphyteu-
5 tæ concessam, non pervenitur ad venditionem, eidem interdictam. Neque enim, pignoratione fundi emphyteutici interposita, creditori licet fundum hypothecarium vendere, domino, qui requisitus precium offerre paratus est, consensum suum non accommodante. *d. l. 3. C. eod.* Atque hac responsione satisfieri etiam potest dissentientis Sarmienti fundamento, quod extruit *ex d. l. si pupillorum. ~. § 1. ff. de reb. eor. qui sub tutela, &c.* Affirmamus siquidem, pignoratione concessa, haudquaquam permitti creditori, domino contradicente, fundum emphyteuticum hypothecæ suppositum distrahere. Nam licet minime [illegible] creditorem illum vendere fundum posse: hæc [illegible] venditio secundum [illegible] rationem ac naturam [illegible] emphyteuticæ instituti [illegible] domino [illegible] peragenda erit. *d. l. 3. C. de iur. emphyteut.*
6 Nec † contrarium *ex d. l. si pupillorum. ~. §. 1. ff. de reb. eor. qui sub tutela, &c.* [illegible] igitur. *Quoniam* ibi decretum prætoris, in venditione rei pupillaris, pignori suppositæ, ideo non desideratur: quod decretum illud in contractu pignoris legitime interpositum fuerat. Sufficit enim decretum semel in actu interveniente, sive inde [illegible] nec postea in executione ipsius actus necessario [illegible] *argum. l. quæro. 60. §. 1. versic. sed ut expediatur quæstio. ff. de rit. dotium.*

Sic † non obstat *l. ultim. C. de reb. alien. non alienand.* 7 alienatione prohibita, censetur etiam pignoris datio interdicta esse. *Quia* ea de specie illic tractatur, in qua alienatio simpliciter prohibita fuit: qua prohibitione facta, utique etiam pignoris datio inhibita esse intelligitur. At vero fundi emphyteutici venditio non simpliciter (*ut supra monitum*) sed hactenus emphyteutæ est interdicta, ut illum nequeat, domino, si modo ipse precium offerre velit, non consentiente distrahere. *d. l. 3. C. de iure emphyteut.* Atq; hæc est communissima Interpretum sententia: quā post Clarum nostrum, *& ab eo citatos*, comprobant Emanuel Soarez *in thesaur. recept. sentent. in verb. emphyteut. num.* 105. Andreas Gail. *lib. 2. observat. 25. num. 6.* Borcholt. *in tractat. de feud. capit. 5. num. 42. circa finem.* Corbulus *in tractat. de iure emphyteut. cap. 14. limitat. 33. & alii, per hunc designati.*

QVÆSTIO XIX.

SVMMARIA.

1 *Locatio ad modicum tempus, item ad longum tempus quæ.*
2 *Num emphyteutæ integrum sit, prædium creditori suo, irrequisito domino, in solutum dare.*
3 *Datio in solutum mera venditio esse dicitur.*

Si *quæris de locatione ad modicum tempus.*] Adde, quod † 1 locatio ad modicum tempus sit, quæ fit ad triennium, quinquennium, imo & ad novennium: locatio vero ad longum tempus sit, quæ fit ad vitam locantis, sive ad decennium, vel ultra, *argum. rubric. & l. penult. & ult. C. de præscript. long. tempor.* Philip. Corneus *consil. 55. num. 2.* Decius *consil. 264.* Bartol. *in l. 1. §. quod autem. ff. de superficieb.* Aluarott. *in proœm. feudor. col. penult.* Covarruv. *lib. 2. var. resol. c. 16. nu. 1. & plures alii, quos cumulat & sequitur* V[illegible] *in tract. de iure emphyt. quæst. 19. num. 1. & 5.*

Adde & illud: quod † emphyteuta prædium emphy- 2 teuticum creditori, cui ad certam pecuniæ summam obligatus est, irrequisito domino, in solutum dare non possit: sed domino facultas concedatur, ut post denunciationem sibi factam ipsemet pecuniam creditori debitam exponat, sicque prædium ad se recipiat. Huiusque † ratio evidens est: quia datio in solutum, quæ fit volunte[illegible] pro 3 pecunia debita, mera venditio esse dicitur. *l. ultim. ff. de reb. auctorit. iud. possidend. l.* [illegible] *prædium 4. in fin. C. de evictionib.* Ludovic. Bologninus *con. 21 & cons. 25. num. 4. Afflict. deci. 335. num. 8 & decis. 365. num. 2.* Aretin. *consil. 160. num. 15 &c.* Quemadmodum ergo in venditione ita & datione in solutum potestas competit domino offerendi pecuniam, eaque oblatione efficitur, ut dominus, se invito, emphyteusis per venditionem vel dationem in solutum, in alium transferatur. *l. fin. C. de iur. emphyt. ubi* Iason *num. 3. versic. intellige tamen,* [illegible] Decius *con. d. 160.* Burfat *consil. 44. num.* [illegible] *versic. at* [illegible] *volum. 1. & alii, quos* Corbulus *in tract. de iure emphyteut. cap.* [illegible] *limitat. 10. num. 3.*

&c.

QVÆ-

QVÆSTIO XX.

SVMMARIA.

1 *An emphyteuta, irrequiſito domino, poſſit rem emphyteuticam alteri in emphyteuſin concedere.*
2 *Nunquid emphyteuta, inuito domino, prædium emphyteuticum in dotem dare valeat.*
3 *Finis denunciationis & expectationis conſenſus domini quis.*
4 *Emphyteuta olim quouis modo ius ſuum alienare poterat.*
5 *Quod noua lege non eſt expreſſum ſpecialiter, veteri adhuc relictum intelligitur.*
6 *Vtrum emphyteuta fundum vectigalem æſtimatum, domino diſſentiente, in dotem dare queat.*
7 *Datio rei æſtimatæ in dotem, ſpecies venditionis putatur.*
8 *Molineus confutatur.*
9 *Sententia & intellectus l. æſtimatis. 50. ff. ſolut. matrimon.*

1 A*Lteri in emphyteuſin concedere.*] Etſi † emphyteuta, irrequiſito domino, rem emphyteuticam alteri in emphyteuſin concedere non poteſt, *teſte hic Claro noſtro*: tamen recepta, eaque vera traditio eſt, quod † emphyteu-
2 ta abſque domini conſenſu prædium emphyteuticum alicui fœminæ in dotem dare queat. *Ita docent* Salicetus *num.* 10. & Iaſon *num.* 107. *in l. fin. C. de iur. emphyteutico.* Speculator *in tit. de emphyteuſi. quæſt.* 10 7. *num.* 133. Imola *in c. potuit. 4. extr. de locato. num.* 17. Bertrand. *conſil.* 180. *volum.* 2. Hoſtienſ. *in ſumma tit. de locat. §. fin. verſic. nunquid ergo res emphyteutica, &c.* Tiraquell. *de retract. lignagier. §. 1. gloſſ.* 14. *num.* 95. Corbulus *in tractat. de iur. emphyteut. cap.* 14. *limitat.* 20. *aliique complures, per eos citati.* Et ratio huius (quemadmodum & cæterarum alienationis ſpecierum)
3 hæc aſſignari poteſt: quia † denunciatio & expectatio conſenſus domini in eum finem à lege deſideratur, cum emphyteuta vult vendere ius emphyteuticum, vel meliorationes ſuas, vt poteſtas fiat domino eodem precio emendi, ſi velit. *d. l. fin. ver. ſed ne hac occaſione. C. de iur. emphyteut.* Sed huic fini vt locus non eſt in donatione, legato, oppignoratione, & permutatione, *de quibus ſupra quæſtio.* 15. 17. & 18. ita nec in dotis datione. Proindeque in his alienationibus omnibus domini conſenſum exigere
4 non debemus. Accedit & illud, quod antiquitus emphyteuta quouis modo alienare libere impuneque poterat, & in alium transferre ius ſuum, *vt arguit textus in §. adeo. 3. verſ. ... &c. Inſtit. de locat. & conduct. l. 1. in princ. ff. si ager vectig. id eſt emphyteut. l. creditor.* 16. *§. vltim. ff. de pignorat. act. & l. ſi domus.* 71 *§. fin. ff. de legat.* 1. Sed hæc libera alienandi poteſtas illi in venditione ſolummodo, Iuſtiniani noua conſtitutione adempta eſt, in cæteris negociis non item. Itaque cæteræ alienationes ei liberæ relictæ cenſentur.
5 Quicquid enim noua lege ſpecialiter non eſt expreſſum: id veterum legum conſtitutionumque regulis relictum intelligi debet. *l. præcipimus.* 32. *in fine. Codic. de appellationib.* D. Bocerius *claſſ.* 2. *diſputat.* 4. *th.* 67. *ſub lit. A edit.* 2.
6 At difficilis quæſtio eſt: vtrum † emphyteuta fundum vectigalem æſtimatum domino non conſentiente, alicui in dotem dare poſſit? Et minime poſſe, Interpretes numero non pauci concludunt, Speculator *d. tit. de emphyteuſi. quæſt.* 1 ... *num.* ... Imola *in d. cap. potuit. num.* 17. *de locato.* Salicet. *num.* ... Iaſon *num* 108. *in d. l. fin. C. de iure emphyteut.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloſſ.* 14 *numer.* 21. Decius *conſil.* 160. *colum* 2. Guid. Pap. *deciſio.* 48. *num.* 2. & *alii, quos recitat* Corbulus *d. tract. de iur. emphyteut. cap.* 14. *ampliat.* 32. Atque hanc concluſionem veritati omnino eſſe congruam, exiſtimo. Etenim in conf. ſſo eſt, venditionem fundi emphyteutici impediri poſſe per dominum hac ratione, vt ipſemet precium offerat, fundumque emphyteuticum, ſi velit, emat. *d. l. fin. Cod. de iur. emphyteut.* Item autem datio rei æſtimatæ in do- 7
tem, ſpecies venditionis reputatur. atque ita in dubio res æſtimatæ in dotem marito datæ, ei venditæ intelliguntur. *l. cum fundus. ... ff. locati. l. plerumque.* 10. *§. ſi ante* 4. ... *l. cum poſt.* 69. *§. cum res.* ... *ibique* Gothofred. *ff. de iure dot. l. quotiens.* 5. *ibique* Baldus. *Cod. eod. tit.* Quare recte præfatis Doctoribus placuit, fundum vectigalem æſtimatum, domino inuito & diſſentiente, in dotem dari non poſſe: ſed domino facultatem competere offerendi precium, in quo dos conſiſtat, translato vtili dominio in ipſum potius, precium offerentem, quam in maritum.

Et † quamuis ab hac opinione, quæ communem na- 8
cta eſt applauſum, recedat Molineus *in conſuetudinib. Pariſienſ. titul.* 1. ... 56. *gloſſ.* 1. *numer.* 36. ob hanc maxime rationem, quod æſtimatio in dubio venditionem non faciat ſiue inducat, *argum. l. æſtimatis* 50. *ff. ſolut. matrim.* vbi maritus, cui res æſtimatæ in dotem datæ fuerunt, eaſdem res adhuc extantes, ſoluto matrimonio reſtituere tenetur: adeoque per æſtimationem rerum dotalium venditio non contracta videtur: attamen cum ex *prædicta l. quotiens.* 5. *C. de iure dot.* ... patcat per æſtimationem rerum dotalium regulariter venditionem contractam cenſeri: non eſt, quod iſthac Molinei obiectione moueamur. Nam ad † præcipuum ipſius fundamen- 9
tum, *puta d. l. æſtimatis.* 50. *ff. ſolut. matrimon.* quod attinet: maritus in eius legis ſpecie res ipſas æſtimatas, in dotem datas, matrimonio diſſoluto, idcirco tenetur reſtituere: quod ex verbis paciſcentium manifeſte conſtabat, illud actum fuiſſe, vt ipſæmet res perempto matrimonio redderentur.

Ex quibus contrahentium verbis & illud apparebat: æſtimationem non eo animo, vt contraheretur venditio; ſed alio conſilio interpoſitam fuiſſe. Etſi enim (*vt dictum*) rerum dotalium æſtimatio regulariter venditionem conſtituit: tamen etiam alio fine, alioque conſilio talem æſtimationem per maritum & vxorem interponi poſſe, non dubitatur. *l. ſi inter virum.* 21. *C. de iur. dot.* Interim autem regula iſthæc, quod æſtimatio venditionem inducat, niſi contrarium euidenter actum fuerit, firma permanet.

QVÆSTIO XXI.

SVMMARIA.

1 *An liceat emphyteutæ in prædio emphyteutico, ſine domini conſenſu, ſeruitutem conſtituere.*
2 *Extincto iure datoris, etiam ius acceptoris extinguitur.*

N*Vnquid poſſit emphyteuta ſine domini conſenſu conſtituere ſeruitutem.*] Emphyteutam † in prædio em- 1
phyteutico ſine domini conſenſu ſeruitutem conſtituere poſſe, præter Clarum noſtrum, Doctores plerique, & merito quidem, tradiderunt. Iaſon *in l. fin. Cod. de iure emphyteut. numer.* 117. & *ſeq.* Aff. *deci.* 38 *numer.* 2. & *ſeq.* Bocrius *deciſ.* 181 *num.* 1 ... 11. Natta *conſil.* 516. *num.* ... Rolandinus à Valle *conſil.* 59. *numer.* 10. & ... *volum.* 2. Corbulus *in tractat. de iur. emphyteut. capitul.* 14. *limitat.* 21. Borcholtus *in tractat. de feud.*

feud.cap.3 num.43. & Paulus Busius ad l.3 num. 4. ff. de seruitutib. Hac enim ratione nihil domino detrahitur, cum is nihilominus rem emphyteuticam salnam habeat, & quotannis pensionem constitutam accipiat: ipseque emphyteuta suo tantum, non domini iuri praeiudicet. Vnde, finita emphyteusi, finitur quoque ius eius, vt hic Clarus re-
2 fert subiicit: quia † extincto iure dantis, etiam ius accipientis extinguitur. l. Statius Florus.48 § de iure fisc. l. peto.69. §. praedium 1. ff. de legat. 2. l. lex vectigali.31. ff. de pignorib. & hypoth. Tiraquell. in l. si vnquam 8 super verbo reuertatur. nu. 130. C. de reuoc. and. donat. & in tract. cessante causa, cessat e, ectus. limitat. 1. num. 24. itemque in tractat. Le mort saisit le vif. declarat. 1. part. 3. num. 8.

QVÆSTIO XXII.

S V M M A R I A.

1 Milites cur locationis & emphyteuseos contractum celebrare prohibeantur.
2 Curiales res alienas conducere vel in emphyteusin accipere nequeunt.

1 CVriales & milites.] Milites † quemadmodum conducere res alienas prohibentur: ita & in emphyteusin accipere vetantur: ne, omisso armorum vsu, ad opus rusticum se conferant: & vicinis graues praesumptione cinguli militaris existant. Armis siquidem, non priuatis negociis, occupari debent, numeris & signis suis iugiter inhaerentes, Remque publicam, a qua aluntur, ab omni bellorum necessitate defendentes. l. milites. 31. & l. fin. C. de locato & conducti. ibique in sua summa Azo, num. 4. Curiales
2 † quoque si res alienas conduxerint, vel in emphyteusin acceperint; nulla obligatio ex huiusmodi contractu competit. l. curialis. 30. C. d. titul. l. decurio. 4. ff. de decurionib. Idque latius explicat. Iason in l. fin. num. 90. & 97. Cod. de iure emphyteut.

QVÆSTIO XXIII.

S V M M A R I A.

1 Laudemium an debeatur de locatione ad longum tempus.
2 Laudemium, ex alienatione debitum, non censetur per pactum alienandi remissum.

1 IN quacunque alienatione rei emphyteuticae soluendum est domino directi laudemium.] Adde, quod † sicut alienata emphyteusi debetur domino directo laudemium. l. fin. C. de iur. emphyteut. & Clarus hoc loco notat: ita similiter debeatur laudemium, si emphyteuta ad longum tempus locauerit, Speculat. de locato. § nunc aliqua. vers. 143. cum seq. Imol. in cap potuit. 4. colum. 14 extr. de locato. Alexand. consil. 165. colum. 1. libr. 2. Decius consil. 204. numer. 2. & alii. Nec id mirum. Nam si locatio ad longum tempus alienatio est: cur non debebitur domino laudemium? vide Aluarum Valasc. in tractat. de iur. emphyteut. quaest. 29. num. 16. Ad-
2 de item, quod † laudemium, ex alienatione domino debitum, non censeatur per pactum alienandi remissum. Ita tenent Salicet. & Iason num. 4. in d. l. fin. C de iur. emphyteut. & plures alii, quos refert & sequitur Henneus à Rosenthall. in tractat. iuris feudal. cap. 9. membr. 1. conclus. 42. num 12.

***

QVÆSTIO XXIV.

S V M M A R I A.

1 Emphyteuta, irrequisito domino rem emphyteuticam alienans iure suo priuatur.
2 Tametsi iuris ignorantia lapsus alienationem fecerit.
3 Ne rustico quidem, mulieri & militi licet ignorare iura contractus.
4 An emphyteuta poenam priuationis euitet, si post alienationem, illicite factam recuperauerit rem emphyteuticam.

NVnquid emphyteuta propter alienationem rei emphyteuticae factam, &c.] Emphyteutam, qui † irrequisito domino, rem vectigalem siue emphyteuticam alienauit, 1
iure suo cadere, ostensum est supra ad quaest 13. Haecque conclusio ampliatur, vt procedat etiamsi † iuris ignorantia lapsus emphyteuta praedium emphyteuticum, non consentiente domino, alienauerit. Quidem a poena 2
priuationis propter iuris ignorantiam minime excusatur, argum. l. leges sacratissimae. 9. C. de legib. & l. constitutiones. 12. C. de iur. & fact. ignorant. Imo ne † rustico quidem, mulieri & militi iura contractus ignorare licet, arg. l. vlt. C. eod. tit. 3
ac proinde ob alienationem, irrequisito domino factam, à iure suo cadunt, vt docuit Bald. in c. 1 qu. est penult. de controuersia inter domin. & emptor feud. tit. 42. lib. 2. feudor. Idem in l. fin. C. de iur. emphyteut. num 128. & seq. Tiraquell. de retract. conuent. §. 4. gloss. 7. num. 17. Guilhelm. Ro. Ioan. in tracta. de reb. eccles. non alienand. de caducitate ob rei alienationem. ver. an emphyteuta quoq, num. 12. & Corbulus in tract. de iure emphyteut. cap. 14. ampliat. 46. At quid dicendum, si emphyteuta post alienationem & traditionem illicite factam recuperauerit rem emphyteuticam: nunquid hoc casu poenam priuationis euitabit? Minime: quia statim alienatione facta, ius domino fuit quaesitum, quod ipsi absque suo facto & consensu auferri, aut per redemptionem rei venditae tolli nequit. l. 1. §. si rem. 15. ff. depositi. l. quidam. 10. in fine principii. & l. rogo. 21. ff. de fideicommiss. libertat. l. id, quod nostrum. 11. ff. de reg. iur. c. 1. quid iuris, si post alienat. feudi va. alien. id recuperauerit. tit. 44. lib. 2. feudor. Emanuel Soarez. in thesaur. recept. sent. in verb. emphyteusis. num. 78. & post alios tradidit Clarus noster supra d quaest. 13 nu. 6 Plura huc pertinentia exposuit copiosius ad §. adeo autem 3 Institut. de locat. & conduct. num. 4. 6 & seqq. 4

QVÆSTIO XXV.

S V M M A R I A.

1 Non solum emphyteuta, qui interuertit possessionem domini, sed & qui negat, bona esse emphyteutica, iure suo cadit.
2 Vasallus si infitietur feudum, id amittat.
3 Mendacium quibus casibus puniatur, remissiue.

AN emphyteuta, qui interuertit possessionem domino, cadat à iure suo.] Non † solum ille emphyteuta, qui possessionem domini interuertit, auctore hic Claro notato; sed 1
& qui scienter negat, se esse emphyteutam, & rem esse emphyteuticam, & postmodum mendacii conuincitur; haud dubie emphyteusin perdit. Quia cum negando in re ipsa peccet: iustum est, vt quoque priuatione rei puniatur. arg. l. ex facto. 43. §. Iulius Longinus ff. de vul. & pupill. substitut. l. consensu. 8. §. hec nisi. C. de repud. l. quicunque. 14. C. de episcop. & cleric. & cap. fin. ext. de immunit. Eccles. Hincque confert textus in §. vasallus si feudum & §. vasallus fundum

5 *dem tit. 26. lib. 2. feudor.* vbi expresse cauetur: quod, † si va-
sallus inficietur feudum, vel feudi partem, aut eius con-
ditionem, postea de mendacio conuictus, feudum, & e-
ius conditionem perdat. *Atque ita docet Speculator in tit de*
locato. §. nunc aliqua. (vt vulgo citari solet) vel potius in titul.
de emphyteusi quæst. 63. num. 82. & Corbul. *in tract. de iure em-*
phyteut. c. c. num. 2. cum seqq. Cæterum plures casus, quibus
3 † punitur mendacium, retuli *in §. adeo autem. 3. Inst. de locat.*
& conduct. nu. 446. & seqq. ex Conrado Rittershusio *libr. 2.*
partition. feudal. c. 5. qu. 41. pag. 421.

QVÆSTIO XXVI.

SVMMARIA.

1 *Emphyteusis amittitur, si emphyteuta dolo aut culpa rem em-*
phyteuticam insigniter deteriorauerit.
2 *Colonus, contra legem contractus faciens, iure expellitur.*
3 *An emphyteuta etiam ob leuem deteriorationem, priuationis*
pœna plectendus sit, si diserte promisit, se rem emphyteuti-
cam non deteriorem facturum.
4 *Verba sic accipienda sunt, vt aliquid operentur.*
5 *Omnia pacta secundum subiectam materiam intelligen-*
da.
6 *Quando verba sine effectu operandi relinquenda.*
7 *Expressio eorum, quæ tacite insunt, nihil operatur.*
8 *Quæ dubitationis tollendæ causa exprimuntur, ius commune*
non lædunt.
9 *Num quid emphyteuta, qui partem duntaxat fundi emphyteu-*
tici deteriorem fecit, toto fundo priuetur.
10 *Heres ratione eius tantum partis, in qua fraudem adhibuit,*
punitur.
11 *Pœna commensuranda delicto.*
12 *Vasallus, qui nolente domino partem feudi alienauit, non toto*
feudo, sed parte solum alienata priuatur.
13 *Intellectus l. si quis in graui. 3. §. si autem. 24. ff. de S C.*
Silan.
14 *Sententia Letiansi partis. 121. ff de legat. 1.*
15 *Consideratio l. eadem dicemus. 4. §. Cato. versic. quamuis. ff.*
de verb. obligat.
16 *Emphyteuta, arbores fructiferas incidens, ius suum per-*
dit.
17 *An emphyteuta priuationis pœnam incurrat, si arbores fructi-*
feras à se positas inciderit.
18 *Arbores pars soli esse iudicantur.*
19 *Quatenus dominus ex incisione arborum, ab ipso emphyteuta*
plantatarum, damnum patiatur.
20 *Anne iure suo cadat emphyteuta, si alias arbores frugiferas in*
locum cæsarum constituerit.

N*Vmquid emphyteuta possit expelli propter deteriorationem.*]
1 Si † emphyteuta dolo, culpa lata, aut leui, rem em-
phyteuticam insigniter deteriorem fecerit, ab omni iure
suo cadit, adeoque expelli potest, *per Nouell. 120. cap. 8. &*
auth. qui rem. C. de S S. Eccles. Qui textus licet de emphy-
teusi ecclesiastica loquantur: recte tamen etiam ad secu-
larem siue ciuilem, cum in vtraque ratio eadem mili-
tet, porriguntur. Nam in vtraque emphyteusi ita res
emphyteutæ datur, vt eam excolat, & meliorem faciat:
in vtraque, *inquam*, res vtenda, non abutenda; melio-
2 randa, non deterioranda datur. Et † sane si colonus,
contra legem contractus faciens, iure expelli potest. *l.*
æde. 3. C. de locato. poterit & emphyteuta hac de causa: quia
in contractu emphyteutico non minus, ac in contractu
locati, firma & rata esse debent, de quibus conuenit. *l.*
1. C. de iur. emphyteut. Atque ita, præter Clarum nostrum,
sentiunt Bald. Alexand. Decius, Iason *& alii in d. auth. ben.*
qui rem. C. de S S. Eccles. Crottus *consil. 155. num. 1.* Marcus
Anton. Natta *consil. 481. in princ. volum. 3.* Roland. à Valle
consil. 49. num. 21. volum. 2. Mynsinger. *cent. 6. obser. 86.* Hart-
man. Pistoris *lib. 1. quæstion. iur. q. 28.* Menoch. *de arbitr. iudic.*
lib. 2. cent. 1. cas. 78. num. 3. D. Obrecht. *disput. 36. de iur. emphy-*
teut. th. 285. cum multis seqq. D. Bocer. *class. 2. disput. 14. th. 84.*
edit. 2. Corbulus *in tractat de iur. emphyteut. cap. 13. num. 4. &*
24. Trentacinquius *var. resolut. iur. lib. 3. resol. 2. de iure emphyt.*
aliique per eos relati.

Illud haud expeditum est: si † emphyteuta in contra- 3
ctu emphyteutico disertis verbis promisit, se rem em-
phyteuticam non deteriorem facturum, vtrum hoc casu
ob quamuis, non solum insignem & magnam, verum et-
iam propter leuem & modicam deteriorationem, priua-
tionis pœna plecti debeat? Quod quidem asserit Nat-
ta *d. consil. 481 num. 14. & seqq. quem citat & sequitur* Corbu-
lus *tractat. de iure emphyt. cap. 13. num. 9. argumento l. si quando.*
109. in princ. ff. de legat. 1. & c. si Papa. 10. ibi, cum verba aliquid
operari debeant. de priuileg. in 6. Quibus ex locis hæc colli-
gitur doctrina: in quauis dispositione verba † sic accipi- 4
enda esse, ne ociosa sint, sed vt aliquid operentur. Iam
vero si in proposita specie emphyteuta, propter leuem
deteriorationem, priuationis pœnam pati non deberet:
pactum illud de re non deterioranda frustra interpositum
censeretur, *contra d. l. si quando. 109. ff. de legat. 1. & d. c. si Papa.*
10. de priuileg. in 6 Sed, obiectione isthac nihil mouente,
probabilius esse iudico, quod emphyteuta, cum quo ta-
lis inita est pactio, ob leuem deteriorationem iure suo
non cadat. Omnia † enim pacta, & verba pactorum se- 5
cundum subiectam materiam, & naturam illius rei, qua
de agitur, intelligi debent. *c. solitæ. 6. & ibi Canonistæ. extr.*
de maioritate & obedient. l. ex conducto. 15. §. si vno. 4. & l. quæro.
54. §. 1. ff. locati. l. si olei. 21. C. de locato. l. damni. 43. ff. de damn. in-
fect. Nicol. Euerhard. *in locis legalib. loc. à subiecta materia.*
num. 1. Atqui contractus emphyteutici natura & condi-
tio hæc est: vt leuissimam emphyteuta culpam præstare
non cogatur, *argu. l. si, vt certo. 5 §. nunc videndum. ff. commo-*
dat. l. contractus. 23. ff. de reg. iur. & docui latius ad §. adeo. 3. num.
399. Instit. de locat. & conduct. l. item infra ad quæst. 42. num. 2.
& consequenter quod ob leuissimam culpam & deterio-
rationem modicam non puniatur. Quocirca pactum il-
lud, de re non deterioranda adiectum, hanc in sententiam
accipi non debet, quod emphyteuta leuissimam culpam
in re deterioranda præstare teneatur.

Nec † quicquam obest, quod modo de operatione 6
verborum seu pactorum adductum est. Etenim potius
admittitur, vt & verba & pacta sint superuacua, & sine ef-
fectu operandi, quam vt aliquid operentur contra subie-
ctam materiam, & naturam illius rei, de qua tractatur,
per notata Baldi *in rubr. C. de contrah. empt. num. 9.* Alexandri
consil. 21. num. 9. lib. 5. Gozadini *cons. 74. num. 16.* Socin. *regul.*
440. limitat. 2. & Cephali *consil. 104. num. 8.* Et † iuris 7
non incogniti est: quod expressio illorum, quæ tacite in-
sunt, nihil operetur: quodque potius admittatur, vt dis-
positio sit superflua, quam vt expressio eorum, quæ tacite
insunt, aliquid operetur. *l. verba hæc. 12. ff. de conditionib. in-*
stitut. l. hæc verb. 1. 3 & ibi Bartol. & Iason. *ff. de legat. 1. l. non re-*
cte. 3. C. de fideiussorib. Ruin. *consil. 63. num. 15. lib. 1.* Paris. *con-*
sil. 110. num 47. libr. 1. Censetur etenim expressio eorum,
quæ tacite insunt, ad tollendam omnem dubitationem
facta fuisse, *tradentibus* Socino *consil. 102. num. 11. libr. 3. &*
Cephalo *d. consil. 104. numer. 14.* Iuris autem indubitati
est: quod † ea, quæ dubitationis tollendæ causa contra- 8
ctibus inseruntur, ius commune non lædant, neque
mutent. *l. qui mutuam. 56. in princ. ff. mandati. l. quæ dubita-*
tionis. 81. ibique Decius & Cagnol. *ff. de regul. iur.* Crauett.
consil. 70. num. 29. lib. 1. aliique plures, quos memorat & sequitur
Ludolphus Schrader. *in tract. feud. part. 10. sect. 3. n. 39. & seq.*

In † disceptationem vocatur & illud: nunquid emphy-
9 teutam, qui non integrum fundum emphyteuticum, sed
partem duntaxat eius deteriorem fecit, toto fundo, vel
saltem ea parte, quam fecit deteriorem, priuetur? Priua-
ri eum toto fundo, scribunt diserte Richardus Malum-
bra, Oldrad. & Baldus *in l. cum eiusdem. 34. ff. de aedilit. edict.*
Andr. Barbat. *in addit. ad* Bald. *in l. ade. 3. sub num. 14. versic.*
sed quid, si ex pluribus rebus. C. de locato. Challineus *in con-*
suetud. Burgund. rubr. 4. §. 6. num. 7. Roland. à Valle *consil.*
49. num. 15. lib. 2. Ioseph. Ludouic. *decis. 22. num. 6.* Al-
bert. Brun. *in tractat. de augmento monetae. conclus. 12.* Tira-
quell. *de retraict. lignager. §. 23. num. 4. gloss. 1.* Corbul. *dict.*
tractat. de iur. emphyteus. cap. 13. num. 7. Trentacinq. *d. lib. 3.*
resolut. 2. num. 3. aliique ab iis designati. Caeterum contra-
riam sententiam & veritati & aequitati magis esse amicam
reor, *per l. rescriptum. 6. & l. heres. 11. ff. de his, quae vt indignis*
10 *auferuntur.* Ex quibus textibus apparet, quod † heres ra-
tione eius tantum partis, in qua fraudem adhibuit, pu-
11 niatur. Et ratio non obscura est: quia † poena commen-
suranda est delicto, nec id excedere debet. *l. perspicien-*
dum. 11. l. aut facta. 16. ff. de poenis. l. sancimus. 22. C. eod. cap. quae-
sunt. 2. in fin. extr. de iis, quae fiunt a maior. part. capit. c. felicis. 5. §.
illud autem. de poen. in 6. Accedit textus *in tit. 38. de vasallo,*
qui contra constitut. Lotharii *regis benefic. alienauit. lib. 2. feud.*
12 vbi † vasallus, qui inscio aut nolente domino, partem
tantum feudi alienauit, non toto feudo, sed ea solum-
modo parte, quam non consentiente domino alienauit,
priuatur. Idem igitur in deterioratione responden-
dum erit: quod videlicet partem feudi deteriorem red-
dens vasallus, non toto feudo, sed ea tantummodo par-
te, quam deteriorem reddidit, priuetur. *Et ita tenent*
Cotneus *consil. 67. num. 11. lib. 2.* Schrader. *d. tract. feud. part.*
9. cap. 6. num. 10. Conrad. Rittershus. *lib. 2. partition. iuris*
feudal. c. 5. quaest. 71. & D. Collega Bocer. *class. 2. disput. 14.*
th. 85. vbi allegat idem sentientem Iacobum Concennat. *lib.*
4. quaestion. iur. q. 5. num. vlt.

13 Neque † turbat hanc sententiam *l. si quis in graui. 3. § si*
autem non totum. 24. ff. de senatusconf. Silan. vbi Vlpianus in
haec verba respondit: *Si non totum testamentum, sed pars*
eius aperta sit: dicendum est, in edictum incidisse eum, qui ape-
ruit. Parum enim refert, vtrum totum, an pars aperiatur. Nam
hoc ibidem IC. dicit respectu Senatusconsulti illius, in
quod aeque delinquit, qui partem aperit testamenti, an-
tequam vindicata sit nex defuncti, atque is, qui totum:
nec ad feudi siue emphyteuseos vel deteriorationem, vel
alienationem trahi debet.

14 Non † quoque hanc assertionem euertit *l. etiamsi par-*
tis. 111. ff. de legat. 1. vbi etiam tutor partis bonorum, si a tu-
tela se excuset, toto eo priuatur, quod ipsi testamento
est relictum. *Licet* enim quis partis tantum bonorum
pupilli tutor sit: tamen nihilominus tutor est: & cum to-
tum detrectet tutelae officium: merito & omni beneficio
legati vel fideicommissi carebit. Secus autem est, si quis
partem tantum rei emphyteuticae siue feudalis deterio-
rauerit. Is siquidem totum deteriorasse dici non potest.
Rittershus. *loco ante allegato.*

Non † item eandem conclusionem infringit *l. eadem*
15 *dicemus. 4. §. Cato. versic. quamuis. ff. de verb. obligat.* quem
textum Angelus, Iason, Carolus Ruinus, & plerique
Dd. in hanc sententiam interpretantur: quod obliga-
tus sub certa poena de non faciendo aliquid, si contra
faciat, siue contraueniat in parte, totam poenam vi ipsa
incurrat. *Verum* namque est, ex specie istius §. eum ei pos-
se, quod poena committatur pro parte contrauentionis
tantum, vt egregie contra alios demonstrauit Molineus
(sub nomine Gasparis Caballini) in tract. de diuid. & indiuiduis. 3.
part. principal. num. 522. & seqq.

Non potest emphyteuta incidere arbores fructiferas.] Em-
phyteutam, qui † arbores fructiferas incidit, ius suum 16
perdere certum est: quia eiuscemodi arbores incidendo,
fundum emphyteuticum deteriorem reddere dicitur. *l. si*
cuius. 13. §. fructuarius. 4. ff. de vsufruct. l. & eleganter. §. non so-
lum. 3. ibi, arbores excidit, vel extirpauit. ff. de dol. mal. l. 2. ibi, arbo-
res deiecisset, &c. ff. si vsufruct. petet. & l. in fraudem. 45. §. con-
ductor. 13. ibi, arbores pomiferas cadere. ff. de iur. fisci. Atque ita
tradunt, praeter Clarum nostrum, *& ab eo hic relatos,* Gui-
lielm. Redoan. *in tract. de reb. Eccles. non alienand. de caduci-*
tate ob rei deteriorationem. in princ. pag. 505. Menochius *de*
arbitrar. iudic. quaest. lib. 2. cent. 1. cas. 78. num. 7. Tobias Non.
consil. 58. num. 20. Ioan. Hanibal. *in l. nemo potest. 55. num. 168.*
ff. de legat. 1. Pinel. *ad l. 1. C. de bon. matern. part. 2. sub nu. 60. vers.*
idem in emphyteuta. Corbulus *d. tract. de iur. emphyt. c. 13. num.*
2. pluresque alii, per eos congesti.

Illa addenda hic quaestio est: an † emphyteuta, si fru- 17
ctiferas arbores à se positas inciderit, priuationis poenam
mereatur? Et mereri, verius esse arbitror. Cum † enim 18
arbores, ab emphyteuta plantatae, pars soli esse iudicen-
tur. *l. fructus. 44. ff. de rei vindicat. l. vitium. §. fructus. 8. ff. quae in*
fraud. creditor. l. sed si meis. 26. §. arbor. ff. de acquir. rer. domin. &
ratio non permittat, vt alterius arbor esse intelligatur,
quam cuius in fundo radices egerit. *l. adeo quod. m. 7. in fin.*
ff. eod. tit. & §. si Titius alienam. 32. Inst. de rer. diuis. consequens
est; arborum, in praedio emphyteutico ab emphyteuta
insertarum, dominium ad illum, cuius est solum, specta-
re: atque adeo emphyteutam eas incidendo, ipsum prae-
dium deteriorasse, remque emphyteuticam violasse cen-
seri: ac proinde priuationis poenam merito incurrere. D.
Bocer. *d. class. 2. disp. 14. th. 86. edit. 2.*

Nihil decerpit huic sententiae, quod † obiicitur à dis- 19
sentientibus (*nimirum Francisco Beccio consil. 33. num. 7. & a-*
liis, quorum meminit, Corbulus *d. cap. 13. num. 2. ad finem.*) do-
minum amittere quidem lucrum, sed nullo affici damno,
si fructiferae arbores, ab ipso emphyteuta plantatae, incisae
fuerint. *Respondetur* enim: arbores istas, quoniam solo
inhaeserunt, ratione directi dominii acquisitas esse do-
mino, ad quem directum soli dominium pertinet: ita vt
ex illarum incisione dominus non sperato, sed quaesito
iam lucro priuetur. Lucri autem, quod quaesitum est,
idem, ac damni, ius habetur, *arg. l. liberto octoginta. 26. ff. de bo-*
nis libertor. Crauett. *consil. 764. nu. 3. & seqq.*

Quod † porro dictum est: emphyteutam fructiferas 20
incidendo arbores iure suo cadere, id non procedit, quan-
do emphyteuta, qui arbores frugiferas incidit, alias ae-
que fructiferas in earum locum supplantauit & substi-
tuit, *argumento dict. l. in fraudem. 45. § conductor. 13. ibi, non*
substituit alias. ff. de iure fisci. Huiusque ratio manifesta
est: quia emphyteuta, in locum arborum incisarum a-
lias aeque fructiferas & foecundas substituens, praedium
emphyteuticum per istam incisionem deterius fecisse
non intelligitur, *vt sentiunt, post alios complures à se alle-*
gatos, Caepoll. *de seruitutib. rustic. praed. capit. 22. de monti-*
bus. num. 13. Guilielm. Redoan. *d. tractat. de reb. Eccles. non*
alien. de caducitate ob rei deteriorationem. versic. & vt discutia-
tur. numer. 13. pagin. 510. Tiraquell. *de retract. conuent. §. 3.*
gloss. 1. num. 26. & Corbulus *dict. tractat. de iur. emphyteut.*
capit. 13. num. 28. Quas duo posteriores plures limitatio-
nes, in praxi diligenter notandas,
recensent.

QVAE

QVÆSTIO XXVII.

SVMMARIA.

1 *An emphyteuta, in solutione canonis cessans, & antequam dominus declaret, se velle, eum iure suo cecidisse, fructus percipiens, ad eorum restitutionem teneatur.*

2 *Fructus ad rei dominum spectant.*

3 *Actus sub conditione factus, ea non existente, effectum non habet.*

4 *Malæ fidei possessor fructus omnes restituere tenetur.*

5 *Vsufructuarius fructus, finito vsufructu perceptos, restituere cogitur.*

1 AN *emphyteuta cessans in solutione canonis, cadat ab emphyteusi.*] Quod † emphyteuta in solutione canonis cessans, iure suo emphyteutico cadat, abunde explicatum est supra *ad quæst.* 8. Addi autem hoc loco illa quæstio anceps & perplexa poterit: si emphyteuta in solutione canonis cessauerit, & antequam dominus declarauerit, se velle, eum iure suo cecidisse, fructus perceperit; an ad restitutionem eorum teneatur? Et teneri, plerique affirmarunt. Speculator *in titul. de emphyteusi. quæst.* 10. *num.* 19. Bald. *in l. si pater.* 5. *in* 3. *notab. Cod. de vsufruct.* Iason *in l.* 2. *num.* 17. *Cod. de iur. emphyteut.* Angel. in *Nouell.* 7. *cap.* 7. Felin. *in cap. de quarta. num.* 33. *extr. de præscript.* Cæpolla *in consil. ciuil.* 25. *num.* 7. Ripa *in l.* 1. *§. si heres.* 16. *num.* 16. *ff. ad S C. Trebellian.* Gulielm. Redoan. *in tractat. de reb. Eccles. non alienand. quæst.* 19. *cap.* 2. *num.* 12. *pag.* 441. *&* Tiraquell. *in repetit. l. si vnquam.* 8. *in verb. reuertatur. num.* 271. *C. de reuocand. donat.* Sed contrarium tenuerunt Rota Bononiensis, Petrus de Benintendis *decisio.* 37. Corbul. *in tractat. de iur. emphyteut. cap.* 15. *ampliat.* 38. *num.* 21 Mynsinger. *cent.* 6. *obseru.* 83. *num.* 5. Fachineus *lib.* 1. *controuers. iur. cap.* 94. *vers. verum re maturius, &c.* Hedemannus *disput.* 17. *proposit.* 61. *&* Barsopius *disput. de iur. emphyteut. thes.* 45. Quorum sententiam; vtpote (*teste Mynsingero dicto loco*) iustiorem, & æquitati magis consentaneam, atque post multam disputationem in Camera Imperiali obtentam; & ego omnino sequendam
2 censeo. Quia † clarissimi iuris est: fructus spectare ad eum, qui rei est dominus. *l. & ex diuerso.* 35. *§.* 1. *& l. solum* 49. *§.* 1. *ff. de rei vindicat.* Ast antequam dominus declaret, se velle esse locum caducitati; emphyteuta iure suo non est priuatus, sed dominium rei retinet. *l.* 2. *C. de iur. emphyteut.* vbi sancitur expresse, emphyteutam cadere iure suo ob canonem non solutum; *si dominus voluerit.* Ergo antequam dominus velit, cadere non dicitur. Illa siquidem verba (*si dominus voluerit*) conditionem im-
3 portant. Priusquam † autem conditio eueniat, actus sub conditione factus, non habet effectum. *leg. cedere diem.* 213. *ff. de verb. signif. l. legata, sub conditione.* 41. *ff. de condit. & demonstrat.* Quapropter cum fructus ad ipsum emphyteutam pertineant: eos restituere non est obligatus.

4 Non obstat huic conclusioni, quod † malæ fidei possessor fructus non faciat suos, sed omnes restituere teneatur. *l. fructus.* 13. *l. si nauis.* 62. *§. vltim. ff. de rei vindicat. l. domum.* 5. *l. si fundum.* 17. *& l. certum.* 22. *C. eod. § si quis a non domino.* 35. *Instit. de rer. diuis. &c.* Emphyteuta autem, posteaquam iure suo cecidit, malæ fidei possessor censeatur. *Nam respondetur per inficiationem:* quoniam emphyteutam esse malæ fidei possessorem ex eo tempore, quo in solutione cessauit, nequaquam conceditur: cum iure suo priuatus non dicatur, nisi dominus voluerit. Igitur ante domini declarationem non est priuatus: & sic bonæ fidei esse intelligitur: quia probabiliter credere potest, dominum ipsi pœnam remittere velle.

Similiter † non aduersatur, quod vsufructuarius ad fructuum, quos finito vsufructu percepit, restitutionem teneatur. *l. si pater.* 5. *Cod. de vsufructu.* Quandoquidem nostro in casu ius emphyteuticum ex sola cessatione in solutione, finitum & extinctum esse, prorsus negatur. Reliqua, quæ huic refragari assertioni videntur; refutaui *in §. adeo autem.* 3. *Institut. de locat. & conduct. num.* 539. *& seq.* Eadem diluit accurate Fachineus *dict. libr.* 1. *controuers. iur. cap.* 94. 5

QVÆSTIO XXVIII.

SVMMARIA.

1 *Emphyteusis ecclesiastica simpliciter alicui data, ad quos heredes transeat.*

2 *An emphyteusis ecclesiastica Titio, eiusque heredibus simpliciter concessa, etiam ad extraneos Titii heredes descendat.*

3 *Heredis nomen generale, extraneos quoque heredes complectitur.*

4 *Paciscens, quibuscunque heredibus suis pacisci intelligitur.*

5 *Seruatis debitis solennitatibus, res ecclesiastica licite alienatur.*

6 *Genuina emphyteuseos ecclesiasticæ natura.*

7 *Quæuis emphyteusis sui natura est perpetua.*

8 *Explicatio & intellectus Nouellæ 7 c. 3.*

9 *Naturalia cuiusque rei, per se inesse creduntur.*

10 *Emphyteusis ecclesiastica alicui in perpetuum concedi potest.*

11 *Emphyteusis Ecclesiastica ad extraneos heredes transit, si data sit Titio, & quibuscunque eius heredibus.*

12 *Particula* (quibuscunque) *omnes omnino comprehendit.*

13 *Et quid, si in concessione dictum fuit,* pro te, & heredibus; & quibus dederis.

T*Ransibit ergo huiusmodi emphyteusis proculdubio ad filios, &c.*] Quando † emphyteusis ecclesiastica simplici- 1 citer data est alicui, nulla nec filiorum, nec heredum facta mentione, eam ad filios, & nepotes tantum transire (nisi aliud consuetudine & moribus obtentum fuerit) *post plures a se citatos*, tradit Alexander Trentacinquius *variar. resolut. lib.* 3. *resolut.* 3. *de iur. emphyteut. num.* 6. Sed hac de re vide, quæ notaui *ad §. adeo autem.* 3. *numer.* 173. *Institut. de locat. & conduct.* vbi ostendi, hanc opinionem, quantumuis communem, subsistere neutiquam posse.

Quando emphyteusis est simpliciter concessa pro se, & heredibus.] Num † rei ecclesiasticæ emphyteusis (siquidem 2 de emphyteusi ciuili minime dubitatur aut controuertitur) Titio, eiusque heredibus simpliciter concessa; non tantum ad descendentes, sed & extraneos Titii heredes deuoluatur, multum controuersa quæstio est? Et licet negatiuam sententiam sequantur plerique omnes; *quos conseruauit hic Clarus noster, &* Trentacinquius *d. resolut.* 3. *num.* 9: affirmatiuam tamen ego *cum eodem Claro hic in fine,* Gomeo *consil.* 131. *numer.* 13. *& consil.* 172. *num.* 17. *volum.* 2. Socino Iunior. *consil.* 124. *colum. fin. volumin.* 1. Natta *consil.* 117. *volum.* 1. *&* Couarruuias *libr.* 2. *variar. resolut. cap.* 17. *num.* 5. *versic. quarta conclusio, &c.* in puncto iuris veriorem esse censeo. Tum † quia heredis nomen generale est, etiam extraneos heredes continens, 3 *per princip. & §. in extraneis.* 4. *Instit. de hered. qualit. & different.* Tum † quia generaliter is, qui paciscitur, qui- 4 buscunque suis heredibus, atque adeo etiam extraneis,

 pacisci

pacisci intelligitur, tametsi eorum nullam mentionem
faciat. *l. iurisgentium. 7. §. pactorum. 8. & l. tale pactum. 40. in
princ. ff. de pact. l. si pactum. 9. ff. de probation. l. ficus re. 8. §. si de-
bitoris. 16. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluit. l. veterum. 13. Cod. de
5 contrah. & committ. stipulat.* Tum † quia si seruatis de-
bitis solennitatibus res ecclesiastica, quoad vtile & dire-
ctum dominium, alienari potest, sicque alienata ad extra-
neos heredes transit. *cap. sine exceptione. 12. qu. 2. argum. cap.
1. 2. & 3. de his, quæ fiunt a prælat.* cur non etiam emphy-
teusis ecclesiastica Titio, eiusque heredibus concessa,
ad extraneos heredes deriuaretur, si Titius nullos de-
6 scendentes reliquerit? Nec obstat, quod † vulgo obii-
citur, emphyteuseos ecclesiasticæ hanc esse genuinam
naturam, vt ad tertiam solummodo generationem, non
autem extraneos heredes porrigatur. *Nouell. 7. c. 3. in prin-
cip.* Nam contrarium verius esse opinor: quod videli-
cet emphyteusis ecclesiastica, inspecta sua natura, ad
7 quoscunque heredes transeat. Quælibet † enim em-
phyteusis regulariter sui natura intelligitur esse perpe-
tua, atque ita ad quosuis heredes transitoria. *l. 1. in princ.*
vbi Bald. & Angel. *ff. si ager vectigalis, id est, emphyteut. pet.*
Iason *in l. 2. num. 160. C. de iur. emphyteut.* Socin. sen. *consil.
50. num. 15. lib. 4.* Ruin. *consil. 3. num. 18. & consil. 160. num.
30. lib. 1. & consil. 151. num. 14. lib. 4.* Balb. *in tractat. de præscri-
ptionib. in 1. part. tertia partis principal. quæst. 10. num. 35.* Al-
ciat. *in tractat. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. vltim. hosque re-
ferens & sequens* Menochius *de præsumptionib. lib. 3. præsump.
107. num. 7. & seqq.* A qua regula cum emphyteusis
ecclesiastica excepta non inueniatur: merito illi standum
& adhærendum est, *iuxta l. omnis definitio. 201. ff. de reg. iur.
8 ibique Cagnol. num. 57.* Neque † obest *d. Nouell. 7. capit. 3.*
Etenim quod ibi emphyteusis ecclesiastica ad heredes
extraneos non defertur: non fit secundum, sed potius
contra naturam emphyteuseos ecclesiasticæ. Est siqui-
dem hoc introductum ex prohibitione singulari, in fa-
uorem Ecclesiæ Constantinopolitanæ maioris (*vt Go-
thofredus ibidem annotauit*) & reliquarum venerabilium
domuum ad eam pertinentium, contra huius contra-
ctus naturam & conditionem. Quod vel ex eo manife-
stum efficitur. Si enim hæc contractus emphyteutici,
per Prælatum & capitulum celebrati, fuisset natura, vt
ad extraneos heredes deuolui non posset: prohibitione
dicta Nouell. 7. c. 3. desuper facta haud opus fuisset: quo-
9 niam † naturalia cuiuslibet rei, etiamsi de iis dispositio vel
mentio nulla fiat, per se tamen inesse creduntur, *argum.
10 l. pacta conuenta. 72. ff. de contrah. empt.* Adde, quod † pro-
hibitio *dict. c. 3.* iure nouissimo sublata est, & constitu-
tum: quod emphyteusis ecclesiastica in perpetuum, at-
que adeo omnibus, etiam extraneis heredibus, concedi
possit. *Nouell. 120. c. 6. §. 1. & luculenter docui ad d. §. adeo autem.
§. Inst. de locat. & conduct. nu. 160. & subseq.*

*Quid, si ab Ecclesia concessa sit emphyteusis alicui pro se, & he-
11 redibus quibuscunque.*] Dubium non est vllum, quin † em-
phyteusis ecclesiastica ad extraneos heredes descendat,
si data sit Titio, & quibuscunque eius heredibus. Parti-
12 cula † enim *quibuscunque* generalis est: & ambitu suo o-
mnes omnino complectitur. *cap. solita. 6. in fin. ibi, nihil
excipiens, qui dixit, quodcunque. de maiorit. & obedient. c. super
quæstionum. 27. §. eos autem statuimus. ibi, vel iudex quicun-
que. de offic. & potestat. iudic. deleg. c. 1. ibi, personis quibuscunque.
vbi gloss. titul. 1. de iudiciis. libr. 2. Clementinar.* Atque ita,
præter Clarum nostrum, sentiunt Baldus *in l. 1. ff. de rer.
diuis. in quæst. 24.* Roman. *in l. etiam. 18. in princip. ff. solut.
matrim.* Curt. iun. *consil. 4. sub num. 24. versic. confirmatur,
&c.* Ripa *in l. ex facto. 17. §. vltim. num. 16. ff. ad SC. Trebel-
lian.* Viuius *lib. 1. sylua communium opinion. in opin. 248. vers.
sed ista sententia.* Vrsillus *in additionib. ad Afflictum. decis. 100.*
Ioan. Borcholt. *in Comment. de feud. c. 3. num. 17. &* Trenta-
cinq. *d. lib. 3. resol. 3. num. 12.* vbi ex Viuio subiicit, hanc con-
clusionem procedere, etiamsi dictum sit in concessione *?
pro te, & successoribus quibuscunq.*

*Vbi concessio facta fuisset pro se, & heredibus, & quibus dede-
rit.*] Quando † in concessione dictum fuit, *pro te &* 13
heredibus, & quibus dederis; etiam heredes quosuis extra-
neos includi, indubitatum est: vt post Clarum hic
nostrum, *& alios,* testatur Trentacinquius *d. lib. 3. resolut.
3. num. 13.*

QVÆSTIO XXIX.

SVMMARIA.

1 *An bona emphyteutica in fiscum per bonorum publicationem transeant.*

2 *Emphyteusis ecclesiastica de sui natura ad quosuis transit heredes.*

N*Vnquid confiscatis bonis emphyteuta, emphyteusis transeat
in fiscum.*] Quod † bona emphyteutica vel censu- 1
alia, quæ ex vi pactorum, aut pro sui natura in extraneos
transmitti possunt, in fiscum per publicationem bono-
rum transeant, *vltra* Bartol. *hic à Claro allegatum,* affir-
mant Baldus *consil. 284. num. 32. volum. 2.* Dec. *consil. 447.
num. 31.* Ruin. *consil. 23. num. 33. & consil. 26. lib. 5. hosque re-
ferens* M. Antonius Peregrinus *libr. 5. de iure fisci. titul. 1.
num. 70.*

*Emphyteusis ecclesiastica de sui natura non transeat ad extra-
neos heredes.*] Quod † emphyteusis ecclesiastica de sui 2
natura ad quosuis heredes, adeoq; etiam extraneos, tran-
seat, *contra Clarum nostrum & opinionem communem,* mon-
stratum est supra *in additionibus ad quæstionem proxime præce-
dentem. num. 6. & seqq.*

QVÆSTIO XXX.

SVMMARIA.

1 *Filii naturales tantum, qui proprie appellentur.*

2 *An & quatenus liberi naturales tantum suis parentibus succedant, remissiue.*

F*Ilij naturales.*] Filii † siue liberi naturales tantum, 1
proprie appellantur liberi ex pellice siue concubina
(quam scilicet quis solutam & vnicam indubitato affe-
ctu domi loco vxoris habuit) nati. *can. liberi. 15. caus. 32.
quæst. 2. gloss. in c. nisi cum pridem. 10. super verb. manzeres. extr.
de renunciat.* qui alias dicuntur nothi. Iacob. Cuiacius
tom. 1. coniectur. lib. 3. cap. 8. Valentin. Forster. *lib. 6. de suc-
cessionib. ab intest. cap. 32. num. 2. cum seqq.* & homines de-
generes. *l. vltim. in fin. C. de naturalib. liber.* & vulgo Bastar-
di, à Germanico böse Art, id est, degeneris ingenii. Cu-
iac. *ad Nouell. 18. circa fin. & lib. 5. obseruat. 6.* Vult. *lib. 1. Iuris-
prud. Rom. c. 8. num. 46.* Borcholt. *in tractat. de gradib. titu. de
success. natural. liberor. pag. 187. & in Commentar. de feud. cap. 7.
part. 2. num. 17. Et de variis filiorum illegitimorum generibus la-
tissime disserit* Gabriel. Paleot. *in tract. de nothis spuriisque fi-
liis, c. 16. 17. & 18.* An † autem & quatenus hi liberi natu- 2
rales suis parentibus succedant, fusius explicui *ad prin-
cipium titul. Institut. de hereditatib. quæ ab intestat.
defer. num. 213. & aliquot
seqq.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXXI.

S V M M A R I A.

1 *Quot modis liberi naturales legitimentur, remißiue.*
2 *Quatenus liberi legitimati succedant suis parentibus, remißiue.*

1 F*ilij legitimati.*] Quot † modis liberi naturales legiti-
mentur, & in potestatem patris redigantur, abunde
2 exposuit *in §. Aliquando. 13. Instit. de nuptiis.* Quatenus † vero
liberi legitimati succedant suis parentibus, ostendi suffi-
cienter *ad principium tit. instit. de hereditatib. quæ ab intestat. de-
feruntur. nu. 220. & multis sequentibus.*

QVÆSTIO XXXII.

S V M M A R I A.

1 *An emphyteusis Sempronio, & eius filiis data, filiabus quoque concessa intelligatur.*
2 *Masculinum regulariter concipit etiam fœmininum.*
3 *In contractibus stricti iuris verba proprie & stricte accipienda.*
4 *Filiorum appellatione an proprie filiæ etiam contineantur.*
5 *Emphyteusis bonæ fidei contractus.*
6 *Mens contrahentium magis spectanda, quam verba.*
7 *Verba ambigua contra stipulatorem interpretanda.*

S*Ed quid, si fuerit concessa pro se & filiis.*] Controuersa
1 quæstio est: an † emphyteusis Sempronio, & eius fi-
liis data, filiabus quoque concessa intelligatur, vel po-
tius ad filios duntaxat pertineat: vt, his mortuis, ad do-
minum, filiabus exclusis, redeat? Et hoc casu filias siue
fœminas censeri exclusas, crebrioribus Dd. votis rece-
pta opinio est; vt *præter illos, quos Clarus noster hic recitat;*
testantur Alexander *consil. 61. & consil. 80. in fin. volum. 1. &
consil. 87. num. 9. volum. 6.* Gozadin. *consil. 20. num. 12. & 10.*
Hubert. Zuccard. *in l. fin. num. 73. C. de edict. diui Adriani toll.*
Rumus *consil. 33. num. 1. & 13. volum. 1.* Roland. à Valle *cons.
93. num. 17. lib. 2.* Bursatus *consil. 80. num. 7.* Benintend. *de-
cis. Bononiens. 52.* Corbulus *in tractat. de iur. emphyteut. cap. 12.
num. 3. & seqq. aliique plures, per eum relati.* Sed contra-
rium & verius & æquius esse, asserunt Salicetus *in l. 2.
quæst. 17. C. de iur. emphyteut.* Couarruuias *lib. 2. vari. resolut.
cap. 18. num. 1.* D. Boeet. *class. 2. disput. 15. th. 75. edit. 2.* Fachi-
neus *lib. 8. controuers. iur. cap. 97. & Clarus hic noster, dum ait,
priorem decisionem reuera sibi nunquam placuisse.* Horumque
2 † assertio eo potissimum nititur fundamento: quod re-
gulariter masculinum concipit etiam fœmininum, siue
filii appellatione etiam filia comprehenditur. *l. si quis ita.
16. in princ. ff. de testament. tutel. l. si ita sit scriptum. 45. in princ.
ff. de legat. 2. l. 1. ibique* Alciat. *l. filii. 84. vbi* Gœddæus. *& l.
pronunciatio. 195. in princip. ff. de verb. significat.* non solum in
testamentis, sed & in contractibus, *argum. l. quæ de legato.
46. ff. de legat. 1. l. pactum inter heredem. 46 ff. de pact.* Mulin. *in
con. uetud. Paris. tit. 1. §. 12. num 4.*

3 Huic assertioni non obstat, quod † in contractibus
stricti iuris, qualis perhibetur emphyteuticus, verba pro-
prie & stricte accipiuntur. *l. quicquid astringendæ. 99. vbi Dd.
ff. de verb. obligat.* filiorum † autem appellatione proprie
4 filiæ non continentur; sed per extensionem. *vt arguit tex-
tus in l. cum in adoptiuu. 10. §. quæ in filiis. C. de adoptionib. d. l. pro-
nunciatio. 195. in princ. ibi, porrigitur. & l. iusta. 201. ff. de verb. si-
gnificat.* Verisimilius namque est, quod masculinum ex
proprietate sermonis concipiat fœmininum, atque adeo
filiorum appellatione fœminæ quoque seu filiæ conti-
neantur. *l. 1. ibi, complectitur* (quod verbum proprietatem
denotat) *ff. de verb. significat. & legibus simil.* Deinde † em- 5
phyteusin esse contractum bonæ fidei, non vero stricti
iuris, ad oculum demonstratum est supra *in annotationibus
ad quæst. 2. num. 19. & seqq.* Præterea negatur; verba in con-
tractibus ita proprie & stricte accipienda esse, vt inter-
pretatio iusta & contrahentium menti conformis exclu-
datur: quandoquidem mens contrahentium magis spe- 6
ctanda est, quam verba. *l. in conuentionibus. 219. ff. de verb. sign.
l. semper in stipulationib. 34. ff. de reg. iur.*

Similiter non obstat, quod † in stipulationibus & pa- 7
ctis verba ambigua aut dubia interpretanda sint contra
stipulatorem, qui poterat legem contractus apertius di-
cere. *l. veteribus. 39. ff. de pact. l. stipulatio ista. 38. §. in stipulatio-
nibus. 18. & d. l. quicquid. 99. ff. de verb. obligat.* Nam no-
stro in casu verba non sunt dubia vel ambigua: quia lex
illa interpretatur, vt tam masculos, quam fœminas com-
prehendant. *d. l. pronunciatio. 195. & d. l. iusta. 201. ff. de verb.
significat. cum simil.* Sed & cum regula sit: masculinum
concipere fœmininum: non dicitur res obscura, nec am-
bigua, sed clara & certa pro eo, qui fundatur in regula, *vt
notant* Bartol. *in l. quotiens. 13. ff. si quis cautionib. &c. & l. 2. co-
lum. 1. ff. si quis in ius vocat. non ier.* Bald. *in l. omnes populi. 9. co-
lum. 10. ff. de iustit. & iur.* Petrus de Anchor. *in repet. rubric.
de regul. iur. in 6. colum. 2. &* Molineus *in consuetud. Paris. dict.
tit. 1. §. 12. num. 5.*

QVÆSTIO XXXIII.

S V M M A R I V M.

1 *An & quatenus emphyteusis in monasterium transeat, si emphyteuta in illud ingrediatur.*

N*Vmquid si emphyteuta ingrediatur religionem, &c.*] Quod
† emphyteusis secularis transeat in monasterium, 1
si in illud emphyteuta ingrediatur; non æque emphyteu-
sis ecclesiastica, Doctores plerique concludunt. Bartol.
Bald. Paul. de Castro & Decius *auth. ingressi. C. de sacrosanct.
Eccles. & alii, quos refert & sequitur* Alexander Trentacin-
quius *variar. resolut. lib. 3. resolut. 2. de iur. emphyteut. num. 1. & 5.*
vbi hanc conclusionem pulchre declarat, & Clarum no-
strum dissentientem *hic in vers. ego teneo indistincte, &c.* non
sine ratione refutat.

QVÆSTIO XXXIV.

S V M M A R I A.

1 *Appellatione generationis venit & masculus & fœmina.*
2 *Quo casu generatio masculina sumatur tantum pro masculis.*

V*Sque in tertiam generationem.*] Adde, quod † hac 1
appellatione generationis veniat tam masculus,
quam fœmina, etiam ex proprio significatu, *per notata
Alexandri consil. 61. colum. 2. in fin. versic. & sic in casu num. 4.
lib. 6. &* Tiraquelli *de retract. lign. agier. §. 1. gloss. 9. num. 241.*
tamen † hoc casu, quo emphyteusis fuerit concessa vs- 2
que ad tertiam generationem masculinam tantum, ge-
neratio masculina dicatur masculus, non autem fœmi-
na quamuis generata ex masculo. *Ita tenent* Corneus
*consil. 190. num. 3. colum. 1. in fin. versic. & sic generatio. libr.
3.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 22. numer. 28. versicul. &
si dictum fuerit.* Rebuff. *in leg. ligni appellatione. 62. co-
lum. 3. ad fin. versicul. item generationis. ff. de verb. significat.*

l. : inuol.

Imol. conf.69. visis ac ponderatis num.2. Castrensis *conf.300. viso quodam processu. col.2. vers. dicunt etiam, quod generatio. libr.2.* eosque laudans Stephanus Gratianus *disceptationum forensi. 295. num.1.2. & seqq.*

QVÆSTIO XXXV.

SVMMARIA.

1 *Quo ordine succedatur in emphyteusi accepta per patrem pro se, suisque filiis.*

2 *Pactum prius radicatur in persona paciscentis, deinde transit ad heredes.*

1 Pater acquisiuit emphyteusin pro se, &c.] Quod † pater stipulans emphyteusim sibi, suisque liberis vel filiis, videatur stipulari ordine successiuo, vt primo sibi totaliter competat; deinde post eius obitum demum filii filiæque simul ad eam admittantur, præter Clarum nostrum *& ab eo hic citatos*, tradit quoque Romanus *consil.22. num.* 2. Surd. *consil.32. num.37. &* Stephanus Gratianus *discepta-*
2 *tionum forens. cap.347. num.1. & 2.* ex hac ratione: quod † pactum & stipulatio prius radicetur in persona paciscentis, deinde transeat ad heredes, *per notata Iasonis in l. quod dicitur. 86. in fine. ff. de verb. oblig. &* Menochi *lib.3. præsumpt. 47. num.3. & seqq.* Illudque ampliatur, vt procedat, etiamsi filii fuerint præsentes stipulationi: quia censentur etiam vocati ordine successiuo post mortem. Castrens. *consil.159. lib.2. Peregrin. de fideicommiss. art.17. num.25.* Maxime quando pater stipulatur sibi, & filio in potestate constituto: quicquid secus sit in eo, qui erat sui iuris, Nam tunc à principio emphyteusis tam filio, quam patri quæsita esset. Imola *in l. Gallus. 29. §.1. ff. de liber. & posthum. heredib. instit.* Bursat. *consil.67. num.5. lib.1.* Gratian. *d. capit. 347. num.3. & 4.*

QVÆSTIO XXXVI.

SVMMARIA.

1 *Num emphyteusis mihi, & meis filiis concessa, etiam nepotibus meis tributa videatur.*

2 *Filii appellatione etiam nepos comprehenditur, tum in fauorabilibus, tum odiosis.*

3 *Vnum idemque dicitur, quicquid per verum naturam continuatiue procedit.*

4 *Interpretatio Nouellæ 7. c.3. in principio.*

1 Qvod quis acceperit emphyteusim pro se, & filiis, &c.] Addenda hoc loco illa quæstio est: an † emphyteusis mihi, & meis filiis concessa, etiam nepotibus meis tributa censeatur? Et sane non desunt, qui existimant, emphyteusin isto modo mihi concessam, ad nepotes meos non deuolui, sed morte mea, meorumque filiorum penitus extingui. Salicet. *in l.2. num.9.* & Iason *num. 191. C. de iur. emphyteut. &* Dn. Collega Bocer. *class.2. disput.14. th.77. edit.2.* Verum contrariam ego sententiam benigniorem atque probabiliorem esse reor, *per l. iusta. 201. & l. liberorum. 220. §.1. & §. vltim. ff. de verb. signific.* vbi expresse di-
2 citur, filii † appellatione etiam nepotem comprehendi. Idque obtinet non in fauorabilibus tantum, sed & in odiosis. *l. Lilius. 14. ff. ad SC. Macedon. l. senatum consulto. 59. ff. de rit. nupt.* etiamsi in contractu verbis diserte dictum sit, vt Titius, & qui ex corpore eius descendunt, ius. edant, *per ea, quæ eleganter tradit* Baldus *in l.1. post princip. C. de conditionib. insert.* vbi ita scribit: *Filiorum appellatione nepotes continentur, licet mentio fuerit facta de filiis, ex suo corporeatu, Nam verificatur in nepotibus: quia in eis est sanguinis continuatio, &*
3 *vnum † idemque dicitur, quicquid per verum naturam continuatiue procedit.* Baldum referunt & sequuntur Ioannes Cephalus *consil.262. num.7. ad fin.* & Decianus *cons.9. num. 8. & 9. volum.2.*

Neque † resistit *Nouell.7. cap.3. in princ.* vbi cum & filiorum & nepotum fiat mentio: videtur dicendum, appellatione filiorum nepotes non contineri. Alias siquidem frustra Imperator expressisset nepotes; cum filiorum appellatione venirent. Hoc, *inquam*, non resistit: quia ob id solum nepotum mentio ibi expressa est: vt hæc verba (*in duobus eisdem personæ heredibus*) explicarentur; adeoq; indicaretur, de duabus generationibus, quarum prima sit filiorum, altera nepotum, actum fuisse. Cætera, quæ huic sententiæ opponuntur, refutatu *in §. adeo autem. 3. num. 389. & seq. Instit. de locat. & conduct.* 4

QVÆSTIO XXXVII.

SVMMARIA.

1 *Nunquid emphyteusis concessa pro se, & filiis, transeat ad ipsos filios, etiamsi non sint heredes patris.*

2 *Et quid, si concessa sit pro se, & filiis, & heredibus.*

An emphyteusis est concessa simpliciter & absolute pro se & filiis.] Quando † emphyteusis concessa est simpliciter pro se, & filiis: tunc certum est, filios succedere, etiamsi non sint heredes patris: quando † vero concessa est pro se, & aliis, & heredibus: tunc necesse est, vt filii, si in emphyteusi succedere volunt, etiam sint heredes. Ita post Clarum nostrum, *& ab eo cumulatos hic*, sentit Alexander Trentacinquius *var. resolut. libr.3. resolut.3. de iure emphyt. num.7. & 8.* 1 2

QVÆSTIO XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *An & quatenus heres particularis admittatur ad bona emphyteutica hereditaria, remissiue.*

Nunquid emphyteusis transeat ad institutum in re certa.] An † & quatenus heres particularis admittatur ad bona emphyteutica hereditaria, *post plures alios, quos citat*, diligenter declarat Stephanus Gratianus *disceptationum forensi. cap.372. num.12. & aliquot sequentibus.* 1

QVÆSTIO XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *An & quatenus ius accrescendi habeat locum in emphyteusi, remissiue.*

Nunquid in emphyteusi habeat locum ius accrescendi.] An † & quatenus, ius accrescendi tam legale, quam conuentionale habeat locum in emphyteusi, egregie explicat, post Clarum nostrum, Stephanus Gratianus Romanus *discept. forens. cap. 272. num. 13. & multis subsequentibus, item cap.347. num. 11. & 12.* 1

QVÆ-

QVÆSTIO XL.

SVMMARIVM.

1 *An & quatenus filius teneatur de emphyteusi creditoribus paternis satisfacere, remissiue.*

1 N*Vnquid filius teneatur de emphyteusi, &c.*] An † & quatenus filius teneatur de emphyteusi, vel feudo, creditoribus paternis satisfacere, vberius explicabitur infra *in §.feudum. quæst.43.*

QVÆSTIO LXI.

SVMMARIA.

1 *Omne indistincte augmentum ad emphyteutam pertinet.*
2 *Vt & omne damnum, nisi funditus rem ipsam absumat.*
3 *An & quatenus vasallum omne incrementum respiciat.*
4 *Natura vocis vniuersalis, omne.*
5 *Argumentum de feudo ad emphyteusin procedit.*
6 *Mens & sententia l. item si fundi. 9. § 4. ff. de vsufruct.*
7 *Nunquid thesaurus, in fundo emphyteutico inuentus, ad emphyteutam, an vero ad proprietatis dominum spectet.*
8 *Thesaurus in loco alieno, casu fortuito repertus, cui cedat.*
9 *Thesaurus, in fundo fructuario inuentus, in fructu non computatur.*
10 *Conuentio in vna re facta, non nocet in re alia.*
11 *Actus agentium vltra eorum intentionem nihil operatur.*
12 *Verus intellectus l. possessores. 12. Cod. de fund. patrimonialibus.*
13 *Quatenus emphyteutæ venari liceat in fundo emphyteutico.*
14 *Quatenus item eidem liceat piscari.*
15 *An & quatenus pisces pars fundi esse censeantur.*
16 *Mediante surrogatione, res semper eadem dicitur.*
17 *Quatenus emphyteutæ permittatur ex sylua cædua arbores & ligna excidere.*
18 *Num emphyteuta syluam illam cædere possit, quæ longo temporis interuallo succisa renascitur.*
19 *Pullulare & renasci non videtur, quod annorum multitudinem exigit.*
20 *Sylua cædua quæ dicatur.*
21 *Lapides quando in fructu fundi computentur.*
22 *Sententia l. antepenult. ff. famil. erciſc.*

1 A*D quem pertineat augmentum, &c.*] Augmentum †
siue incrementum fundi emphyteutici, quod ei obuenit, ad emphyteutam iure emphyteutico pertinere, constat *ex l. item si fundi. 9. § huic vicinus. 4. ff. de vsufruct.* Nec hic cum *Claro nostro & gloss. in l. 2. super verb. emphyteuticarum. C. de iur. emphyteut.* distinguendum est inter incrementum latens, vt si per alluuionem quid acceperit, & inter incrementum patens siue apparens, vt si insula in flumine iuxta fundum emphyteuticum enata fuerit. Omne quippe incrementum, siue appareat, siue latitet, ad em-
2 phyteuticarium spectat. Quemadmodum enim † omne damnum, siue patens, siue latens, in re emphyteutica contingens, emphyteutam respicit, nisi funditus rem ipsam absumat. *l. 1. C. de iur. emphyt. cat.* ita æquitati & rationi congruit, vt omne commodum & augmentũ, siue latens, siue apparens, eundem sequatur, *arg. l. secundum naturam. 10. ff. de reg. iur.* Deinde eadem sententia confirmari potest per textum *in tit. 4. §. si quis de manso, lib. 2. feudor.* ibi
3 cum Feudista † dicit, omne incrementum iure feudi ad vasallum pertinere, si dominus in ipsa curte seu villa nihil sibi reseruauit: eo ipso aperte distinctionẽ incrementi latentis & euidentis reiicit: quia † hæc est natura hu- 4
ius vocis vniuersalis, vt omnes casus includat & comprehendat, *argum. l. 2. § 1. ff. de legat. præstand. l. si seruitus. 23. ibi, verbo generali omne lumen significari. ff. de verb. praedior. l. à procuratore. 13. C. mandati. can. 1. §. dicendo vero omnia. distinct. 19.* Atque ita exaudiunt textum illum Zasius *in epit. feud. part. 6. num. 48.* Fridericus Schenck. à Tautenberg. *num. 5.* & Cuiacius *in d. §. si quis de manso.* Francisc. Sonsbeccius *part. 10. de feudis. num. 6. aliique.* Et quanquam allegatus textus de feudi duntaxat incremento loquitur: attamen quod de feudo illic dicitur, non inscite ad emphyteusin
transfertur: cum argumentum de † feudo ad emphyteu- 5
sin valere, extra omnem sit controuersiam, & latius declarabitur infra *ad quæst. 50.* Atque hanc assertionem, ceu communiter receptam, approbant Bartol. *in d. l. 1. num. 10.* Alberic. de Rosat. *num. 5. & 9* Salicet. *col. penult. &* Iason *num. 79. C. de iur. emphyt. itemq;* Tiber. Decianus *respons. 123. num. 53. & seqq. vol. 3.*

Nec † aduersatur *d. l. item si fundi. 9. § huic vicinus. 4. ff. de* 6
vsufruct. vbi dilucide traditur, alluuionis vsumfructum pertinere ad vsufructuarium: insulæ autem in flumine natæ vsumfructum ad fructuarium non spectare. *Nam* illud ad simplicem vsufructuarium, cuius ius morte extinguitur; non ad emphyteuticarium (qui firmius, morteque non finiturum ius vtendi fruendique obtinet, & alias etiam ab vsufructuario multum distat) pertinet, *vt bene hæc explicant* Ioan. Borcholt. *in Commentar. de feud. cap. 3. num. 13. ad fin. &* Aluar. Valascus *in tract. de iur. emphyt. quæst. 16. num. 3. & seqq.*

De † thesauro hic non inconuenienter quæri poterit: 7
an ille, in fundo emphyteutico inuentus, ad emphyteutam, an vero ad dominum proprietatis pertineat? Et illum ad proprietatis dominum pertinere, non sine rationibus statuitur: dummodo inuentori, siue is emphyteuta, siue quis alius sit, pars dimidia relinquatur. I. Quia
† thesaurus in loco alieno non data opera repertus, ex 8
semisse domini soli est, ex altero semisse inuentori cedit. *§. thesauros. 39 vers. at si quis in alieno. Instit. de rer. diuis. l. fin. quis 36. in princ. ff. de acquir. rer. domin. l. vnic. vers. vltim. C. de thesaur.* Atqui prædii emphyteutici dominus non est emphyteuta: sed ille, a quo prædium in emphyteusin ipse habet. *l. 1. § vltim. ff. si ager vectigalis, &c.* Non ergo ad emphyteutam, sed ad proprietarium pars dimidia thesauri, in solo emphyteutico à tertio quodam inuenti, spectat. II. Quia
† thesaurus, quem vsufructuarius, vel tertius aliquis in 9
fundo fructuario inuenit, in fructu non computatur: ac proinde pro parte dimidia lucro domini cedit, ad quem proprietas fundi fructuarii pertinet. *l. fructus. 7. §. si fundum. 12. versic. non magis. ff. solut. matrimon.* Cum igitur emphyteuta in prædio emphyteutico vsumfructum saltem habeat. *d. l. 1. §. vltim. ibi, fundum fruendum conduxerunt. ff. si ager vectigalis, &c.* certe thesaurus, quem vel ipso, vel alius aliquis in eiusmodi prædio inuenit, ex semisse domino, ad quem fundi pertinet proprietas, acquiritur. III. Quia
† Paulus IC. respondit: ante omnia animaduertendum 10
esse, ne conuentio in vna re facta, noceat in re alia. *l. si vnus 27. §. pacta, quæ turpem 4. vers. ante omnia. ff. de pactis.* Quare cum inter dominum & emphyteutam conuentio facta sit in prædii vsufructu: sane isthæc conuentio domino concedenti, in thesauro inuento nocere non debet. IV.
Quia † actus agentium vltra eorum intentionem nihil 11
operatur. *l. non omnis. 19. in princ. & in l. bonorum ff. de reb. credit. & l. obligationum. 3. § 1. ff. de oblig. & actionib.* Sed inter emphyteutam, & dominum concedentem fundum suum in emphyteusin, id agitur, vt is, qui fundum in emphyteusin accepit, eo duntaxat vtatur fruatur. *d. l. 1. §. vltim. ibi, fundum fruendum conduxerunt. ff. si ager vectigalis. &c.* Ergo vl-

tra vsumfructum emphyteuta in prædio emphyteutico
nihil habet. Ideoque thesaurus, quem in prædio huius-
modi inuenit ex semisse domini est; ex altero semisse eum
sibi vindicat emphyteuta, non quidem propter emphy-
teusin, sed ob solam inuentionem: quippe cum pars di-
midia etiam extranei inuentoris lucro cederet. V. Hanc
sententiam, post alios, defendunt Aluarus Valasc d. tract.
de iur. emphyteut. quæst. 15. num. 1. vers. sunt tamen aliqui. Moli-
neus ad consuetudin. Parisiens. tit. 1. §. 37. gloss. 10. num. 48. in
fine. Gilkenius in præludin tit. Instit. de rer. diuis. num. 57. & in
d. §. thesauros. 39. num. 29. Instit. eod. Garsias in tract. de expens.
cap. 22. num. 52. Dn. Cullega Bocer. class. 2. disput. 14. th. 51. &
class. 2. disput. 14. th. 51. & class. 5. disput. 3. th. 48. edit. 2. & in tract.
de regalib. cap. 3. num. 181. Ayrer. in process. historico iur. part. 1.
cap. 10. obs. 6. num. 9. cum seqq. Hœnon. disput. 3. controuers.
17. & Humanus lib. 2. var. resolut. iur. ciu. tractat. 1. quæstio. 37.
Tametsi vulgo Interpretes aliter sentiant, Accurs. An-
gel. Aretin. Faber, Lat. Porcius, Thomas Liuius, Schnei-
dewin. Mynsinger, Bebio, & cæteri in d. §. thesauros. 39. In-
stit. de rer. diuis. Bartol. & Bald. ad d. l. vnic. C. de thesaur. Lu-
douic. de Molina de Hispan. primog. lib. 1. capit. 23. num. 7.
Henricus à Rusenthal. in tracta. feudal. cap. 5. conclusion. 93.
Corasius ad l. 1. num. 17. Cod. de iur. emphyteut. & alii, ab iis
relati.
12 Nostræ † autem conclusioni non repugnat textus in
l. possessores. 12. in fine. C. de fund. patrimonialib. vbi emphyteu-
tæ simpliciter domini appellantur. Tum quia eo loco em-
phyteuticarii fundorum domini dicuntur, non quod re-
uera domini sint effecti, sed quod pro dominis habean-
tur, vt ibidem sentit Cuiacius. Tum quia illic emphyteutæ
improprie & κατάχρησιν domini vocantur, tradente Io-
anne Borcholten. in Commentar. de feud. c. 1. num. 15. Tum
quia textus ille accipiendus est non de omni emphyteu-
ta, sed de eo, qui fundum patrimonialem, id est, fiscalem,
primo quidem in emphyteusin accepit, postea autem
iure priuato seu proprio eum sibi comparauit, saluo ta-
men ipsi fisco annuo canone. Quod vero fundi patri-
moniales, ex iussu Principis, fieri alicuius possint, cano-
ne saluo, arguit etiam l. cum seruus. 39. §. vltim. ff. de legat. 1. l.
qui fundos. 9. C. de omni agro deserto. l. vniuersi. 9. & l. fundi. 10.
C. de fundis patrimonialib. Reliqua, quæ huic conclusioni
videntur contrariari, diluit in d. §. thesauros 39. num. 22. cum
seqq. Instit. de rer. diuis. sicut in §. adeo autem. 3. numer. 258. & seq.
Instit. de locat. & conduct.
Addendum hoc loco & illud est, tanquam notatu di-
13 gnum: quod † si in prædio emphyteutico sit viuarium,
in quo feræ capi solent; emphyteuta in eodem venari
possit: dummodo ferarum numerus, qui fuit eo tempo-
re, quo emphyteusis fuit concessa, per singula genera
conseruetur. Quod in vsufructuario diserte respondit
Tryphoninus in l. vsufructuarium. 62. § 1. ff. de vsufructu. & in
eo, qui emit cum pacto redimendi, probant Cagnolus
in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. quæst. vltim. hincque re-
ferens Tiraquellus in tract. de retract. conuent. §. 3 gloss. 1. num.
23. in fine.
14 Si † item in fundo emphyteutico sit lacus, stagnum
vel piscina, in quibus pisces, vt ibi multiplicentur & cre-
scant, habeantur: reditus piscationum ad emphyteutam
pertinere, non dubium est, argum. l. item si fundi. 9 §. au-
cupiorum. 5. vers. ergo & piscationum. ff. de vsufruct & l. quid ta-
men. 10. § sed & si stagni. 3 ff. quib. mod. vsusfruct. vel vsus amit-
titur. Eiusque ratio est perspicua: quia † pisces, qui in
15 stagno sunt, vt ibidem multiplicentur & crescant, ad in-
star fructuum pendentium pars fundi dicuntur: ideoque
vsufructuarius, emphyteuta, vasallus, & similes, piscan-
do iis frui possunt: ita tamen, vt piscium numerus sub-
inde per substitutionem conseruetur. Tametsi pisces,
custodiæ duntaxat causa in stagno vel piscina repositi,
pars fundi esse non dicantur, sed quid ab ipso fundo, fru-
ctibusque fundi separatum ac diuersum. l. fines & labra. 15.
in fine. ff. de action. empt. ibique Bartol. & Gothofredus. Si-
quidem † per surrogationem corporum, fructus stagni 16
perpetui efficiuntur l. eum debere 33 ff. de seruitutib. præd. vr-
banor. Et licet spacio temporis singula corpora muten-
tur: mediante tamen surrogatione, semper eadem res
dicitur. l. proponebatur. 76. ff. de iudic. l. sunt. 7. §. in decurionib.
ff. quod cuiusq. vniuers. nomine, &c. d. l. quid tamen. 10. §.
in nauem. 7. ff. quib. mod. vsusfruct. vel vsus amitt. l. seruitutes. 20. §. si
sublatum. 2 ff. de seruitut. præd. vrban l. si grege. 22. & l. si ita le-
gatum. 65 §. vltim. ff. de legat. 1. Eaque de re videantur Gui-
do Papæ decis. 91. num. 4. Chassan. ad consuetud. Burg. tit. 4.
§. 2. gloss. pen. colum. fin. Molineus ad consuetud. Parisiens. tit.
1. §. 1. gloss. 8. num. 18. & seqq. Capoll. de seruitut. præd. rusticor.
cap. 42. num. 6. Zasius in Epitom. iur. feud. part. 4. num. 2. & 3.
Hartman. Pistoris lib. 1. quæstion. iur. q. 24. nu. 65. & seq. Schra-
der. in tract. feud. part. 3. c. 4. nu. 7. & 2. part nona part. princ. sect.
4. num. 10. & D. Bocer. d. class. 2. disp. 14. th. 53. & d. tract. de re-
galib. cap. 3. num. 150.
Similiter † si inter alia bona emphyteutica sit sylua cæ- 17
dua, id est, quæ succisa rursus ex stirpibus vel radicibus
nascitur. l. sylua cædua 30 in princ. ff. de verb. significat. emphy-
teutæ ex ea arbores & ligna excidere licet: si modo fru-
giferis & grandibus arboribus parcat, cædendoque con-
suetum vsum non excedat. l. ex sylua. 10. & l. seq. l. si cuius. 13.
§ fructuarium. ibi, & non debet neque arbores frugiferas excidere,
&c. & l. si absente. 48. ff. de vsufruct. l. fructus. 7. §. si fundum. 12. ff.
solut. matrimon. Verum † vero emphyteuta eiusmodi syl- 18
uam cædere queat, quæ non breui, sed longo temporis
interuallo succisa renascitur, non omnium eadem sen-
tentia est? Id equidem negare videtur Arius Pinelus ad
l. 1. part. 2. C. de bon. matern. num. 59. circa finem, post Paulum à
monte Pico, Arnulphum Ruzeum & Sigismundum Lo-
fredum, ab eo relatos, per hanc rationem: quod † pullu- 19
lare & renasci dici non debet, quod annorum multitudi-
nem exigit, argumento l. antepenultim. ff. famil. ercisc. Ve-
rum contrarium magis probatur Ioanni Garsiæ in tra-
ctat. de expens. & meliorat. capit. 11. num. 35. Alexandro consil.
118. num. 3. & 7. lib. 5. Parisio consil. 111. num. 32. libr. 1. Curtio
Seniori. cons. 70. num. 8. & Dn. Collegæ Boceto class. 2. dis-
put. 14 th. 54. ad lit. C. edit. 2. Tum quia d. l. sylua. 30. ff. de verb.
significat. syluam † cæduam esse definit, quæ succisa re- 20
nascitur, nulla distinctione facta, breui, an longo tem-
poris interuallo renascatur. Emphyteutam autem gene-
raliter ex quauis sylua cædua arbores succidere posse, ef-
florescit ex d. l. ex sylua. 10. ff. de vsufruct. Tum † quia textus 21
in d. l. fructus. 7. §. si vir, 13. ff. solut. matrimon. expresse dicit:
lapidem quoque in fructu fundi esse, si cæsus renascatur:
quales in Gallia & Asia lapides esse feruntur. Atqui si ta-
les inueniuntur lapides, qui cæsi renascuntur, proculdu-
bio tardissime succrescunt. Quare cum lapides, quan-
tumuis longo temporis interuallo renascentes, in fructu
sint: idem sane de arboribus cæsis, quamuis longissimo
tempore renascentibus, statuendum est. Ex quo clare
satis euincitur: emphyteutam, ad quem fructus rei
emphyteuticæ omnes spectant, eiuscemodi arbores suc-
cedere posse.
Neque † refragatur d. l. antepenultim. ff. famil. erciscund. 22
Quia Vlpianus in ea, de difficultate maxima, quæ impos-
sibilitati comparatur, diserte loquitur, argum. l. nepos Pro-
culo. 125. ff. de verb significat. At nostra in specie non est tan-
ta renascendi difficultas in arboribus, vt propterea im-
possibilis iudicari debeat. Adde, quod terminus ille, ad
renascendum constitutus, plane naturalis est: ac propter-
ea ob hoc temporis interuallum, ab ipsa natura præfini-
tum, dicendum non est; renascendi facultatem in arbo-
ribus difficilem, nedum fere impossibilem esse. Recte
ergo

ergo concluditur: sylvam cæduam ab emphyteuta succidi posse, etiamsi longo temporis intervallo arbores succisæ renascantur.

QVÆSTIO XLII.

S V M M A R I A.

1 *An emphyteusis ob dolum vel culpam amittatur, remissiue.*
2 *An emphyteuta ob culpam leuissimam suo iure cadat.*
3 *Sententia Nouell. 120. cap. 8. & auth. qui rem. Cod. de S S. Eccles.*
4 *Omnis dispositio, secundum subiectam materiam, & naturam illius rei, de qua agitur, accipienda.*
5 *Concessum ad tempus, post illud tempus censetur prohibitum.*
6 *Generatione finita, etiam finitur emphyteusis ad illam data.*
7 *Emphyteusis simpliciter concessa, ad omnem generationem, omnesque heredes transit.*
8 *Pater inter liberos æqualitatem seruare præsumitur.*

1 P*Ropter culpam emphyteutæ.*] Quod † emphyteuta ob dolum, vel culpam latam & leuem, in re emphyteutica admissam, emphyteusi priuetur ostensum est supra *ad* 2 *quæst. 26. num. 1. & 2.* Sed † vtrum emphyteuta, ob culpam etiam leuissimam, priuationis pœnam subire debeat, dubitari posset? Nos (nihil obstante contraria opinione Cagnoli & Decii *in auth. qui rem. C. de SS. Eccles.*) illud negantibus haud sine causa suffragantur: quoniam emphyteuta ex natura contractus emphyteutici, propter latam & leuem duntaxat, non autem leuissimam culpam tenetur. *l. si, vt certo. 5. §. nunc videndum. ff. commodat. l. contractus. 23. ff. de regul. iur. ibique* Anton. Delrio. *cap. 11.* Bald *in d. auth. qui rem num. 2. C. de SS. Eccles. &* Iason *in l.* 3 *2. num. 98. C. de iur. emphyteut.* Neque † obstat, quod textus *in Nouell. 120. cap. 8. & d. auth. qui rem. C. de S S. Eccles.* generaliter & indistincte statuunt, emphyteutam deteriorantem rem emphyteuticam ius suum amittere: adeoque omnem culpam, etiam leuissimam, pœnæ priuationis obnoxiam esse. *l. de precio. 8. ff. de Public. in rem act. l. 1. §.* 4 *generaliter. ff. de legat. præstand.* Nam † notissima iuris regula est: omnem dispositionem accipiendam esse secundum subiectam materiam, & naturam illius rei, de qua agitur, *argum. l. ex conducto. 15. §. si vno. 4. vers. sed & si verbo. ff. locati. l. sed si possessor. 11. §. item si iurauero. ff. de iureiur. l. damni infecti. 43. in princ. vers. & quod in stipulatione. ibique* Angel. *ff. de damn. infect. l. fin. C. de non num pec.* Nicol. Euerhard. *in locis legalib. loc. à subiecta materia. num 1.* Quare cum *in d. authen. qui rem. C. de S S. Eccles. & d. Nouell. 120. cap. 8.* de emphyteuta, ob deteriorationem iure suo priuando, agatur: is autem de lata saltem, leuique culpa, non vero de leuissima teneatur. *d. l. si, vt certo. 5. §. nunc videndum. ff. commodat. d. l. contractus. 23. ff. de regul. iur.* subiecta materia suadet, decisionem *dictæ Nou. 120. c. 8. & d. auth. qui rem. unde desumpta.* de lata leuique, non autem leuissima culpa, intelligendam esse.

5 *Finitur emphyteusis cursu temporis.*] Indubitatum † est; emphyteusin ad certum & præfinitum tempus concessam, eo elapso, ad dominum concedentem reuerti. Siquidem concessum ad tempus, post illud tempus censetur prohibitum, *arg. l. statuliber um. 11. §. 1. ff. de legat. 2. l. pater filium. 38. §. fundum. 3. ff. de legat. 3. l. 1. in fin. iuncta l. vlt. in ff. si ager vectigal.* Et post Clarum hic nostrum, tradunt Valentin. Forster. *libr. 3. de successionib. c. 20. num 3. & 4.* Corbulus *in tract. de iur. emphyteu. c. 11. aliique ab eo recensiti.* Idem est, & si nominatim conuenerit, vt ad certum tempus vectigali siue canone non soluto, emphyteuticus fundus ad dominum rediret: & lege commissi, dominus sua lege vtatur, & fundum vindicet. *l. lex vectigali. 31. ff. de pignorib. & hypoth.* Quibus casibus hoc quoque eueniet, vt si emphyteuta prius fundum dederit pignori, tum etiam ius pignoris euanescat. *d. l. lex vectigali. 31. ff. eod.* Donell. *lib. 9. Comment. de iur. ciu. c. 15. pag. 454. num. 40.*

Extincta generatione ipsius emphyteutæ.] Quod † emphyteusis ad certam generationem data finiatur extincta ipsa generatione, post Clarum nostrum, annotant Ioan. Borcholt. *in Commentar. de feud. cap. 3. num. 16. &* D. Collega Bocer. *class. 2. disput. 14. th. 74. lit. A. edit. 2.* Quamuis † alias emphyteusis simpliciter & pure concessa, ad omnem generationem, omnesque heredes, non modo masculos, sed & fœminas transeat, *arg. Nouell. 7. c. 5. in princip. ibi, masculus aut fœmina, &c.* Quo facit illud vulgatum iuris theorema: quod † pater inter liberos æqualitatem seruare, & in dubio tam filiabus, quam filiis acquirere velle præsumatur, *argum. l. quæsitum. 18. §. idem respondit. 43. versic. sed & ipse Papinianus. ff. de instruct. & instrum. legat. l. illud. 20. §. ad hæc. C. de collationibus.* Borcholt. *d. c. 3. num. 14.* D. Obrecht. *disp. 36. th. 87. & seqq. Huc quoque referri poterunt, quæ tradita sunt supra ad quæstion. 32.* 6 7 8

QVÆSTIO XLIII.

S V M M A R I A.

1 *Vtrum dominus emphyteusim, ad certam generationem datam, ea finita, proximis emphyteutæ cognatis deferre & renouare teneatur.*
2 *Sententia Nouell. 7. cap. 3. §. neque illud. 3.*
3 *Nemo cogi potest, vt certo alicui locet, vel vendat.*
4 *Suæ quisque rei moderator & arbiter.*
5 *Explanatur l. 1. §. permittitur. 41. cum seqq. ff. de aqu. quotid. & æstiu.*
6 *Enodatur l. 1. ff. de priuileg. credit. & l. imperator. 60. ff. de pactis.*
7 *Consideratur l. iubemus. 3. §. & filios. 5. C. de aduocat. diuers. iudicum.*
8 *Discutitur l. congruit. 4. Codic. de locat. prædior. ciuilium, &c.*

N*Vnquid si finita est emphyteusis sine culpa ipsius emphyteutæ, &c.*] Difficilis quæstio est: num † prælatus, siue quiuis dominus etiam priuatus, emphyteusin ad certam generationem datam, ea finita, proximis emphyteutæ cognatis deferre & renouare teneatur: an potius, cuicumque velit, eam concedere possit? Et quidem dominum teneri proximiores emphyteutæ consanguineos extraneis præferre, illisque emphyteusim restituere, docent, post Clarum hic nostrum, *& ab eo cumulate adductos*, Mynsingerus *cent. 5. obseru. 116. & cent. 6. obseru. 79.* Fichard. *in addit. ad* Villalob. *lit. V. num. 8. versic. vasallo mortuo.* Horat. Mandos. *in addit. ad Roman. consil. 28.* & alii, *quos commemorat* Antonius Gabrielius *lib. 3. commun. conclusion. tit. de iure emphyteut. conclus. 1. nec non* Alexander Trentacinquius *variar. resolut. lib. 3. resolut. 5. de iur. emphyteut. num. 1. & seq.* Sed contrariam tuentur sententiam Franciscus Sarmientus *lib. 3. selectar. interpretat. c. 7. num. 2.* Andr. Gaill. *libr. 2. obseruat. 148. num. 2.* Zasius *consil. 11. numer. 8.* Fachineus *libr. 1. controuers. iur. cap. 100.* Bronchorst. *cent. 2. Miscellanear. controuers. assert. 41.* Hackelman. *disput. illustr. 11. th. 16. lit. B. aliique ab illis citati.* Mouentur † autem hi Interpretes primo *Nouell. 7. cap. 3. §. neque illud. 3.* vbi dicitur, pactum non valere, quo cauetur; vt Ecclesia teneatur, finita generatione, proximioribus vltimi emphyteutæ consanguineis renouare emphyteusim. Si enim Ecclesia id facere teneretur: nulla esset ratio, cur pactum 1 2

non

non valeret, *argum. l. non impossibile. 50. ff. de pactis.* Deinde
3 explorati iuris est, quod † nemo compelli possit, vt certo alicui, & non alteri locet, vel vendat. *l. invitos. 11. C. de locato. l. invitum. 11. & l. dudum. 14. C. de contrah. empt.* Praeterea res in emphyteusin concessa vsque ad certam generationem, ex: in̄ta illa generatione, ad dominum reuertitur. Ergo domino integrum est, eam pro se retinere, vel,
4 cui maluerit, concedere: cum † suae quisque rei moderator sit & arbiter *l. in re mandata. 21. C. mandati* & nemini iniuriam faciat, qui iure suo vtitur. *l. iniuriarum. 13. §. 1. ff. de iniur. l. nullus. 55. ff. de reg. iur.*

5 Huic † sententiae nihil negocii facessit, *l. 1. §. permittitur. 43. cum seq. ff. de aqua quotid. & aestiu.* vbi respondetur, quod quando aquaeductus concessus est non praedio, sed personis; non transeat ad heredem vel emptorem: si tamen eis petentibus non concedatur, iniuria fit. Nam agit ibi Iurisconsultus de seruitute aquae ducendae, & ostendit, quod is illam indubitate impetrare queat, ad quem fundus peruenit, si ius domino priori seruitus debeatur. Longe vero alia est ratio rei in emphyteusin datae, quae maioris est momenti: nec proximior agnatus docere potest, eam sibi deberi ideo, quod aliarum rerum dominium ad se transiit.

6 Nihil † quoque aduersatur *l. 1. ff. de privileg. creditor.* (in Gothofredi corpore est *l. cum bona. 16 ff. de reb. auctorit. iud. possidend.*) & *l. imperator. 60 ff. de pact.* vbi in emptione bonorum debitoris cognati anteferuntur extraneis emptoribus. Vnde dicendum videtur, quod & in emphyteusi cognati extraneis sint praeponendi: siquidem emphyteusis magnam similitudinem cum emptione & venditione habeat. *§ adeo autem. 3. Inst. de locat. & conduct.* Non, inquam, leges istae aduersantur. Loquuntur enim in speciali casu: quando scilicet bona debitoris obaerati auctore iudice possidentur & venduntur. Tum sane cognati & creditores in venditione bonorum extraneis praeferuntur: modo eandem conditionem, quam extranei, praestent. Quod cum praesenti quaestione nihil commune habet.

7 Nihil † item obstat *l. iubemus. 3. §. & filios aduocatorum. 5. C. de aduocatis diuersor. iudicum.* vbi dicitur, quod si officium aduocatorum, per eorum mortem fuerit finitum, ipsorum liberi & propinqui ad idem officium accedere cupientes, extraneis sint anteponendi. *Etenim* loquitur de officiis publicis, in quibus distribuendis vtique prae caeteris habenda est ratio illorum, quorum parentes in eodem genere officii de Republic. optime sunt meriti: quia filii sperantur similes futuri suis parentibus, si deprehendantur ad illud officium idonei. At in proposita quaestione disputatur de iure priuato, quod cuiuslibet domini arbitrio ac potestati subiectum est. *d. l. in re mandata. 21. C. mandati.*

8 Nihil † denique obest *l. congruit. 4. C. de locat. praedior. ciuil. vel fiscal. &c.* vbi veteres conductores praeferuntur nouis conductoribus, si modo augmentum precii, ab altero nouo conductore oblatum, ipsi praestare parati sint. *Quandoquidem* illic primi conductores, non vero consanguinei eorum, extraneis siue nouis conductoribus praeferuntur: & sic beneficium illud speciali fauore personae veteris alicuius conductoris indultum, ad eius consanguineos porrigi non debet. *l. in omnibus causis. 68 ff. de regu. iur.* Deinde iste textus non de omnibus, sed publicarum seu fiscalium duntaxat rerum conductoribus loquitur: a quibus ad aliarum rerum conductores argumentari non licet: quoniam illis hoc ius, vt praeferantur extraneis conductoribus, singulari concessum est ratione, quae in priuatis conductoribus locum non habet. Ratio autem huius concessionis haec est, quia conductores rerum fiscalium, deficientibus aliis conductoribus post finitam conductionem, de nouo conducere compelluntur, si lucrum aliquod ex priori conductione fecerint *l. cotem. 11. §. vltim. ff. de publican. & vectigalib.* Quocirca aequissimum visum est: pro hoc, quod sustinere coguntur, onere & incommodo, ipsis alio modo succurri, quod nimirum finita conductione aliis conducere volentibus praeponantur, *argum. l. secundum naturam 10. ff. de regul. iur. Reliqua, quae decisioni nostrae obuia solent, vtpote leuiora, ex hactenus dictis facile dilui poterunt.*

QVAESTIO XLIV.

SVMMARIVM.

1 *An dominus propria auctoritate possit ingredi possessionem rei emphyteuticae, remissiue.*

NVnquid possit dominus directi ingredi propria auctoritate, &c.] Vtrum, † dominus propria auctoritate possit ingredi possessionem rei emphyteuticae, & emphyteutam expellere, discendum est ex iis, quae annotata sunt supra *ad quaestion. 11.* 1

QVAESTIO XLV.

SVMMARIA.

1 *Vtrum emphyteuta, si citra eius culpam emphyteusis sit finita, meliorationes in re emphyteutica factas repetere queat.*
2 *Quam ob causam contractus emphyteuticus instituatur.*
3 *Damnum, per rei deteriorationem contingens, cui imputetur.*
4 *Intellectus l. domos. 58. ff. de legat. 1.*
5 *Sensus c. 1. §. si vasallus. tit. 28. libr. 2. feudor.*
6 *Opinio vltima in dubio tenenda.*
7 *Nemo debet locupletari cum alterius detrimento.*
8 *Consentienti & volenti non fit iniuria.*

SI vero emphyteusis finitur sine culpa, &c.] Haud expeditum est; an † emphyteuta, si absque eius culpa emphyteusis finita fuerit (puta si res emphyteutica concedatur vsque ad certum tempus, certamue generationem, & illud tempus elapsum sit, ac generatio extincta) meliorationes in re emphyteutica factas, repetere possit? Et quamuis huiusmodi meliorationes non solum ipsi emphyteutae, si viuat; sed etiam eius filiis & descendentibus, tam masculis, quam foeminis deberi, communiter recepta sit conclusio; vt, *post alios*, Clarus noster hic testatur, item Bercholt *in Commentar. de feud. cap. 3. num. 31* & Trentacinquius *var. resolut. lib. 3. resolut. 9. de iur. emphyteut. num. 2. allegans* Vincentium de Franchis *in decis. 191.* attamen verior videtur sententia eorum, qui eiuscemodi impensas & melioramenta, quibus res emphyteutica melior est effecta, ad dominum pertinere contendunt. Pro † qua assertione facit, quod contractus emphyteuticus ea de causa maxime instituitur, vt res melior efficiatur: quemadmodum ex ipsius verbi etymologia seu significatione elucescit, *de qua dictum supra ad quaestion. 1. num. 1.* Atque ideo Ecclesiis praedia tantum ad meliorandum in emphyteusin concedere conceditur, *vt in auth. si quas ruinas. Cod. de SS. Eccles.* Quare si hanc ob causam contractus emphyteuticus celebrari solet: vtique dominus expensas melioramentorum soluere non tenetur. Ob id enim dat praedium in emphyteusin, vt ab hoc sumptu liberetur: quod non fieret si impensam soluere cogeretur. Confirmatur quoque haec sententia *ex l. 1. Cod. de iure emphyteut. & §. adeo autem. 3. Instit. de locat. & conduct.* vbi † damnum, quod 3

per

per rei deteriorationem contingit, ipsi emphyteutæ, non vero domino imputatur. Ex qua apparet: emphyteutam non posse repetere à domino expensas, in reficiendo factas. Quia si repetitio emphyteutæ daretur: non eius damnum, sed domini esset. Sed & eadem doctrina ab æquitate non est aliena: quia cum emphyteusis plerunque pro exigua mercede concedi soleat: hinc in compensationem fructuum meliorationes domino ex natura contractus cedunt, finita emphyteusi, etiam sine culpa emphyteutæ. Nam si ex culpa amittatur emphyteusis, veluti ob non solutum canonem, vel ob alienationem illicite factam, aliamue ob causam: tunc dominum meliorationes lucrari, extra controuersiam est. *l. 2. C. de iur. emphyteut. Nouell. 7. c. 3. §. scire autem. &c.*

4 Non † infringit hanc decisionem *l. domus. 58. ff. de legat. 1.* vbi si quis faciat impensas in re subiecta restitutioni post tempus, poterit eas impensas repetere ab eo, cui rem restituit. Idem ergo in materia nostra dicendum videtur: cum res emphyteutica post certum tempus, vel certam generationem restitutioni subiecta sit. *Quia* breuiter respondetur: ibi non esse rem ad meliorandum datam, neque meliorationes venire, sicut ex natura contractus emphyteutici veniunt.

5 Nihil † item mouet textus *in c. 1. §. si vasallus. tit. hic finitur lex. 28. libr. 2. feudor.* vbi secundum vnam lecturam, meliorationes pertinent ad vasallum, & non ad dominum. *Nam* res, quæ conceduntur in feudum, non ad meliorandum dantur, sed propter seruitia personalia; quæ sunt causa feudi. At causa contractus emphyteutici regulariter melioratio censetur, vt ex verbo ipso efflorescit. Imo ille ipse textus magis confirmat, quam euertit decisionem nostram: quia secundum opinionem vltimam, quæ in isto textu refertur, finito feudo meliorationes factæ omnino ad dominum feudi pertinent: 6 quæ † opinio vltima in dubio tenenda est, *per notata Accursii & aliorum in l. qui filium. 74. §. Fabius. in verb. & alia. ff. ad senatusconsf. Trebellian. & in l. ea lege. 3. C. de condict. ob causam.*

7 Similiter non obstat, quod † dominus videatur locupletari cum alterius, scilicet emphyteutæ, iactura & detrimento, contra regulam iuris. *l. nam hoc natura. 14. ff. de condict. indeb. l. iure naturæ. 206. ff. de regul. iur.* 8 Quoniam † vbi interuenit consensus tacitus, vel expressus, vel conuentio; prædicta regula officium suum perdit: cum consentienti & volenti iniuria non fiat. *l. 1. §. vsque adeo. 5. ff. de iniur. c. scienti. 27. de regul. iur. in 6.* Atque ita docent Francisc. Sarmientus *lib. 3. selectar. interpretat. c. 4.* Fachineus *lib. 1. controuers. iur. c. 92.* & Bronchorst. *cent. 1. Miscellan. controuers. assert. 45.* Quo ad alias quoque leges, quæ obesse videntur, respondent. Idem & nos fecimus *in d. §. adeo. 3. n. 347. Institut. de locat. & conduct.*

QVÆSTIO XLVI.

S V M M A R I A.

1 *Vtrum emphyteuta ad tributa & collectas teneatur.*
2 *Quid dicendum est de emphyteuta Ecclesiæ.*
3 *Ecclesia ex prædiis ecclesiasticis consuetas collectas præstare non cogitur.*

1 QVod emphyteuta teneatur ad collectas.] Quod † emphyteuta non solum teneatur ad tributa mere realia, hoc est, imposita rebus ipsis, *per textum in l. 2. ibi. publicarum functionum. C. de iur. emphyteut. ibique* Albericus de Rosat. Salicet. & Iason *num. 2.* Donell. *lib. 9. Commentar. de iur. ciu. cap. 14. pagin. 452. num. 30. & docui paulo fusius ad §. adeo. 3. numer. 370. & seq. Institut. de locat. & conduct.* sed etiam ad imposita personis pro rebus, quemadmodum sunt collectæ, post Clarum hic nostrum, *& plures alios à se laudatos,* diserte scribit Aluarus Valascus *in tract. de iure emphyteut. quæst. 17. num. 8. & seqq. vbi id explicatius persequitur.* Idem etiam tradidit Stephanus Gratianus *disceptation. forens. cap. 294. num. 30.* vbi ait, vsufructuarium & emphyteutam teneri pro tributis & collectis tam futuris quam præteritis non solutis: ita tamen, vt habeat, recursum contra antecessorem, seu eius heredem, quoad collectas præteritas, per eum non solutas. Eadem de re consulantur Andr. Gail. *libr. singul. de pignoration. obseru. 15. num. 11. cum seqq.* Regner. Sixtin. *in tractat. de regalib. cap. 14. num. 84.* Rutger. Ruland. *in tracta. de Commissar. & commission. part. 4. lib. 2. cap. 6. num. 62. & nouissime* Dn. Collega Bocer. *in tract. de iure collectar. cap. 10. num. 5. & seqq.* vbi hanc sententiam non solum certis quibusdam rationibus confirmat: verum etiam dissentientium argumenta diligenter refutat.

Controuertitur autem non parum: sitne idem statuendum de Ecclesiæ emphyteuta, quod & ille ex fundo emphyteutico collectas seculari siue temporali domino soluere teneatur? Affirmant quidem Andreas de Isernia *ad tit. 56. quæ sint regalia. in verb. plaustrorum. lib. 2. feudor.* Lucas de Penna *in l. vn. num. 7. C. de imponend. lucrat. descript.* Alexand. *consil. 102. volum. 1.* Natta *consil. 114. num. 18.* Valasc. *d. quæstio. 17. num. 11. aliique per eum adducti.* 2 Negant vero Bartol. *in l. prima. 10. C. de excusat. munier. lib. 10.* Iason *in l. 1. num. 31. C. de iur. emphyteut.* Bossius *in tit. de Principe, & priuileg. eius. num. 128.* Marcus Antonius Eugenius *consil. 96. num. 22. lib. 1. eosque referens* Andreas Fachineus *lib. 1. controuersiar. iur. cap. 91.* Quas opiniones contrarias distinctionis fœdere in concordiam reduci posse, autumat D. Bocerus *d. tract. de iure collectar. cap. 10. num. 16.* Affirmantium procedere iudicat in contributionibus siue collectis, quæ ad tempus ex improuiso, præter morem, ex summa necessitate publica indicuntur: vt sunt collectæ Turcicæ. Hæ enim præstandæ quoque sunt ex possessionibus ecclesiasticis. *l. neminem. 11. C. de sacrosanct. Eccles. & l. vnic. C. vt nemini liceat in empt. specier. se excus.* Negantium † opinioni locum esse arbitratur in cæteris contributionibus. 3 Siquidem cum ipsa Ecclesia ex prædiis ecclesiasticis consuetas collectas præstare non cogatur. *l. 1. l. 2. l. placet. 17. & auth. item nulla communitas. C. de episcop. & cleric. cap. non minus. & c. aduersus. extr. de immunit. Ecclesiar.* Ruland. *d. tractat. de commiss. part. 4. cap. 6. num. 31.* nec eos præstare cogendus est emphyteuta Ecclesiæ. *Id quod latius explicat* Bocerus *d. cap. 10. num. 17.*

QVÆSTIO XLVII.

S V M M A R I A.

1 *Quenam actio nascatur ex contractu emphyteuseos.*
2 *Contractus emphyteuticus sua propria natura obligationem & actionem parit.*
3 *Actio, ex pignoris contractu descendens, pignoratitia dicitur.*
4 *Et ex deposito sequestrario, depositi sequestraria actio vocatur.*
5 *Actio præscriptis verbis vnde oriatur.*
6 *Contractus innominatus ex rei traditione vel facto initium capit.*
7 *Condictioni ex lege quando sit locus.*

QVa actio competat pro emphyteusi.] Quod † condictio ex 1
lege cōpetat ex cōtractu emphy. præter Iason. & Iacobum

bum de Nigris *hic à Claro relatos & approbatos*, tenent Si-
chardus *in l.1.in fin. C.de iur.emphyteut.* Wesenbec.*in para*
titl.ff.si ag.vectigal. id est, emphyteut. petat.num. 4. Ferrarius
in tract.de iur.emphyteut.circa princip. Donell. *lib.4.Commen-*
tar.de iur.ciu.c.14. Valasc.*in tract. de iur.emphyteut. q 6. num 8.*
Treutler. *disput.29 th.vlt.lit.G.vol.1.&* Hedeman.*disput.17.*
fit.48. Sed alii existimant, actionem præscriptis ver-
bis ex emphyteusi nasci, Accurs. *in d.l.1.verb.custodiri. C.de*
iur.emphyt. atque Petrus de Bella Pertica. & Cynus *quæst.5.*
& Albericus de Rosat. *num.8. itemque* Ioan. Andr.ad Spe-
culat. *in tit.de emphyteus.quæst.171.num.197.in fine.* Ego ve-
ro propriam inde & peculiarem actionem, videlicet em-
phyteuticariam, proficisci, iuri magis consonum esse con-
cludo, *arg l.si finita.15.§.si de vectigalibus.26.ibi, vectigali actio-*
ne.ff.de damn.infect.& l.si.cum venditor 66.in principalis, actio-
ne.quæ de fundo vectigali, &c. ff.de euictionib. Huiusque con-
2 clusionis ratio est perspicua: quia † hic contractus em-
phyteuticus sua propria natura absque vlla noua lege, ob-
ligationem & actionem producit. Ideoque ex eo nulla
alia actio oriri potest, quam emphyteutica siue emphy-
teuticaria. Actiones enim, quæ ex nominatorum con-
tractuum vi naturali & propria proueniunt, etiam appel-
lationem ab ipsorum contractuum nomine sortiuntur.
3 Sic † actio, quæ ex pignoris contractu nascitur, pignora-
titia appellitatur. *§.vlt.Instit.quib.mod re contrahit. obligat &*
4 *tot.tit.ff.& C.de pignorat.act.* Sic † ex deposito sequestrario
quæ oritur actio, depositi sequestraria actio dicitur. *l.si in*
Asia.11.§.cum sequestre.2.ff.deposit.& fu.ius ostendi in § præterea
3.instit.quib.mod.re contrahit.obligat. num.165.& seqq. Qua-
re sententia eorum, qui præscriptis verbis actionem ex
hoc contractu concedi affirmant, plane erronea est. Hæc
5 † quippe præscriptis verbis actio ex contractibus inno-
minatis, qui nimirum certum & speciale nomen non ha-
bent, descendit. *l.1.2.& 3.ff.de præscriptis verbis, &c.* Inno-
6 minatus † autem contractus ex rei traditione vel facto
initium capit & perficitur. *l.1.§.item emptio.ff.de rer.permu-*
tat.& l.naturalis.5.in princip.& §§.seqq.ff.de præscript. verb.&c.
cum tamen contractus emphyteuticus ad sui perfectio-
nem nec rei traditionem, neque factum desideret: id quod
vel ex eo colligitur quod olim vel pro emptione & vendi-
tione, vel pro locatione & conductione haberetur. *§.ad-*
eo autem.3.instit.de locat. & conduct. & l.1.C. de iur. emphyteut.
quos contractus solo consensu perfici tralatitium est, *in-*
tio tit. Instit.de obligationib.ex consensu. l.2. in princ.ff. de obliga-
tionib.& actionib. Quin & Clarus noster & alii qui condi-
ctionem ex lege hic competere aiunt, æque halluci-
7 nantur. Etenim † condictioni ex lege toties est locus,
quoties noua aliqua lege obligatio introducta est, nec ta-
men cautum eadem lege, quo genere actionis experia-
mur. *l.vnic.ff.de condict.ex leg.* Atqui obligatio huius con-
tractus non est introducta Imperatoris Zenonis noua
lege: siquidem & ante eius constitutionem hic contra-
ctus suâ naturâ fuerit efficax ad producendam obligatio-
nem, & consequenter actionem, *vt patescit ex d.§. adeo au-*
tem.3. Instit.de locat.& conduct.& tot.tit ff.si ager vectigalis, &c.
Recte ergo concluditur: ex hoc contractu proficisci pe-
culiarem seu propriam actionem, quæ à veteribus Iure-
consultis interdum actio vectigalis, interdum de fundo
vectigali dicitur. *d.l.si finita.15.§.si de vectigalibus.26.ff.de dam.*
infect.& d.l.si cum venditor.66.in princ.ff.de euictionib. Quam

sententiam tuetur Oldendorpius *class.5 de actione emphy-*
teut.in princ. Mynsinger. *ad d.§.adeo.3. Instit.de locat. & con-*
duct.num.6. D.Bocer.*class.2.disp.14.th.39.adit.2.* Bronchorst.
cent.1. Miscellan. *controuers.assert.43.* Hœnon.*disp.16.contro-*
uers.19 sub lit. A.& Hunnius *lib.3.var.resolut.iur.ciu.tractat.9.*
part.2. quæst.13.

QVÆSTIO XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *In statuto, de bonis loquente, continentur etiam bona emphy-*
teutica ecclesiastica.

STatuta laicorum disponentia.] Quod † in statuto, de bo- 1
nis loquente, comprehendantur etiam bona emphy-
teutica ecclesiastica, licet statutum sit laicorum quoad
ipsos laicos, post Clarum nostrum, *& per eum citatos*, tra-
dit Aluarus Valascus *in tractat. de iure emphyteut. quæstio.1.*
num. 22.

QVÆSTIO XLIX.

SVMMARIA.

1 *Allodium & feudum contraria sunt verba.*
2 *Allodium quid vulgò dicatur.*

A*Llodium propriæ est.*] Allodium † & feudum contra- 1
ria verba sunt, à Gothis deriuata, quibus Ottensius
in libris de feudis frequenter vtitur. Allodium † enim 2
vulgo appellitant, quod ab omni clientela liberum ac so-
lutum est, vel cuius causa possessor nemini fidem atque
obsequium debet: & quod ita alicuius proprium est, vt à
nemine alio, nisi à Deo recognoscatur: vt, post Clarum
hic nostrum, & Hotomannum, annotauit Simon Schar-
dius *in lexic.iuridic.lit.A.verb.allodium.*

QVÆSTIO L.

SVMMARIA.

1 *Argumentum à feudo ad emphyteusin, & contra, probabile &*
frequens.
2 *Quatenus de feudo ad emphyteusin, & vice versa, argumen-*
tari liceat, remissiue.

N*Vn quid valeat argumentum de feudo ad emphyteusin.*]
Quod † argumentum à feudo ad emphyteusin, & 1
contra, ab emphyteusi ad feudum probabile sit, vtilissi-
mum & frequentissimum, docet Nicolaus Euerhardus
à Midelburg. *in Topicis legalib.in loc. a feudo ad emphyteusin.*
item in loc.ab emphyteusi ad feudum. eumque referens D. Bocer.
in tract.de qualit.& different.feudor.c.1.num.15. Quando vero 2
de feudo ad emphyteusin, & contra, liceat argumentari,
post plures alios, quos laudant, tradunt Aluarus Valasc.*in tra-*
ctat.de iur.emphyt.quæst. 39 num 19. & Henricus à Rosen-
thal. *in tractat.totius iuris feudal.cap.2.conclus.10. num.5.& se-*
quentibus.

IOAN.



IOHANNIS HARPRECHTI, IC. ET IN ILLVSTRI TVBINGENSI ACADEMIA ANTECESSORIS ORDINARII,

ADDITIONES AD IVLII CLARI Libri IV. sententiarum receptarum

§. FEVDVM.

QVÆSTIO I.

SVMMARIA.

1 *Varia recensetur feudorum origo.*
2 *Opinio Ioannis Nielly, &c.*
3 *Opinio Zasii, &c.*
4 *Opinio Taurelli, &c.*
5 *Opinio Haloandri, &c.*
6 *Opinio Vigliì Zuichemi.*
7 *Opinio Francisci Connani.*
8 *Opinio Iacobi Cuiacii, &c.*
9 *Opinio Lucæ de Penna.*
10 *Opinio Iohannis Ferrarii Montani, &c.*
11 *Opinio communis approbatur & defenditur.*



quo tempore ius feudorum originem habuerit.] Origo † feudorum vnde
1 promanauerit, vehementer & varie
controuertitur? Quidam † enim
2 opinantur, quod vna cum genere
humano, & sic ab exordio pene
mundi prima feudorum origo extiterit. Ita namque ad primæ monarchiæ tempora referunt feudorum initia Ioannes Niell. *disputat. 1. feud. thes. 1.* Iohannes Henricus Linck. *in tractat. feud. part. 1. numer. 6. &* Iohannes Gœdd. *in disputat. feud. 1. th. 1.*

Nonnulli † feudorum originem deducunt à clien-
3 telis Romanorum, à Romulo sub initium vrbis conditæ introductis. Budæus *in l. Herennius. 63. ff. de euictionib.* Zasius *in l. 2. ff. de orig. iur. in princip. numer. 21. & seqq. item in Epitom. feud. part. 1. numer. 1.* Ioannes Pyrrh. *ad consuetudin.* Burdegal. *libr. 2. titul. 8. de feud. in princip. &* Haneton. *de feud. libr. 1. capitul. 2.* Alii † feudorum o-
4 riginem reponunt ad agros limitrophos seu limitaneos, quos in limitibus Imperii sitos Romani Principes solebant assignare limitibus, vt inde sese sustentarent. Lælius Taurell. *libr. singul. de militiis.* Sonsbeccius *in Commentar. ad vsus feudor. part. 1. num. 34.* Non
† desunt, qui feudorum principia dedicant à militiis, 5
quæ olim dicebantur officia illorum, qui in Schola inter statutos relati erant, indeque salaria à Principe relinquebantur. Haloander *in Nouell. 53. & 97.* Curtius
Iunior. *de feud. part. 2. disputat. 3. circa medium.* Viglius † 6
vero Zuichemus *in rubric. titul. Instit. de milit. testament. numer. 22.* arbitratur, feuda suum ortum ab armatis militiis trahere. At Franciscus Connanus *libr. 2. Commentar. iuris ciuil. capit. 9. numer. 6.* existimat, feudo-
rum † morem à Gallis venisse ad Germanos, Italos, 7
Hispanos, & alios Europæ populos. Alii † feudorum 8
originem adscribunt colonis ascriptitiis seu hominibus, quorum fit mentio *in l. 2. §. 1. Codic. de Episcop. & cleric. l. senatorum. 4. Codic. de dignitatib. l. 1. Codic. de commerciis & mercatoribus, & alibi* Iacobus Cuiacius *in princ. Commentar. in vsus feudal. & libr. 8. obseruation. capitul. 14.* huiusque perpetuus asecla Ioannes Borcholtus *in Com-
mentar. in consuetud. feudor. capit. 1. numer. 12.* Lucas † 9
de Penna *in l. quicunque. 7. in princip. column. 2. Codic. de omni agro deserto, libr. 11.* autumat, feuda originem suam traxisse à prædiis stipendiariis & tributariis: quæ qualia fuerint, docent Interpretes *ad § per traditionem. 40. Instit. de rer. diuis.*

Cæterum † Iohannes Ferrarius Montanus *libr. 1. de
feud. capitul. 1.* & Hermannus Vulteius *libr. 1. de feud. cap.* 10
1. numer. 14. originem feudorum repetunt à temporibus Caroli Magni; & sub eius Imperio primum vsurpari cœpisse tradunt.

11 Denique † à consuetudine & moribus Longobardorum feuda principium accepisse, & dimanasse, vt receptius, *teste hic Claro nostro*; ita & probabilius est. Tum quia in consuetudinibus feudalibus passim Longobardorum, & legum Longobardicarum fit mentio, *veluti sub tit. 10. de content. inter domin. & fidel. libr. 1. & titul. 1. de feudi cognit. libr. 2. & titul. 8. de inuestitura de re al. facta. circa fin. libr. 2. item titul. 58. de notu feudor. §. 1. & seqq. libr. eod. feudor.*

Tum quia multa rerum feudalium vocabula Germanorum idiomati, vtpote gentis vicinæ, & in quorum regione multos annos Longobardi habitarunt, consonare videntur: vt morganatica, marchio, marchia, & alia eiuscemodi fere innumerabilia; *de quibus sub titul. 14. de feudo marchia. libr. 1. & titul. 10. quis dicatur dux, marchio, &c. libr. 2. titul. 29. de filiis natis ex matrimon. ad morganaticam contracto. eod. libr. 2. feud. & alibi.* Atque hanc tenent defenduntque accurate sententiam, *post veteres,* Franciscus Duarenus *de feud. cap. 3.* Hotomannus *disput. feud. capit. 1. & 2.* D. Obrecht. *disputat. feud. 1. capit. 2. th. 42. & seqq.* Dn. Collega Bocerus *class. 5. disputat. 12. th. 3. edit. 2.* Fachineus *libr. 7. controuersiar. iur. capit. 1. versicul. postremam sententiam, &c.* Petrus Heigius *part. 1. quæstio. 1. num. 31.* Iohannes Rudingerus *variar. lect. iur. feud. libr. 2. capit. 1. numer. 4. cum seqq.* Paulus Berens *disput. feud. th. 4.* Helfricus Vlricus Hunnius *in tractat. feud. capit. 1. versic. decimo & vltimo, &c. pag. 16. & seq. aliique complures, ab his memorati.*

QVÆSTIO II.

S V M M A R I A.

1 *A quibus ius feudorum sit conscriptum.*
2 *Auctor iuris feudalis incertus est.*
3 *An consuetudines feudales hodie ad ius scriptum referenda.*

1 **Q***Vod ius feudorum fuit compilatum ex consuetudinibus.*] Non dubium est vllum, quin † priuati homines fuerint, qui consuetudines feudorum, sine vlla legis concedendæ auctoritate & potestate conscripserint. Sed illi qui fuerint, inter omnes non conuenit. Ego (reiectis diuersis diuersorum opinionibus, quas nouissime refert & refutat Hunnius *in tractat. feud. capitul. 2.*) Eorum puto amplectendam esse sententiam, qui statuunt: libros † feudorum certum Auctorem non habere: sed esse rapsodiam quandam, ex variis consuetudinibus, tum Mediolanensium, tum aliorum, nec non Imperatorum quorundam constitutionibus congestam. Vnde fit, quod magna sæpe discrepantia sententiarum, crebraque repetitio eorundem præceptorum in libris feudalibus occurrat: adeoque vno titulo res diuersæ farinæ tractentur; atque eædem res pluribus titulis subinde, & ad nauseam vsque repetantur; *vt fusius ostendunt* Franciscus Hotomannus *in præfat. Commentar. de feud.* Duarenus *de feud. capit. 1. num. 4.* Ferrarius Montanus *libr. 1. feud. capit. 3.* Hartman. Pistor. *lib. 2. quæst. 34. num. 17.* D. Bocer. *class. 5. disput. 12. th. 5. cum seq.* Rudinger. *var. lection. iur. feud. lib. 1. cap. 3.* & Hunnius *loco prællegato.*

Nunquid hodie dicetur consuetudo, an autem ius scriptum.] 3 Quod † attinet ad constitutiones Imperatorum, quæ in libros feudales redactæ sunt, non ambigitur, quin illæ sint pars iuris scripti. Verum de consuetudinibus Longobardorum, itemque Mediolanensium res est valde controuersa. Sed communis opinio est, illas etiamnum ius consuetudinarium, & non scriptum esse. Ita, post Clarum nostrum, *& alios,* docent Sonsbecc. *de feud. part. 1. num. 24.* Ferrar. Montan. *dict. libr. 1. feud. capit. 2.* Curtius Iunior *de feud. quæstio. 1. num. 31.* Duaren. *de feud. dict. cap. 1 num. 3.* Obrecht. *disputat. feud. 1. cap. 3.* D. Bocer. *d. disput. 12. th. 6.* & Rosenthal. *in tractat. feud. c. 1. conclus. 8. num. 3. & seq.* Tametsi, *post alios* dissentiant Ludolphus Schraderus *in tract. feud. 1. part. nona part. principal. sect. 3. num. 114. cum seq.* & Hunnius *d. tractat. feud. cap. 21 pag. 24. colum. 2.*

QVÆSTIO III.

S V M M A R I A.

1 *Liber feudorum an sit authenticus.*
2 *Quod principi placet, legis habet vigorem.*
3 *Temporis immemorialis vsus habet vim priuilegii & legis.*
4 *Tacens quatenus pro consentiente habeatur.*
5 *Eius, quod publice fit, nemo ignorantiam causari potest.*
6 *Imperatorum est leges generales condere.*
7 *Consuetudo habet vim & auctoritatem legis.*
8 *Consuetudines feudales ab Imp. approbatæ.*
9 *An & quatenus ius feudale possit allegari ad decisionem causarum, extra materiam feudalem.*
10 *Controuersiæ feudales quatenus ex iure ciuili decidenda.*
11 *Nunquid consuetudines feudorum æque ligent personas ecclesiasticas, ac seculares.*
12 *Effectus legum quis.*
13 *Non solum laici, sed & clerici ius feudale approbarunt.*
14 *Consuetudo laicorum rationabilis astringit etiam clericos.*
15 *Leges Imperiales, quatenus canonibus non aduersantur, ad ecclesiasticas personas vigorem suum extendunt.*
16 *Natura causæ trahit ad se personam.*
17 *Id debet attendi, quod principaliter agitur.*
18 *Consuetudines feudales sunt tacite vniuersi populi consensu introducta.*

A*N liber feudorum sit authenticus.*] Libros † feudorum 1
esse authenticos, & in foro Romano obseruandos, sequentibus docetur argumentis. Et sane quod ad constitutiones illas Conradi, Lotharii, Friderici & aliorum Imp. eas vim & auctoritatem iuris habere, in confesso est: siquidem quod † Principi placuit, legis habet 2
vigorem. *l. 1. ff. de constitutionib. princip. l. sed & quod Principi. 6. Instit. de iur. nat. gent. & ciu.*

Sed & de consuetudinibus cæteris, quæ in libris feudorum referuntur, idem omnino iudicandum est. Nam primo inter omnes constat, quod libri feudorum longissimo, adeoque immemoriali tempore fuerint pro authenticis obseruati, & consensu totius orbis Christiani, tum in iudiciis, tum extra iudicia, decidendo & consulendo recepti. Atqui † temporis immemorialis 3
vsum obtinere vim priuilegii, & vicem legis, apparet *ex l. 1. §. vlt. & l. 2. in princip. ff. de aqua, & aqua pluu. ar. cod. l. 3. § ductum. ff. de aqua quotid. & æstiu. l. super quibusdam. 26. § præterea. de verb. significat.*

Deinde † quando aliquis sciens contradicendo potest 4
actum impedire, & non impedit, sed tacet; pro consentiente habetur. *l. sæpe constitutum. 63. §. fin. ff. de re iudicat.* Sed Imperator probe scit, quod liber feudorum in Scholis traditur, & in iudiciis allegatur. Eius † etiam, quod 5
fit publice, nemo ignorantiam causari iure allegare potest

l. sed

l.sed si pupillus. 11. §. præscribere.3. ff. de instit.er. act. Ergo non
6 improbando, approbasse Imperator videtur. Adhæc †
Imperatores, quorum est leges generales condere, mul-
tis in locis, hic addendo, illic detrahendo, hic rursum
ratificando, decisiones feudales haud obscure confirma-
runt, *vt arguit tit.13. feudor. de alienat. feudi. lib. 1. item titul.*
34. 40. 44. 52. cum similibus. lib. 2. feud. ipsique etiam Pon-
tifices Romani multis in Decretalibus consuetudines
feudales sequuntur, *vt in cap. cæterum. 5. & cap. nouit. 13. de*
iudiciis. cap. grauem. 53. circa finem de sentent. excommunicat.
7 *& capit. ex transmissa. 6. de foro compet.* Præterea † certissi-
mum est; consuetudinem vim habere & auctoritatem le-
gis. *l. de quibus. 32. cum l. seq. ff. de legib. §. sine scripto. 9. Instit. de*
iur. nat. gent. & ciu. At vero decisiones feudales, licet
in scripturam redactæ sint: tamen consuetudines man-
serunt, *vt patet ex iis, quæ allata sunt supra ad quæstio. 2. num.*
3. Et quamuis regeratur à nonnullis: istas consuetudi-
nes in Imperio Romano pro iure non obseruari; eo
quod non à populo Romano, sed à Longobardis & Me-
diolanensibus sint introductæ; adeoque non generales
8 existimentur, sed locales; attamen cum † hodie ab Im-
peratore approbatæ sint, & confirmatæ: nihil plane im-
pedit, quo minus & Romanos consuetudinibus illis te-
neri, statuatur. Denique ita, præter Clarum hic no-
strum, *& ab eo citatos*, concludunt Ioannes Borcholt. *in*
Commentar. in consuetud. feudor. cap. 2 num. 30. Duaren. *libr.*
1. de feud. c. 1. num. 5. Vult. *libr. 1. de feud. cap. 1. num. 5.* Sons-
becc. *de feud. part. 1. num. 21.* Schneidevvin. *de feud. part. 3.*
quæst. 1. num. 6. Schrader. *in tract. feud. part. 1. quæst. 1. num. 6.*
Rudinger. *variar. lection. iuris feud. lib. 1. cap. 2. num. 2.* Heigius
part. 1. quæst. 1. num. 9. cum seq. Guerrin. Piso Soac. *de feud. cap.*
1. D. Bocer. *class. 5. disput. 12. th. 8. edit. 2.* Linck. *de feud. part. 1.*
num. 1. Fachineus *libr. 7. controuersiar. iur. cap. 2.* Haneton.
de feud. cap. 1. Rosenthal. *in tractat. feud. cap. 1. conclus. 9. num. 1.*
Paulus Berens *disput. feud. 1. thes. 8. &* Hunnius *in tract. feud.*
cap. 3. pag. 17. & seqq.

*An possit etiam allegari ad decisionem causarum extra mate-
riam feudalem.*] Circa hanc quæstionem recte distingui-
9 tur: vt † si ius feudale aliquid disponat, quod sit iuri ci-
uili contrarium: tunc illud non nisi in materia feudali
obtineat: in iure autem ciuili nullam sibi auctoritatem
vindicet, *argumento cap. 1. de feudi cognitione. lib. 2. F.* Sin ve-
ro disponat ius feudale aliquid, quod sit secundum ius
ciuile, adeoque faciat cum iure ciuili: tunc illustratio-
nis & maioris confirmationis gratia possit ius feudale,
etiam in causis ciuilibus, allegari. Idemque etiam ob-
tineat, cum ius feudale aliquid præter ius ciuile dispo-
nat, hoc est, de eo disponat, de quo in iure ciuili nihil
10 dispositum habetur. Etenim † sicut controuersiæ feu-
dales, deficiente iure feudali, ex iure ciuili sunt deciden-
dæ: ita quoque quæstiones ciuiles, deficiente iure ciui-
li, ex iure feudali decidi debent. *d. cap. 1. lib. 2. feudor.* dum-
modo vtroque hoc casu ius feudale in ratione naturali
sit fundatum. Ita, *post veteres*, ex recentioribus tradunt
Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 1. num. 9.* Borcholt. *d. Commentar.*
de feud. c. 2. num. 31. cum seq. Linck. *d. part. 1. num. 2.* Intriglioł.
de feud. quæst. 11. Rosenthal. *d. tract. feud. cap. 1. conclus. 10. eos-
que citans* D. Hunnius *d. tractat. feud. cap. 3. pagin. 34. column.*
2. Adde videndum Valascum *in tractat. de iur. emphyt. quæst.*
39. num. 19.

Nunquid liber feudorum ligat etiam Ecclesias & ecclesiasti-
11 *cas personas.*] Quod † consuetudines feudorum æque
ligent personas ecclesiasticas, ac seculares, his probatur
12 rationibus. I. Quia † hic effectus legum est, vt omnes
omnino, qui acceperunt leges, legibus obligentur, *do-*
13 *cente* Wesenbecio *in Paratitl. ff. de legib. num. 7.* Non † so-
lum autem laici, sed etiam clerici ius feudale approba-
runt, seque iurisdictioni domini secularis subiecerunt,
dum feuda ab ipso domino temporali acceperint, *per*
textum in d. cap. cæterum. 5. de iudic. & d. cap. ex transmissa. 6.
de foro competent. ex quibus patescit, clericum ratione
feudi, quod recognoscit à laico, sub iurisdictione ipsius
domini laici esse. II. Quia † consuetudo laicorum ra- 14
tionabilis astringit etiam Ecclesias, *secundum Panormi-*
tanum in cap. cum causa. 8. num. 3. extr. de sentent. & re iudicat.
Atqui consuetudines feudorum esse rationabiles, extra
controuersiam est. III. Quia exploratum est, quod †
constitutiones vel leges Imperiales, quatenus canoni- 15
bus non contradicunt, nec ecclesiasticam libertatem in-
fringunt, ad clericos & Ecclesias vigorem suum exten-
dant. *cap. 1. & ibi Panormit. de noui oper. nunciat. can. lege Im-*
peratorum. 1. Distinct. 10. IV. Quia † natura causæ tra- 16
hit ad se personam, non persona naturam causæ, *iuxta*
Bald. in capit. 1. num. 4. de controuers. feud. ap. pares terminand.
quem referendo sequitur. Andreas Gail. *libr. 1. obseruat. 37.*
num. 3.

Siquidem quando duæ causæ concurrunt, naturalis
vna, accidentalis altera: præualet naturalis, si non alte-
retur ab accidentali, *argum. l. qui habet. 13. in princip. ff. de tu-*
tel. ibique Bartol. Nec est inconueniens, quod † natura 17
causæ trahat ad se personam: quia debet attendi id, quod
principaliter agitur, *argum. l. si quis nec causam. 4. ff. de rebus*
credit. si cert. pet. & l. si is, qui duos. 29. ff. de liberat. legat. V.
Quia † decisiones feudales non dicuntur ciuiles leges, 18
nec introductæ a Principe seculari: sed dicuntur con-
suetudines vniuersales, tacito consensu vniuersi populi;
sicque consensu tam clericorum, quam laicorum rece-
ptæ: ac propterea etiam clericos obligant. Et ita, post
Clarum nostrum, *& alios*, sentiunt Sonsbecc. *in Com-*
mentar. ad vsus feud. part. 1. num. 26. Mozz. *de his, qui feud. dar.*
poss. num. 30. Gribald. *in thesaur. commun. opin. lit. F. in verb.*
consuetudines. Schrader. *d. tract. feud. part. 1. quæst. 2.* Vulteius
de feud. d. lib. 1. cap. 1. num. 8. Rudinger. *dict. libr. 1. variar. le-*
ction. iur. feud. cap. 78. num. 7. & seqq. Intrigliol. *de feud. quæst.*
4. Guerrin. Piso Soac. *in prælud. feud. c. 3.* Goedd. *in disput.*
feud. 1. th. 8. Hunnius *d. tract. feud. cap. 3. pag. 31. &* Berens *dict.*
disput. feud. 1. thes. 9.

QVÆSTIO IV.

SVMMARIA.

1 *Inter varias feudi definitiones Vultei probatur.*
2 *Quæ partes sint essentiales bonæ definitionis.*
3 *Cui competit definitio, eidem quoque competit definitum.*
4 *De quo vsufructu hic agatur.*
5 *Quæ sit feudi materia & forma.*

QVid sit feudum.*] Definitiones † feudi variæ afferri
solent ab Interpretibus: quarum nouem nouissi- 1
me refert D. Hunnius *in tractat. feud. capit. 5.* Sed priori-
bus octo refutatis, vltimam (quæ est Hermanni Vul-
tei *libr. 1. de feudis cap. 2. num. 9.* & Ioannis Nellii *in disput.*
1. feud. th. 6.) sibi omnium perfectissimam videri asserit.
Ita autem se habet: *Feudum est vsusfructus quidam rei im-*
mobilis seu æquipollentis, sub conditione fidei & seruitiorum con-
stitutus. Hæc † definitio constat genere proximo &
proprio, differentiaque specifica: quæ duæ partes sunt 2
cuiusque bonæ ac perfectæ definitionis essentiales. Et-
enim generis loco ponitur *vsusfructus*, ex *capit. 1. in quib.*
caus. feud. amitt. tit 23. in fine. libr. 2. F. vbi aperte dicitur,
vsumfructum rei datæ transire in accipientem. Dein-
de † cui definitio competit, eidem quoque competit de-
finitum, *vt testatur axioma Philosophorum.* Atqui feudo 3
competit definitio vsusfructus: cum is, qui habet feu-

dum, habeat ius re feudali vtendi fruendi, salua eius sub-
stantia. Ergo feudum rectè definitur vsusfructus. Ad-
ditur in definitione restrictionis causæ particula *quidam*:
vt videlicet intelligatur hic agi de proprio quodam iure
vtendi fruendi, quod † per omnia non sit idem cum vsu-
fructu, qui est seruitus personalis rerum allodialium: per-
inde vt Iustinianus definiens legatum ait: legatum esse
donationem quandam. §. 1. *instit. de legat.* Cætera defini-
tionis verba (*rei immobilis, &c.*) continent causam feudi
materialem. Materia enim feudi in qua est res immobi-
4 lis. *c. 1. de feudi cognit. tit. 1. in fin. libr. 2. feud.* Feudi † forma
est fidelitas *tit. 2. in fin. lib. 3. F.* Atque adeo prædicta ver-
ba totam feudi essentiam exprimunt, illudque ab omni-
bus aliis iuribus plene & perfectè discernunt: id quod
est specificæ differentiæ officium. Isthuic definitioni
multa aduersari & obiici solent, quæ erudite diluit Hun-
nius *d. cap 5. pag. 50. & seq.*

QVÆSTIO V.

SVMMARIA.

1 *Feudum vnde dicatur.*
2 *Feudum sine fide esse nequit*
3 *Vasalli dicuntur fideles.*

V*Nde dicatur feudum.*] Feudum conuenienter à fide di-
ctum est, *vti arguit textus in tit. 3. §. vltim. libr. 2. feudor.*
1 Quia † forma & essentia feudi consistit in fide seu fideli-
tate: adeoque in omni feudo fides necessario requiritur:
& consequenter pacto remitti nequit: cum pacto rei sub-
stantia mutari non possit, *argum. l. cum precario. 12. ff. de pre-
2 cario.* Duaren. *in tractat. de feud. cap. 2. num. 3.* Nam † licet
feudum aliquod possit esse sine fidelitate, hoc est, sine fi-
delitatis iuramento: non tamen potest esse sine fide: cum
à fide nomen & essentiam suam habeat. *d. tit. 3. §. vlti. lib. 2.
F.* Atque isthæc etymologia eo magis probanda est: quod
etiam Longobardis, primis feudorum auctoribus, fede,
dicatur fides. Ab hoc enim verbo, fide, commode feu-
dum, tantum vnâ vel alterâ literâ adiectâ, deriuari po-
3 test. Vnde † vasalli, qui feoda habent, fideles κατ' ἐξο-
χὴν appellantur. *tit. 1. §. 2. lib. 1. feudor.* quia domino suo fi-
dem promissam seruare, & erga eum in dicto & facto,
hoc est, in sermone & opere, fideles esse debent, *vt notat*
Mozzius *in tract. de feud. cap. 1. num* 4. Hæcque, *teste Claro
hic*, communis Feudistarum sententia est: de qua videan-
tur Iacobus de Ardizone, *in summa feudor. cap. 4.* Bald. *in
prælud. feud. num.* . Aluarott. *in proœm lect. suæ num. 9.* Iason
in prælud. feud. num. 28. Connan. *libr. 2. Commentar. iur. ciuil.
cap. 9. num. 6.* Wesenbec. *in tractat. de feud. capit. 1. numer. 1.*
Schrader. *in tractat feud. part. 2. cap. 1. num. 4.* Vulteius *libr.
1. de feud. cap. 2. num. 1. & seq.* Borcholt. *in Commentar. de feud.
c. 1. num. 1.* Conradus Rittershus. *in partit. feud. cap. 1. qu. 12.*
Honnius *in tractat. feud. cap. 4.* Cuiac. *in princip. Commen-
tar. de feud.* Rosenthal. *in tract. feudal. cap. 1. conclus. 6. num. 3.
aliique per eum relati.*

QVÆSTIO VI.

SVMMARIA.

1 *Num feudum sit contractus.*
2 *Contractus magis in facto, quam iure consistit.*
3 *Consideratio tit. 87. lib. 2. feudor.*
4 *Verbum* contractus *aliquando generalissime accipi-
tur.*
5 *Extraordinaria iuris feudalis capitula quatenus aliquam v-
tilitatem vel auctoritatem obtineant.*

N*Vmquid feudum sit contractus.*] Feudum † esse contra- 1
ctum nominatum, præter Clarum nostrum, *& ab
eo citatos*, tenent Schraderus *in tractat feud part. 2. c. 2. num.
2.* Conradus Rittershus. *in partit. feud. cap. 3. num. 4. & seq.*
Wesenbec. *de feud. cap. 1. &* Rosenthal. *in tractat. iuris feu-
dal. cap. 1. conclus. 7. num. 1. & alii.* Verum hæc opinio displi-
cet Hotomanno *lib. 6. obseruat. cap. 7.* Cuiacio *in Commen-
tar. feud. pagin. 12.* Dn. Collegæ Bocero *in tractat. de quali-
tat. & differens. feud. cap. 1. num. 6.* Fachineo *libr. 1. controuers.
iur. capit. 1. versic. ad alteram quæstionem, &c. bisque referenti*
Hunnio *in tract. feud. cap. 5. pag. 45. & seqq.* Tum quod in
toto iure feudali nullibi vel minimo verbulo significetur,
feudum esse contractum. Atqui verisimile non est, si
feudum esset contractus, tanto silentio Feudistas hoc es-
se præterituros. Tum quod IC. *in tit. 23. lib. 2. F.* defini-
turus feudum non ponat loco generis contractum, sed
vsumfructum. Ast hunc à contractu diuersum esse, ne-
mo est omnium, qui non intelligat. Tum denique quod
feudum ius sit, ac in mero iure consistat. *d. tit. 23. libr. 2.
feudor.* Contractum † autem esse facti magis, quam iu- 2
ris, constat *ex l. consilio. 7. §. vltim. ff. de curatorib. furioso, & a-
liis, &c.* Non obstat textus *in tit. 87. lib. 2. feudor.* vbi dum 3
Feudista de beneficio seu feudo loquens subiecit hæc
verba, *vt in cæteris contractibus*: satis innuere videtur, etiam
feudum esse contractum: cum vocula (*cæteris*) implica-
tiua sit. *Nam* † verbum *contractus* aliquando generalis- 4
sime sumitur pro quauis obligatione, & quocunque ne-
gocio. *l. omnem. 20. ff. de iudicus.* Itaque si *contractus* ver-
bum ita accipiatur: non ineptè affirmatur, feudum in-
ter contractus numerandum esse quatenus obligatio-
nes reciprocas domini & vasalli continet. Deinde † re- 5
spondetur: allegatum *titul.* 87. esse è numero extraordi-
nariorum capitulorum, quæ teste Iacobo de Ardizone
in summa feudor. cap. 148. non extiterunt in priori com-
pilatione; sed ex Ardizone nobis restituit Cuiacius *libr.
4. feud. c. 23.* Quorum capitulorum licet sit aliqua vtilitas
in explicando iure feudali, & quatenus cum capitulis or-
dinariis consentiunt: tamen vbi ius feudale vel contra-
rium est, vel etiam omnino deficit, non habent capitula
ista vllam auctoritatem. D. Hunnius *d. tract. feud. c. 3 pag. 39.
cum seq. & cap. 5 p. 43. 47*

QVÆSTIO VII.

SVMMARIVM.

1 *Quæ sint feudorum diuisiones, remissiuè.*

Q*Votuplex sit feudum*] De † variis feudorum diuisioni- 1
bus, post Clarum nostrum, *& veteres*, videantur Al-
uarus Valascus *in tract. de iure emphyt. quæst* 40. Zasius *in E-
pitom. feudal. part. 2. & 3.* Rosenthall. *in tract. iuris feudal. cap.
2. conclus. 1. & aliquot seqq.* D. Bocer. *class. 5. disput. 13. edit. 2. &
in tract. de qualitat. & different. feudor. cap. 2. & seqq.* D. Obre-
chtus *disput. feud. 2.* Schrader *in tract. feud. part. 2. cap. 3. & seq.*
Borcholt. *in Comment. in consuetud. feud. c. 4.* Vulteius *de feud.
lib. 1. c. 8.* Hunnius *in tract. feud. c. 6.* Paul Berens *Disput. 1. feud.
th. 20. & aliquot seqq. aliiq; per eos citati.*

QVÆSTIO VIII.

SVMMARIA.

1 *Feudum nouum quid.*
2 *Antiquum feudum quid.*

3 *Num feudo paterno recte opponatur feudum antiquum.*
4 *Fe[illegible] antiquum pr[illegible] usurpantur.*
5 *Feudum nouum an & quatenus possit concedi ut feudum antiquum.*
6 *Quod in fauorem alicuius est introductum, non debet retorqueri in eius odium.*
7 *Quatenus feudum antiquum concessum iure feudi noui, assumat naturam feudi noui.*
8 *Ius quæsitum auferri inuito alicui non debet.*
9 *An & quatenus in dubio feudum antiquum, vel nouum præsumatur, remissiue.*

1 FEudum [illegible] est.] Nouum † feudum dicitur, quod vasallus posset or ipsemet primum, vel noua inuestitura, vel præscriptione acquirit. *titul. 8. §. fin. ibi, hæc de hoc* 2 *feudo paterno. libr. 1 feudor.* antiquum vero siue vetus, quod ab alio primitus acquisitum vasallus ex successione possidet. *tit 32. versic. de veteri autem. lib. 2. feudor.* Idque fusius paulo explicat Dn. Collega Bocer *in tract. de qualit.* 3 *& differ. feud. cap 5. num. 77. & seqq.* Et † licet nonnulli Interpretes paterno feudo opponant feudum antiquum: illud appellantes, quod quis obtinet vel a patre, vel auo, vel proauo, vel abauo: hoc autem, quod acquisitum est ab aliquo maiorum, qui est vltra abauum. Bald. & Alvarott. *in c. 1. in. § hoc quoque obseruatur. de success. feud.* Roland. à Valle, *consil. 6. num. 36. volum. 3.* Borcholt. *in commentar. in consuetud. feud. cap. 4. num. 2.* Anton. Cont. *de feud. cap. de diuisionib. feud.* Duaren. *in Commentar. in vsus feud. c. 4. num. 10.* Wesenbec. *in tract. de feud. cap. 2. num 6.* Zasius *in epit. feud. part [illegible] num 1. &* Rittershus. *in partit. feud. lib. 1. cap. 4 quæst. 13.* attamen hanc opinionem alii, non contemnendæ auctoritatis Iurisconsulti, haud sine ratione 4 explodunt. Tum † quia feudum paternum & antiquum, in infinitis prope locis promiscue vsurpantur, *vt in tit. 14. § si duo. lib. 1. feud. tit. 11. §. his vero. versic. si vero dominus. tit. 12. in princ. tit. 14. vers. lis est inter dominum. tit. 15. vers. nunc quidem. & tit. 26. in princip. lib. 2. F.* Tum quia illi, qui supra abauum sunt, parentum quoque nomine veniunt: & idcirco ratio dari non potest, cur illud feudum, quod à parente, auo, proauo & abauo acquisitum est, potius paternum dici oporteat, quam illud, quod ab iis, qui sunt supra abauum, est acquisitum. *Atque ita sentiunt* Eguinarius Baro *ad tit. 8. §. 1. lib. 1. F.* Vulteius *libr. 1. de feudis. cap. 8. num. [illegible]* Obrecht *disput. feud. 3. th. 73.* Bocer. *d. cap. 5. num. 80. cum seq.* Hartm. Pistor. *lib. 2. quæstio. 5. num. 2.* Schrader. *in tractat. feud. part. 2 cap. 3. num. 39.* Niellius *disput. feud. 1. th. 7. lit. B.* Pilosoph. *in prælud. feud. capit. 45. num. 4. &* Hunnius *in tractat. feudal. cap. 6. pag. 57. vbi ad contraria satis superque respondet.*

Contrariam autem opinionem, quod scilicet censeatur feudum antiquum.] Quod † feudum nouum concessum iure 5 feudi antiqui, sortiatur ac habeat naturam & qualitatem [illegible] veteris sunt qui præter Clarum nostrum, & ab eo citatos hic, defendunt Mynsinger. *centur. 4. obseru. 84. & cent. 6. obser. 18.* Gail. *lib. 2. obseruat. [illegible]* Borcholt. *prædict. cap. 4 num. 6.* Rittershus. *d. cap. 4. num. 13.* Rosenthal. *in tract. feud. cap. 8 conclus. 15.* Bocer. *d. cap 5. num. 91.* Rudinger. *lib. 1. variar. de [illegible] iur. feud. cap 26.* Facin[illegible]us *lib. 7. controuersiar. iur. capit. 58. & alii.* Qui[illegible] vnanimi consensu statuunt: feudum nouum iure feudi antiqui concessum, etsi causa & origine nouum esse non desinat: tamen ratione iuris & effectus naturam antiqui assumere. Et hoc ipsum sic extendi [illegible] vt [illegible] demum locum habeat, cum de fauore & commodo [illegible] non etiam cum 6 [illegible] damno, agitur quando[illegible] eadem e[illegible] quæ in a[illegible] fauorem sunt introducta non debent [illegible] in eius odium. *l. nulla. 25. [illegible] de legibus.* Rationes huius [illegible] ius *dict. tract. feud. cap. 6 pag. 6[illegible]* [illegible] varia arg[illegible] sternit.

Quæro nunc quid è conuerso] Indubitata F[illegible] opinio est quod † feudum antiquum concessum [illegible] feudi noui, non assumat naturam feudi no[illegible] gnati, de quorum hic præiudicio tractatur, [illegible] Etenim cum agnati in feudum antiquum [illegible] non etiam in nouum; hocque ius succeden[illegible] feudum antiquum competat illis beneficio primi [illegible]dentis domini, & primi acquirentis vasalli. *tit. 14 § si pupilli. ibi. per inuestituram patris, &c. libr. 1. F.* hoc † [illegible] que ius quæsitum auferri ipsis inuitis non debet. *l. [illegible] quod nostrum. 11. ff. de regul. iur.* Ita, præter Cl[illegible] nostrum, & alios, tenent Rosenthal *in d. tractat. feud. cap. conclus. 17.* Borcholt. *d. cap. 4. num. 10.* Mynsinger. *d. cent. 4. obseru. 84.* Gail. *dict. lib. 2. obseruat. 49.* Bocer. *d. tract. de qualit. & differ. feud. c. 5. num. 93.* Vulteius *dict. lib. 1. de feud. cap. 8. num. 7.* Hannekon. *de feud. part. 1. cap. 3. &* H[illegible]nius *d. c. 6. pag. 61.*

Cæterum † an & quatenus in dubio feudum antiquum vel nouum præsumatur, copiose, *post alios* explanant Iacobus Menochius *de præsumptionib. libr 3 præsumpt. 95.* Iosephus Mascardus *volum. 2 de probationib. conclus.* [illegible] chineus *d. lib. 7. controuers. iur. cap 59.* Schrad[illegible] *d. par[illegible] cap. 3. num. 41.* Bocer. *dict. cap 5. num. 94.* Vulteius *d. li[illegible] cap. 8. num. 8.* Mozzius *de feud. in cap. de natura feud* H[illegible]nius *dict. cap. 6. pagin. 61. cum seqq. &* Rudinger. *dict. lib. 1 capit. 27.*

QVÆSTIO IX.

SVMMARIA.

1 *Feudum ex pacto & prouidentia quid.*
2 *Feudum hereditarium quid.*
3 *Feudum mixtum quod dicatur.*
4 *Vtrum feudum simpliciter concessum præsumatur ex pacto & prouidentia, an vero hereditarium.*
5 *In omni dispositione præsumendum in dubio est id, quod de propria rei natura est.*
6 *Feudum ex pacto & prouidentia propriam feudi retinet naturam.*
7 *Pacta, cum sint facti, non præsumuntur.*
8 *Feudum hereditarium non nisi pacto constituitur.*
9 *Contrahentes in dubio censentur se conformare voluisse dispositioni iuris communis.*
10 *Feudum regulariter ad masculos tantum pertinet.*
11 *In dubio magis fauetur sanguini, quam causæ extraneæ.*
12 *In dubio sententia fauorabilior recipienda*
13 *Quatenus in dubio quilibet sibi & suis heredibus prospicere censeatur.*

QVa:liter intelligatur aliquod feudum esse ex pacto & prouidentia.*] Feudum † ex pacto & prouidentia vulgo dicitur, cum feudum alicui, pro se, & filiis suis vel 1 liberis, nulla heredum facta mentione, conceditur feudum † vero hereditarium appellitatur, quando in inuestitura vocabulum heredis expresse vsurpatur. Ita 2 docent & sentiunt, vltra Clarum nostrum, & alios per eum hic cumulatos Hartman. Pistoris *libro secundo, quæstionum iur. quæstio. 1. numer. 1.* Arius Pinellus *ad leg. 1. part. 3. numer. 84. & sequ. Codic. de bon. matern.* Barthol. Camerar. *in capit. imperialem. § præterea ducatus.*

prohibit. feud. alienat. per Frideric. Schrader in tract. feud. part. ... num. ... Borcholt. in Comment. ad ... Lachineus lib. 7. controver. iur. cap. 3 ... a Rosenthal. in tract. feud. cap. 2. conclus. 13. & 14. ... pluribus ab hn laudatis. Verum huic diuisioni, com... rum calculo receptæ, ac passim etiam in Cu... comprobatæ, quid inspecta veritate iuris, de ... abunde & accurate exponunt Dn. Collega ... erus in tract. de qualit. & different. feudor. cap. 5. Hunnius in tractat. feud. cap. 6. pag. 7. ... & nouissime Carolus a Kirchberg. in discursu de feudo ex pacto & prouidentia, &c. cap. ... seq. De eadem diuisione videatur Andreas Knichen ... de pact. inuestitur. c. 2. num 13. eumque referens Dn. Col... Betold. libr. 1 dissert. 1. num 1. & seq. ipse tractatus subnexo. pag. ... seqq. edit. 2.

Feudum non est neque simpliciter hereditarium, neque simpliciter ex ... Etsi communiter Doctores ... (ut ... Clarus noster) duobus prioribus feudo... cum genieribus tertium addunt, mixtum videlicet, quod habeat aliquid de feudo hereditario, & aliquid de ... ex pacto & prouidentia; ita ut concessum sit vasallo pro se & ... vel liberis heredibus: attamen huiusmodi ... dum nihil participare de feudo hereditario, sed mere & absolute feudum esse ex pacto & prouidentia, intrepide affirmat probatque D. Bocerus d. cap. 5 num. 15. Hunnius d. c. 6. pag. 85. cum seq. & Clarus a Kirchberg. d. discursu de feudo ex pacto, & c. cap. 2. num. 3. & seqq.

4 *Quando feudum est concessum simpliciter alicui, nulla facta mentione filiorum, neque heredum.* Quamuis † plerique Interpretes censuerint, in dubio feudum præsumendum esse hereditarium. Bald. in l. liberti. 10. num. 37. versic. quaero de eo. C. de operis libertor. Curt. iun. in l. fin. num. 83 C. de edict. D. Adr. tollend. Castrens. consil. 2. num. 18. & cons. 3. num. 9. item cons. 311. num. 5. volum. 1. Alexand. consil. 18. num. 9. Socin. sen. cons. 257. volum. 2. Neuizan. cons. 9. num. 8. Brunus cons. 18. num. 4. Ruin. cons. 15. num. 5. Gozadin. cons. 4. num. 11. Alciat. respons. 160. num. 8. Natta cons. 501. num. 20. Cephal. cons. 152. num. 55. volum. 2. Zasius in epit. feud. part. 8. num. 6. & Gail. lib. 2 obseru. 154. nu. 8. verior tamen, & in praxi receptior est contraria sententia existimantium: feudum in dubio potius præsumi esse ex pacto & prouidentia. Atque hanc vltra Clarum nostrum hoc loco, tuentur assertione Andreas de Isernia in c. 1. §. sed quia & ibid. Aluarot. de his, qui feud. dar. poss. Afflict. in c. 1. num. 62. in quib. caus. feud. amitt. Curt. ... tar. in c. 1. quæ sit ... agnat. vel fil. Menoch. libr. ... praesumptionib. præsumpt. 94. Bocer. ... d. Commentar. in consuetud. feud. c. 4. num. 19. Sigism. Loffred consil. ... num. 9 ... Ioh. Thomas de Marin. ... num. 54. D. Bocer. d. tract. de qualit. & differ. feud. c. 5. n. num. 36. Schrader in tract. feud. part. ... 3. num. 31. Mynsinger. cent. 4. obseru. ... Carol. a Kirchberg d. discurs. de feudo ex pacto, &c. cap. 4. num. 177. cum seqq. Vulteius lib. 1. de feud. c. 8. num. 32. vers. in aliuerunt ... Hartman. Pistor. d. lib. 2. q. 1. num. 75 cum seqq. Rudinger. lib. 1. var. lect. iur. feudal. cap 28. Hunnius d. cap 6 pag. 86. cum seq. Niell. disput. feud. 1. thes. 10. & Berens disp. feud. 1. th. 96. Atque hæc sententia non debilibus nititur fundamentis.

5 Primo † enim in omni dispositione, etiam feudali, præsumendum est in dubio id, quod est de propria rei natura, non quod ab ea recedit. text. ... hoc autem ... fine libr. feud. ... §. præterea 2. lib. 2. F. ... prima 17 §. 1. ff. de aqua, & a...

6 ... Sed ... feudum ex pacto & prouidentia ... propriam feudi naturam ... retinet ... omnium feudorum hoc proprium ... hereditario, sed potius ... iure tran... cessores, ut latius ostendit Pistor. ... quod ... Deinde ... cum actu sint, non ... ... si vasallus 1. lib. 1. F. & tit 2. § præterea si al... libr ... Atqui feudum hereditarium non con... , nisi expresso inuestituræ pacto id actum fuerit, per text. in ... si quis ea lege. de feud. non habente propr. feud. natur. tit. 48. lib. 1. F. Ergo ... in dubio non præsumitur feudum hereditarium. ... con tahentes in dubio censentur se conformare ... utile dispositioni iuris communis, per t. cum ... heredes mei. 57. §. 1. ff. ad S. C. Trebell. quasi in ... 62. ff. de rit. nupt. cum similib. Iuris † au... 7 tem ... feudalis auctoritate feudum est eius naturæ, vt ad descendentes masculos tantum, sine vlla qualitate hereditaria, pertineat per textum in c. 1. §. fin. in quib. caus. feud. amitt. tit. 23. & in c. 1. de natura success. feud. tit. 50 iuncto textu in d. ... de feud. non habent. propr. feud. nat. tit. 48. lib. 1. F. Præterea † 8 in dubio magis fauetur sanguini. l. 1. § largius ... ff. de suc... edict. quam causæ extraneæ cuius potior esset ratio, si feudum esset hereditarium, & in ... succederetur ... ut ut ta allodiali. Extraneus enim heres institutus præferretur agnato à vasallo præterito. Iam, vero in dubio 12 fauorabilior sententia recipienda, arg. ... cum quidam ... in fine. ff. de liber. & posthum hered. instit. l. Titia 38. §. fin. ff. de auro & arg. legat. Non itaque feudum in dubio præsumendum est hereditarium, sed ex pacto & prouidentia.

Nec ... refragatur huic conclusioni qu... dubio 13 quilibet sibi & heredibus suis prospicere credatur. l. si pactum 9 ff. de probationib. & tit. 18. lib. 2. F. Nam id primo ac ... debet, si natura negocii, de quo agitur, non repugnet. Menoch d. lib. 3 præsumpt. 94 num. 4. D. Bocer. d. cap. ... num. 37. Dein illud axioma intelligi poterit iuxta ... subiectam, de heredibus feudalibus, ... ita quod acquirens non sibi tantum, sed etiam ... cessoribus suis feudalibus feudum acquirere volu... Rudinger. d. cap. 28. num 7. Carol. a Kirchberg. d. cap 4. num. 179.

QVÆSTIO X.

SVMMARIA.

1. *Regale feudum quid.*
2. *Feudum non regale quid.*
3. *Alia regalis & non regalis feudi definitio.*
4. *Feudum regale & non regale a quo concedatur.*

QVi ... itur feudo regalia.] Regale feudum Germanis Ein Reichslehen oder Fahnlehen quod in- 2 uestitura vexillo fiet dictum: quando vero Princeps ecclesiasticus ... pro de tali feudo inuestitus est, appellatur Sceptrlehe ... eidem in de feud. part. 3 num. 10. vulgo nominatur, quod dignitatem aliquam regalem annexam habet non ... quod † omnis dignitat... est expers 3 Laudens. in ... num. ... de his, qui feud. dar. poss. Iacobin. de S. Georg. de ... super verb. in feudum. num. 5. Rainaud. in compend. ... num. 2. Bald. Iacob. Aluarott. Præposi. & ... Zasius in epitom. feud. part. 2. ... Ioann. ... in tract. feud. lib. 1. ... Pet. R... in arbor ... 3. ... Rudolph. Schrader in tract. feud. part. 2. ... num ... cum seq. Borcholt. in Comme tar. in consuetu. feudor. cap 4. num ... Rectius ... feudum de... quod ... sit feudum nobile, suprema Principis au... te concessum, cum dignitate regali ... ... cas ... Re... Electoratus, Archiducatus, Ducatus, ... grau... M... chionatus, Principatus, Com... ... lib. 2. F.

... quod sit feud... e, aucto- ... ritate futuræ ... Principis concessum ... com... quæ ... iterior. Aucto... inquam, ... non ... le feu- 4 dum ... etiam a ... quam al... cipe:

cipe: quod tamen factum ratione [illegible] fin[illegible] c[illegible]stum ipsius Principis; vt [illegible] intueamur & orig[illegible] m rei, omne feudum nobile, [illegible] e regale sit [illegible] a summo Principe, & non ab alio conferri censeatur [illegible] factum, etiam ab alio, quam in Princip[illegible] cum Princeps id faciat vel per seipsum, vel per alium. *Ita eleganter docet* D. Vulteius *libr. 1. de feud. cap. 8. num. 1* D. Obrecht. *disput feud. 2. th. 49. cum seqq. & nouissime* D. Hunnius *in tractat. feud. cap. 6. pag. 68. & seqq.* vbi hac de re copiosius disse[illegible]at; & Vulteii sententiam operose defendit aduersus D. Bocerum aliter sentientem *in tract. de qualit. & different. feu[illegible] cap. 3. num. 28. & seqq.*

QVÆSTIO XI.

S V M M A R I A.

1. *Feudum ligium vnde, & quid.*
2. *Non ligium quod dicatur.*
3. *Num in inuestitura nominatim exprimi necesse sit, vt feudum sit ligium.*
4. *An quis possit [illegible] homo ligius duorum dominorum.*
5. *Nemo duobus dominis contrariis ex asse seruire potest.*

1 F*Eudum ligium est.*] Feudum † ligium [illegible] ligando sic dictum κατ᾽ ἐξοχὴν & per excellentiam, quod videlicet sub arctissimo fidei nexu conferatur) definiunt, in quo iuratur fidelitas contra omnes homines, nullo penitus anteposito aut excepto, daß sich der Lehenmann will gebrauchen lassen wider männiglich / niemandt außgeschlossen.
2 Non † ligium vocatur, quando vasallus iurat fidelitatem domino, alio anteposito seu excepto. Ita diuisionis huius fundamentum extat *in tit. 52. §. fatis. ibi, fidelitatem nullo anteposito. lib. [illegible] F. & in extraordinar. capit. tit. 99. lib. 2. F. item in Clement. Pastoralis. §. rursus. de sent. & re iud.* De eadem diuisione videantur Ioann. Borchok. *in Commentar. in consuetud. feudor. c. 4. num. 22.* Henricus à Rosenthal. *in tract. feud. cap. 2. conclus. 3.* Rittershus. *libr. 1. partition. feudal. c. 4. diuis. 4. q. 39.* D. Bocer. *in tractat. de qualit. & different. feud. cap. 5. num. 67. & seqq.* Vulteius *lib. 1. de feud. c. 8. num. 20.* Obrecht. *de feud. disput. 2. th. 194. & aliquot seqq.* Guer. Piso Soacius *in prælud. feud. cap. 43.* Duaren. *in Comment. ar. feud. c. 4.* Forcatul. *de feud. c. 3.* Schneidevvin. *part. 1. de feud. num. 42.* Schrader. *in tractat. feud. part. 2. capit. 4. num. 1.* [illegible] Hunnius *in tractat. feudor. cap. 6. pagin. 71. & aliquot* [illegible]

Quod in in[illegible] stitura expresse dicatur, quo[illegible] fit ligium.] Feu-
3 dum † non ali[illegible] ligium dici posse, nisi expresse atque nominatim inuest[illegible] ura cautum sit, vt feudum ligium censeatur præter Clarum nostrum, existimant Bald. *in c. inter dilect. [illegible] colum. 6 extr. de fide instrument.* Iason *in prælud. feud. num. 98.* Cur[illegible]. Iun. *in tracta. feud. part. 1. qu. 8 num 22.* Ioan. Ferrar. *in tract. feud. lib. tit. 6. diui 6.* Schneidevvin. *d. part. 2. de feud. numer. 45.* Mo[illegible] eus *in consuetud. Paris. part. 1. gloss. 5. in verb. le fief. num. 6* & And. Gail. *in tract. de arrestis Imperii, c. 6 num 30.* Verum cum ex ip[illegible] tenore inuestituræ, seu e[illegible] forma fidelitatis satis appare[illegible] anne feudum ligium [illegible] n ligium sit: cum iuret vasallus fidelitatem contra om[illegible] homines, nullo anteposito: non opus esse videtur vlla [illegible] expressione, *per not. ita* Neutzani *consil. 1[illegible] numer. 9.* Tiraquell. *de retract. municip. §. 32. gloss. 1 num. 25. in fin.* Schrader. *in tract. feud. part. 2. c. 4. num. 3* Vulteii *d. lib. 1. c. 8. num. [illegible]* Obrecht. *d. disput. 2. th. 218.* Boceri *d. cap. 5. num. 72.* & Henrici à Ro[illegible]thal. *d. tracta. feud. cap. 2. conclus. 3. num. 8.*

4 [illegible] *uod non potest aliquis esse homo ligius duorum dominorum.*] Quod [illegible] in feudo ligio vnus non possit duorum esse homo ligius, euidens ratio suadet quia [illegible] nemo duobus domi[illegible] contrariis, sed vni tantum ex asse seruire p[illegible]est. Matthæi *cap. 6. ver[illegible] 4. l. si, vt certo. 5. §. si duobus. ff. commodat:* quia, *inquam*, pugnantia sunt; hominem ligium esse duorum: cu[illegible] feudo ligio nullus excipiat[illegible] D. Obrecht *d. disp. 2. th. [illegible]* Hunn. *d. tract. feud. cap. 6. pag. 73 colum. 1* Paul. Berens *disp. 1. feud. th. 44.*

QVÆSTIO XII.

S V M M A R I A.

1. *Feudum francum quodnam dicatur.*
2. *Feudum francum quanquam à seruitiis; non tamen à fidelitate est liberum.*

Q*Vod dicatur feudum francum.*] Feudum † francum [illegible] appellatur, quod ita datum est vasallo, vt ab omnibus seruitiis immune sit & liberum. Francum enim Gallico idiomate liberum dicitur. Sonsbecc. *in Commentar. ad vsum feudor. part. 3. num. 25:* Borcholt. *in Commentar. in consuetud. feud. cap. 4. num. 20.* Zasius *in Epit. feud. part. vltim. num. 36.* Schrader. *in tract. feud. part. 2. cap. 4 num. 6* Vult. *lib. 1. de feud. cap. 8 num. 50.* Schneidevvin. *de feud. part. 1. num. 5*. Li-
2 cet † autem hoc feudum seruitiorum sit expers: n[illegible]n tamen à fidelitate liberum censetur. Qu[illegible] seruitia non sunt pars aliqua feudi substantialis, sicut ipsa est fidelitas. Proinde à seruitiis ad fidem ipsam consequentia nequaquam procedit. *Sed ea de re vide latius differentes* Schneidevvinum *dicto loco*, Hunnium *in tract. feud. cap. 6. pag. 95. & c. 11. pag. 286.* Paulum Berens. *disp. 1. feud. th. 75. & 76.* Schrad. *d. part. 2. c. 4. num. 7. & seq. necnon* D. Bocerum *in tract. de inuestitura feud. cap. 4. num. 14.*

QVÆSTIO XIII.

S V M M A R I A.

1. *An & quatenus Prælatus res ecclesiasticas in feudum dare possit, remissiue.*
2. *An & quatenus Ecclesiæ Prælatus, vt extraneis, sic & consanguineis suis, rem infeudari solitam, in feudum concedere queat, remissiue.*

N*Vnquid Prælatus possit in feudum concedere bona Ecclesiæ.*] An † & quatenus Prælatus res Ecclesiasticas in feudum concedere possit, *post veteres Interpretes, & Clarum nostrum*, latissime explicant Zasius *in Epit. feud. part. 3. num. 47. & seqq.* Schraderus *in tract. feudal. part. 4. cap. 2. num. 8. cum seqq.* Henricus à Rosenthal. *in tract. totius iuris feud. cap. 4. conclus. 28. & aliquot seqq.* D. Collega Bocerus *class. 5. disp. 14. th. 7. & seqq. edit. 2. item in tractat. de inuestitura feudi. cap. 3. num. 55.* Hucque referri poterint, quæ annotaui supra in *§. emphyteusis. quæst 6.*

Non solum extraneis [illegible] sed etiam consanguineis.] An † [illegible] 2
quatenus Ecclesiæ Prælatus, vt extraneis, sic & consanguineis suis, rem infeudari solitam, & Ecclesiæ apertam in feudum largiri possit, præter Clarum nostrum, *& ab eo hic allegatos*, declarant Iacobus Menochius *de præsumptionib. lib. 3. præsumpt. 54.* Fachineus *lib. [illegible] controuersiar. cap. 31.* Mynsinger. *cent. 5. obseru 47.* Rosenthal. *d. cap. 4. conclus. 23. &* D. Bocer. *d. disput 14. th. 10 & d. tract. de inuestitura feud. cap. 3. num. 56 & seq* Deque eadem quæstione videantur, quæ allata sunt supra *in d. § emphyteusis quæst 6 num. 28. & seqq.*

QVÆSTIO XIV.

SVMMARIA.

1 *An & quatenus dominus aliquem de feudo nondum aperto inuestire valeat, remissiue.*
2 *Num in feudis spes conditionalis inuestiturae ad heredes transeat.*

1 AN *dominus possit inuestire aliquem de feudo nondum aperto.*] An † & quatenus dominus aliquem de feudo nondum sibi aperto inuestire valeat, *post veteres, & Clarum nostrum,* abunde exponunt Zasius *in epit. feud part. 6. num. 19. & part. 7. num. 59.* Borcholt *in Commentar. in consuetud. feud. cap. 7. num. 18. & seq.* Schrader. *in tract. feud part 3. cap. 7. num. 1 & seqq.* Vult. *libr. 1 de feud. c. 5. num. 17. & cap. 7. num. 46 & 47.* Nicol. Mozz. *tit. de substant. feud. num. 55.* eosque referens Henricus a Rosenthal. *in tract. iuris feudal. c. 4. concl. 9.* item D Bocer. *in tract. de inuestitura feud. capit. 5. num. [illegible]* Rudinger. *libr. 1. variar. lection. iuris feud. cap. 11. &* Hunnius *in tract. feud cap. 11. pag. 295. & seqq.* Illud hic ad-
2 dendum est: quod † in feudis spes conditionalis inuestiturae in heredes actiue & passiue transmittatur. *cap. 1. qui [illegible] tenentur. tit. 9. lib 1. F. cap. 1 qui successor. feud. dato [illegible] tit. 3. lib. 1. F. §. sub conditione. 4. vers. ex conditionali. Instit. de verb. obligat.* Idque explanatius persequitur Rudinger. *d. lib. 1 cap. 12.*

QVÆSTIO XV.

SVMMARIA.

1 *Feudum rectum siue proprium quid.*
2 *Feudum non rectum siue improprium & degenerans quid.*
3 *Feudum rectum sine inuestitura constitui non potest.*

1 F*Eudum rectum.*] Feudum † rectum siue proprium est, quod communi ac regulari iure feudali censetur, & in nulla parte à regulis iuris feudalis recedit; sed iis simpliciter innititur. *tit. 1. §. fin. ibi. proprie iure feudi censetur. lib.*
2 *1. F.* Feudum † non rectum siue improprium & degenerans dicitur, quod à communi ac regulari feudi iure recedit. *d. tit. 1. § fin. ibi, non iure feudi iudicatur. lib. 1. F. tit. 2. §. fin. ibi, praeter communem feudi rationem item ibi, contra feudi consuetudinem. lib. 2. F. & tit. 48. lib. 2 F.* De qua diuisione consulantur, *post veteres,* Ludolphus Schraderus *in tract. feud. part. 2. c. 3. num 1. & 2.* Vulteius *libr. 1. de feud. cap. 8. num. 57.* Zasius *in epit. feud. part. 2. num. 6.* Bocer. *in tract. de qualit. & differ. feud c 5. num. 57.* Wesenbec. *de feud. c. 2. num. 10.* Rosenthal. *in tract. iuris feud. c. 2. conclus. 52.* Guerrin. Piso Soar. *de feud. c. 4. num 1.* Sonsbecc. *in Commentar. in vsus feud. part. 4.* Borcholt. *in Commentar. in consuet. feud. capit. 4. num. 25.* Duaren *de feud. cap 4. num.* [illegible] Schneidevvin. *part. 1. de feud. num. 1.* Iohan. Henric. Linck. *in tract. feud. part. 1 num 10.* Hunnius *in tract. feud cap. 6. pag. 93. &* Paulus Berens *disp. feud. 1. th. [illegible]*

3 [illegible] *constitui sine inuestitur.*] Quod † sine inuestitura, quae [illegible] est feudi nec[illegible], feudum nullo modo [illegible] possit, indicat Rolandus à Valle *consil. 50. num. 9 [illegible] consil. [illegible] num. [illegible] & 49. item consil. 9 [illegible] num. 24. volum.* [illegible] *Commentar. in* [illegible] *feud cap. [illegible] num. [illegible]* & D [illegible] *&* 2.

QVÆSTIO XVI.

SVMMARIA.

1 *Num feudum emptum sit proprium, an improprium.*
2 *Cui non competit definitio, ei nec definitum competit.*
3 *Beneficium ex mera beneuolentia proficiscitur.*
4 *Feudum non sub praetextu pecuniae, sed amore & honore domini acquirendum.*

N*Vnquid tale feudum emptum dicatur proprium feudum.*] Quod † feudum emptum (quod scilicet interueniente pecunia acquiritur) feudis impropriis sit adscribendum, plerique Interpretes non sine ratione concludunt. 1
Primo † enim cui non competit definitio feudi proprii, illi nec competit definitum. Atqui feudo empto non competit definitio feudi proprii siue recti. Ergo feudum emptum non est feudum proprium, sed improprium. Assumptio sic demonstratur: Feudum definitur per beneficium *in tit. 23. §. in primis. lib. 2. F.* Iam † vero feudum, quod precio interueniente comparatur, non est beneficium. Siquidem beneficium ex mera beneuolentia tribuentis proficiscitur illudque tribuens sponte sua prona que affectione accipienti tribuit, *d. tit. 23.* Atqui feudum, quod emitur precio, non ex mera beneuolentia, & prona affectione concedentis proficiscitur, vt omnibus patet. Sequitur igitur, feudum emptum non esse proprium feudum. Deinde † Feudista *in tit. 29. in fine princip. lib. 1. F.* dicente [illegible] feudum (*scilicet proprium*) non sub praetextu pecuniae, sed amore & honore domini acquirendum esse. Quae verba satis arguunt: quod feudum per se & sua natura non interuentu precii, sed amore ac honore solum domini, siue (*vt in d. tit. 23. lib. 2. F. dicitur*) ex beneuolentia domini sit acquirendum. Atque ita docent, praeter Clarum nostrum Curt. iun. *de feud. part. 2. quaest. 6. num. 14.* Mozz. *de diuis. feud. num. 37.* Aretin. *consil. 164.* Syluan. *consil. 52. num. 2. volum. 1.* Brun. *consil. 14. num. 2. volum. 1* Corneus *consil. 289 num. 22. volum. 1.* Dec. *consil. 286. in fin.* Iason *consil. 1. in princ. & consil. 34. num. 9. & consil. 5[illegible]. num. [illegible] volum. 4.* Menoch. *consil. [illegible] num 36. volum. 4* Borcholt *in Comment. in con[illegible] ap. 4. num. 26.* Anton. Gabriel. Roman. *commun. [illegible] lib 2 [illegible] de feud. conclus. 2. in princ.* Bursatus *consil. 4 num. 15. & consil. 46. num. 12. volu. 1.* Schrader. *in tract feud part. 2 c. 4. num. 55. hosque omnes referens* Vulteius *lib. 1. de feud. cap 8 num. 45.* Quibus adiiciendi sunt Zasius *in epit. feud part. 2. num. 21* Schenck. Baro *ad d. [illegible] 23. lib. 2. F.* Rosenthal. *in tractat. totius iur feudal cap. 2 conclus. 61.* Cuiac. *ad titul. 2. §. item illud. lib 2. F.* Obrecht. *disput. feud. 2. th. 36. 7.* Gail. *lib. 2. obseruat 159. num. 3. & 4.* Berens *disput. 1. feud th. 72. &* Hunnius *in tract. feud. cap. 6. pag. 97. & seq.* vbi dissentientium, Sonsbeccii *in Commentar. in vsus feud. part. 2. num. [illegible] cum seqq. &* Boceri *in tract. de qualit. & different. feudor. c. 5. num. 62.* argumenta diligenter refutat.

QVÆSTIO XII.

SVMMARIA.

1 *Donatio potius, quam infeudatio praesumitur.*
2 *Vocabulum donationis in contractu apposi[illegible] contractum, de quo agitur non contractum [illegible] sed donationem censeatur.*

N*Vnquid cen[illegible] libera donat[illegible]* [illegible] dona[illegible] 1
[illegible] quam infeudatio prae[illegible] per [illegible] hu[illegible] *consil. [illegible] num. 1* [illegible]

1 conclus.766.num 2.volum.2. in contractu † donationis vocabulum appositum efficit, vt negocium, quod agitur, non sit contractus feudalis, sed donatio. Ita, præter Clarum nostrum, & ab eo citatos hic, tradunt Alberic. in rubr. C.de donat. Rosenthal. in tractat.iuris feudal cap.6.conclus.27. Mozz. de accident.feud.num.40.& seq. Decius consil. 468. num.12. & consil.498. num. 11. Ruin. cons.42. num.6. volum 2. Alciat. consil.172.num.5.& consil.199.num 26.& consil.374. num.3. Gozad. consil.8.num 16. & seq. aliique plures, quos refert & sequitur Vultelus lib.1 de feud.cap.7.num.56.vers.debent autem verba, &c.

QVÆSTIO XVIII.

S V M M A R I A.

1 Res in dubio præsumitur allodialis, non feudalis.
2 Seruitus in dubio non præsumitur.

1 IN dubio qualibet res præsumitur allodialis.] Si † de ipsa feudi substantia incidat controuersia, vtrum res, de qua contenditur, sit feudalis, an allodialis: in dubio præsumitur allodialis, non feudalis, per textum in tit.26. §.1.libr. 2.F. Alciat. de præsumpt.reg. 2.præsumpt 3. Gabriel. libr.3.sub tit.de feud.conclus.3.num.1. Curt. iun. consil.41.num.7. Grat. consil.3 num.9. & cons.9.num.152. volum. 1. Roland. à Valle consil.46.num.39.volum.3. Menoch. cons.252. num.1. volum. 2.& consil.395.num.2. volum 4. Eiusque rationem hanc
2 assignant: quia † feudum in se seruitutem aliquam habet, quæ in dubio non præsumitur, Clarus hic, Mozz. de natural.feud.num.2. Dec. consil 424. numer.8. & cons.498. num.3.& consil.588.num.12. Gazadin. consil. 50. num.8. Illudque comprimis procedit, si bona controuersa sita sint extra feudi limites. Isern. in capit.1.num.3. de controuers. int. masc.& fœmin. Brun. consil.127. vers. quod si septimam. Natta consil.514.num.32.volum.4. cum alias etiam, vt maxime res controuersa sita sit in territorio & pertinentiis castri, quod constat esse feudale, adhuc allodialis præsumatur, Ita, post Clarum hic nostrum, & alios à se allegatos, docet Vultelus lib.2.de feud.cap.3. num.16.& seqq. vbi plura huc pertinentia eleganter explicat.

QVÆSTIO XIX.

S V M M A R I A.

1 Feudum quanti temporis præscriptione acquiratur.
2 Quod in vno correlatiuorum statutum est, in altero quoque statui debet.

1 SEd requiritur tempus triginta annorum.] Quemadmodum † aliquis in fundo, quem per triginta annos tanquam feudum possedit, ius feudi præscriptione acquirit. cap.vnic. §. si quis per triginta annos. Si de feud. defuncti content. sit int. dom.& agn. vasall. titul 26. libr.2.F. ita vice versa si quis per annos triginta alicuius fundi nomine, qui reuera liber erat, non feudalis, seruitia feudalia à domino feudi, tanquam à vasallo, receperit: is directum fundi istius dominium præscribit, fundique dominum sibi vasallum acquirit: idque ex natura correlatiuorum.

2 Quod † enim in vno correlatiuorum statutum est, in alteru quoque statui debet. l vltim. ibique Bartol. Bald.& Angel. C.de indict. vid. tollend. l.1. C.de suppresso. Euerhard. à Midelburg. in locis legalib.loc.a correlat. num.3. Atque hac ratione Doctores communiter hanc sententiam tuentur. Matthæus de Afflict. Præpositus, Petrus Rauennas, Laudens. & Aluarott. in d.tit.26. §.si quis per 30.annos. lib.2.F. Speculator de feud. §.2. versic.secundo quæritur, &c. Zasius in epit.feud. part.6. num.32. Mynsinger. cent. 4.obseruat. 29. in fin. Duaren. de feud.cap.8.num.1. Borcholt.in Commentar. in consuetud.feud. cap 7. part.3. num.9. Rosenthal. in tractat. iuris feudal.cap.6. conclus.81. Vulteius de feud lib.1.cap.9. num.16. Mozzius de substantia feud. num.31. & Dn. Collega Bocer. class.5.disp.17.th.17. edit.2. & in tract de præscript.feudi cap.2.num.36. & seqq. vbi ad contraria solide respondet. Cæterum de præscriptione feudi explicatius agetur infra ad quæstionem 45.

QVÆSTIO XX.

S V M M A R I A.

1 Insolitum est, quod præter naturam aut conuentionem feudi accedit.
2 Feudorum mutatio vel insolita recognitio quibus noceat, remissiue.

PActa insolita.] Insolitum † appellatur illud, quod est 1 præter simplicem & communem feudi naturam, forte certa seruitia, fœminarum successio, aut similia. titul. 2.§.fin. ibique omnes Feudistæ. libr.2.F. Sed & intelligitur omne id, quod iam antea in ipsa promissione aut concessione non conuenit. Rosenthal. in tractat. totius iur.feud. capit.6. conclus.25. num.2. Porro de pactis, quæ feudo aliquid præter eius naturam adiciunt, latius disserit D. Bocerus in tractat. de inuestitura feud. capit.5. numer.37. & seqq. nec non D. Vulteius libr.1. de feud. capit.7. numer.55.

Nunquid talis recognitio nocebit posteris.] Feudorum † 2 mutatio, vel insolita recognitio an, & quando, & quibus noceat, accurate, post alios, quos refert, explicat Rosenthal. d. tract.feud.cap.6.conclus.69.

QVÆSTIO XXI.

S V M M A R I A.

1 An & quibus casibus vasallus dominum in bello adiuuare teneatur.
2 Bene deliberatum quid dicatur.
3 Num vasallus propriis sumptibus militare seruitium domino præstare cogatur.
4 Ad quid feudum constituatur.
5 Vnusquisque id, quod spopondit, suo impendio præstare debet.
6 Quando vasallus à prælio impune recedere possit.
7 Ecquid vasallus teneatur præferre salutem domini propriæ saluti.
8 Seruus salutem suam Domini saluti non anteponit.
9 Dominus maius habet ius in seruum, quam in vasallum.
10 Vasalli æquiparantur libertis.
11 Nunquid vasallus aduersus parentes & liberos iuuare dominum cogatur.
12 Et an contra seipsum.
13 Ordinata charitas incipit à se ipsa.
14 Nemo præsenti periculo se exponere tenetur.
15 Nulli semetipsum offendere licet.

16 Nemo

16 *Nemo membrorum suorum dominus.*
17 *In generali sermone persona loquentis non continetur.*

1 V*Asallus tenetur dominum adiuuare.*] An † vasallus do-
minum in omni bello adiuuare teneatur, ambigi-
tur? Et extant in iure feudali tres casus, quibus vasallus
dominum in bello adiuuare debeat. Primus est, quando
dominus iustam fouet causam: tune vasallus ei absque
omni dubio suppetias auxiliares ferre cogitur, *per textum
in tit. 28. in princip. ibi, si sciatur, quod iuste. & titul. 7. versic. & si
sciuero, te velle iuste aliquem offendere. lib. 2. F.* Secundus casus
est, quando dubitatur, vtrum bellum iustum, an iniu-
stum sit: & vasallus domino itidem auxiliari tenetur. *dict.
tit. 28. in princ. ibi, aut cum dubitatur.* Tunc autem de eo
dubitari potest, quando dominus in consilium adhibuit
2 suos consiliarios, qui illa bellum suaserunt. Illud † siqui-
dem dicitur bene deliberatum, quod suit deliberatum
à consilio Seniorum, *argum. can. vlt. ibi, seniores prouinciæ
congregate, &c. distinct. 10. & can. estote. 118. in fin. caus. 1. qu. 1.*
Tertius casus est, quando causa domini notorie est iniu-
sta. Quo casu vasallus dominum adiuuabit ad eius de-
fensionem: ad offendendum vero alium non adiuuet, si
vult, vt loquitur Feudista *in d. tit. 28. in princ. ibi, sed cum pa-
lam est. lib. 2. F.* Petr. de Ferrar. *in form. lib. quo agit. ad reuocat.
feud. verb. contra. num. 6.* Iacobin. de S. Georg. *in sua inuestit.
verb. & promiserunt. num. 8.* Wurmbl. *tit. 51. de feud. obseru.
30. num. 1.* Hartman. Hartmann. *tit. 54. de feud. obser. 32. num.
4.* Borcholt. *in Commentar. in consuetud. feud. c. 7. mod. 1. num.
45.* Zasius *in epit. feud. part. 7. num. 39. hosque referens* Ioannes
Rudingerus *lib. 1. variar. lect. iur. feud. cap. 58. num. 3.* Verum
de hoc vltimo casu varie & prolixe, *post veteres*, disputant
Ludolphus Schrader. *in tractat. feud. part. 6. cap. 6. num. 26.*
Sonsbeec. *in Commentar. in vsus feud. part. 11. num. 26.* Rosen-
thal. *in tract. sinu feudal. cap. 8. conclus. 20.* Schenck. Baro *in
d. tit. 28. libr. 2. F.* Schneidewin. *in tractat. feud. part. 5. num.
100.* Andreas Kohl. *in tractat. de seruit. feud. part. 2. num. 54.
cum seqq. & nuperrime* D. Hunnius *in tract. feud. cap. 13. pag.
359. & seqq.*

Nunquid teneatur vasallus id facere suis propriis sumptibus.]
3 Quod † vasallus non domini, sed propriis sumptibus (si
lautum & pingue sit feudum) militare seruitium præsta-
re domino teneatur, haud sine ratione, post Clarum hic
nostrum, plerique Doctores statuunt. Tum † quia ad
4 hoc feudum constitui solet, vt pro eo vasallus domino
seruiat; indeque sumptus ad seruitia feudalia explicanda
5 sumat. *tit. 23. §. vlti. lib. 2. F.* Tum † quia vnusquisque id,
quod spopondit, suo impendio præstare debet. *l. quod nisi
20. in princ. ff. de oper. libert. Qua de re videantur* Zasius *in epit.
feud. part. 7. num. 44. & seq.* Rudinger. *d. lib. 1. var. lect. iur. feud.
cap. 50.* Borcholt. *in Commentar. in consuetud. feud. cap. 1. num.
26.* Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 10. num. 34.* Rittershus. *in par-
tit. feud. lib. 2. c. 1. q. 33.* Schenck. Baro *d. tit. 28. & 33. libr. 2. F.*
Andr. Kohl. *d. tract. de seruit. feud. part. 6. num. 3. cum seqq.* Ro-
senthal. *d. tract. sinu feudal. c. 8. conclus. 24.* Dn. Collega Bo-
cerus *in tractat. de iure & commodo Seniorum siue domini, &c.
libr. 1. cap. 4. num. 112. & seqq. nec non* Hunnius *dict. tract.
feud. capit. 13. pagin. 365. & seq. vbi contrariis argumentis abun-
de satisfacit.*

6 *An vasallus inhabilis ad pugnandum, &c.*] Domino † in
prælio mortuo, aut lethaliter vulnerato, vasallus è prælio
impune recedere potest: quoniam domini amplius non
interest, illi nimirum vel vita ipsa, vel ipsius spe adempta.
Et satius est, cum vterque incolumis euadere non possit,
euadere potius vasallum, quam sine domini commodo
perire vtrumque. *arg. l. ita vulneratus. 51. in princ. ff. ad leg. A-
quil. & l. si alius. 7. § est & alia. 4. ff. quod vi aut clam.* Isern. *in c.
1. qui b. mod. feud. amitt. & ibid.* Francus *num. 9. hosque referens*
D. Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 11. num. 19. pag. 717.* Sed & va-
sallo fraudi esse non debet, si se subduxerit, cum ad iuuan-
dum dominum in prælio factus est inhabilis, puta abscis-
sis ipsi vasallo brachiis, aut ipso vulnere graui aut morbo
affecto; vt post Clarum nostrum *hic & alios*, latius expla-
nant Vulteius *dicto loco*, Henricus à Rosenthal. *d. tract. feud.
cap. 10. conclus. 16. num. 24. & seqq. &* Ludolph. Schrader. *d.
tract. feud. part. 6 cap. 6. num. 82.*

*Nunquid debet vasallus, vt adiuuet dominum, præponere sa-
lutem ipsius domini saluti suæ propriæ.*] Quod † vasallus salu- 7
tem domini sui præponere saluti propriæ non teneatur,
præter Clarum nostrum *& alios complures*, tenent Zasius
in epitom. feud. part. 7. num. 37. Haneton. *lib. 3. de iur. feud. c. 9.*
Duaren. *de feud. cap. 14. num. 9.* Rosenthal. *d. cap. 10. conclus.
16. num. 20. &* Hunnius *d. cap. 13. pag. 368.* Neque obstat,
quod † seruus de iure ciuili, quoties domino suo auxi- 8
lium ferre potest, non debeat saluti eius suam antepone-
re, *per textum expressum in l. 1. §. iuxta hæc 28. ff. de S. C. Silan.*
Nam argumentum a seruo ad vasallum hic minime pro-
cedit. Tum † quia maius habet dominus ius in seruum, 9
quam in vasallum. *§. 1. Instit. de his, qui sui vel al. iur. sunt.* Tum
† quia vasalli liberæ sunt conditionis, & conferri solent 10
cum libertis, qui salutem patroni præferre saluti propriæ
non tenentur. *l. hæc demum. 38. ff. de oper. libert.* Euerhard. in
Topic. *legal. loc. à libert. ad vasall. num. 11. & in loc. à seru. ad mo-
nach. num. 11.* Hinc vulgo fertur: statuta in seruos, ad ho-
mines liberos non pertinere. Duar. *dicto loco, eumque citans*
Rudinger. *d. lib. 1. c. 37. num. 5.*

*Nunquid tenebitur vasallus adiuuare dominum, etiam contra
proprium patrem.*] Quod † vasallus etiam aduersus paren- 11
tes & liberos suos domino militarem operam præstare
teneatur, præter Clarum nostrum *hic, & infra in quæst. 27.
num. 2.* affirmant Isernia, Afflictus, Laudensis, Præpositus,
*& cæteri per textum expressum in titul. 28. §. vltim. ibi, contra o-
mnes. lib. 2. F.* Borcholt. *in Commentar. in consuetud. feud. cap.
4. num. 24. in fine & alii, quos commemorat* Henricus à Ro-
senthal. *d. tract. feud. cap. 8. conclus. 14. sub lit. A.* At negatiuam
sententiam non sine ratione amplectuntur Zasius *in Epit.
feud. part. 7. num. 30. & seqq.* Frideric. Schenck. Baro à Tau-
tenberg. *ad d. tit. 28. §. vltim. lib. 2. F.* Francisc. Sonsbecc. *in
Commentar. in vsus feud. part. 11. num. 36. & seqq.* Iacob. Cuiac.
lib. 4. feudor. ad tit. 31. hosque referens D. Bocerus *d. tract. de iure
& commodo seniorum. lib. 1. cap. 4. num. 75. & seqq.* vbi ipse con-
cludit, negatam sententiam regulariter esse veram: ast
aientem opinionem textu iuris feudorum munitam, in
quibusdam solum casibus specialibus admittendam; pu-
ta si parens aut filius vasalli patriam suam, aut veram
Christianam religionem oppugnet, *per textum in l. mini-
me. 35. ff. de relig. & sumpt. funer.* Eadem de re inspiciatur
Hunnius *d. tract. feud. cap. 13. pag. 369.* vbi subiicit, quod nec
aduersus vxorem suam vasallus domino opem ferre co-
gatur.

An tenebitur illum adiuuare etiam contra seipsum.] Quod † 12
vasallus contra seipsum iuuare dominum non teneatur,
multiplex ratio dictat. Tum † quia prima siue ordinata 13
charitas incipit a se ipsa, *argum. l. præses. 6. ibique gloss.* Bartol.
*& Dd. communiter. C. de seruitut. & aq. can. si non licet. 8. caus. 23.
quæst. 5.* & post Clarum hic nostrum, notant Fridericus
Pruckman. *consil. 13. num. 65. &* Antonius Winter. *in suo
Assessore. part. 1. cap. 1. num. 41. & seqq.* Tum † quia nemo præ- 14
senti se periculo exponere cogitur, *arg. c. ex parte. 47. de ap-
pellat. & l. si pater. 34. §. 1. ff. de donationib.* Tum † quia nulli 15
semetipsum offendere licet. *can. de occidendis. 7. & tribus seqq.
caus. 23. q. 5.* cum † nemo membrorum suorum sit domi- 16
nus. *l. liber homo. 13. in princip. ff. ad leg. Aquil.* Tum etiam quia
† in generali sermone persona loquentis non contine- 17
tur, nec videtur consensisse in his, quæ sunt contra se i-
psum, *vt tradunt Doctores in l. Paulus. 29. § fin. ff. de pignorib. &
hypoth. & in l. inquisitio. 18. C. de solut.* Sonsbecc. *d. Comment.*

in vsus

In vsus feud.part.11.num.41. Borcholt. *d.Comment.in consuetud. feud. cap.7.num.41.* D. Bocerus *d.tract.de iure & commodo seniorum.lib.1.cap.4.num.52. & seqq.*

QVÆSTIO XXII.

SVMMARIA.

1 *Vasallus pro seruitio dimidium reditum istius anni, in quo ad seruiendum vocatus est, ex feudo soluere pro arbitrio potest, vel econtra.*
2 *In alternatiuis plerunq, electio est debitoris.*
3 *Quo casu ipsemet vasallus comparare, vel substitutum mittere teneatur.*

1 C*Vius erit electio.*] Si † vasallo non sit commodum,
nec placeat, vel in persona, vel per substitutum
seruire domino: poterit soluendo ex feudo dimidium reditus anni istius, in quo ad seruiendum vocatus fuit, sese liberare: adeo, vt in ipsius electione hoc sit, etiamsi dominus fortasse seruitium, quam hunc reditum mallet. Sicut & econtra, si dominus reditum petat, vasallus autem seruire mallet: non potest dominus eum ad præstationem reditus compellere, *per textum in tit.55. §.firmiter. vbi* Andreas de Isernia *num.30.* Aluarott. *in princ.num. 1.* Matth. de Afflict. Laudensis, Rauennas, & Balzaranus
2 *num.14.* & *alii.lib.2.F.* In † alternatiuis enim plerunque debitoris est electio, verum præstare velit, non creditoris. *l.plerunque.11. §.vltim.ibique gloss.ff.de iur.dot.l.si in emptione. 34.§.penultim.ff.de contrah.empt.l.non vtique.3. vbi* Iason *ff de eo,quod certo loco.c.in alternatiuis. 70. ibique* Dynus. *de regul. iur.in 6.* Atque ita, post Clarum nostrum, *& plerosque Feudistas*, sentiunt Schraderus *in tractat feud. part. 6.cap.6. num.56.* Roseothal.*in tract. feud.cap. 8.conclus.23.num.9.cum seq. &* D.Bocerus *in tract. de iure & commodo seniorum.lib.1.cap.*
3 *4.num.28. & seqq.* Enimuero † si dominus in magno quodam periculo constitutus sit, nec inde se liberare possit, nisi ipsemet vasallus suo personali seruitio ei succurrat; veluti si dominus vel omnino nullum, vel non confestim stipendiarium militem nancisci queat ea pecunia, quam ex feudi reditibus præstare vasallus tenetur: hoc certe casu ipsemet comparere, vel idoneum vicarium mittere cogitur, *argum.textus in tit.& vers.sed quia. & tit.7. vers.& si sciuero.lib.2.* Feud. Bald. *in tit.54.de allodiis.num.21. & tit.Præposit.lib.2.F.* Iacobin.de S. Georg. *in tracta.feud. in verb.& promiserunt.* Schrader.*d.part. 6.c.6.num.56.versic. hoc tamen,&c.* Rosenthal. *d.cap.8.conclus.23.num.vlt.eosque refert* D.Bocer. *d.lib.1.cap.4.num.27.*

QVÆSTIO XXIII.

SVMMARIA.

1 *An vasallus dominum suum egenum alere teneatur.*
2 *Libertus cogitur alimenta suo patrono suppeditare.*
3 *Necare dicitur,qui alimenta denegat.*
4 *Necessitatis species est fames.*
5 *Alimenta debentur illi, qui aliquo casu dominus est futurus.*
6 *Vasallus domino ad seruitia præstanda est obligatus.*

N*Vnquid vasallus teneatur alere dominum egenum.*] Quod
1 † vasallus dominum suum egenum alere teneatur,
2 probabilius & æquius videtur. Tum † quia libertus alimenta suo patrono suppeditare tenetur. *l.si quis à liberis. 5.§.solent iudices.18. & §§.seqq.ff. de agnoscend. & alend. liber.* alioqui in seruitutem reuocari potest. *l.alimenta. 6. ibique* Bartol.*& alii,ff.eod.tit.* Tum quia vasallus dominum suum
incolumem seruare astrictus est.*tit.6.lib.2.F.* Necare † au- 3
tem dicitur, qui alimenta denegat. *l.necare.4.ff.de agnosc.& alend.liber.* Tum quia vasallus domino suo in necessitate subuenire cogitur, *tit.26.§.licet vasallus.lib.2.F.* Necessi-
tatis † vero species est egestas & fames, *argu.l.1. C. de oper.* 4
libertor.c.3.ext.de furt.l.2. C.de patrib.qui filios suos distrax.l.sancimus.22.vers.excepta videlicet.C. de SS. Eccles. Tum † etiam 5
quia alimenta debentur illi, qui aliquo casu dominus est futurus.*l.1.§.totiens.2.vers.a iure ff.de venere in possess.mittend.* Atqui dominus feudi, proprietatem prædii feudalis sibi iure vindicat. *tit.23 §.vltim.libr.2.F.* & ipsum quoque feudum certis casibus ad dominum redit, puta si ei sit aper-
tum. Tum † postremo quia dominus egenus magis in- 6
diget alimentis, quam seruitiorum præstatione. Cum ergo ad præstanda seruitia obligatus sit vasallus domino: merito ei, & quidem multo magis, obstrictus censetur etiam ad alimenta præstanda: cum necare dicitur, qui alimenta denegat. *dict.l.4 ff.de agnosc.& alend.liber.* Atque hisce præcipue rationibus moti, hanc sententiam, *post Bartolum hic à Claro citatum*, amplectuntur Speculator *in §.1. num.11.qui filii sint legitimi.* Bald. *in l.1.§.sed scimus. num.a.C. de Latin.libert. toll.* Franciscus Aretin.*in l.si quis non.73.num. 1.ff.de acquir.vel omitt. hered.* Iacobin. de S. Georg. *in verb. qui quidem inuestiti. num.78.* Matthias de Afflict. *decis.Neapolit.265.nu.104.* Chassen. *in consuetud Burgund.rubr.3.verb. le vasall.est tenu. num.20.* Nicolaus Euerhard. *in Topic. legal. in loc.à liberto ad vasallum.num.14.* Ioan. Baptista de Caccialup.*in repetit.c.1.num.15.de cognit.feud.* Molin. *in consuetud.Paris.tit.de mater.feud.§.30.num.145.hosque referens* Ludolphus Schrader.*in tract.feud. part.9.cap.8.num.12.& seq.* Quorum partes sequi dubitat nihil D.Collega Bocer.*in tract. de iure & commodo seniorum,&c. lib.1.cap.4.num.144.& seqq.* vbi negantis opinionis tutelam suscipientium, maxime vero Henrici à Rosenthal. *in tract.feud.cap 8.conclus.27 & 28.* argumenta dilucide refutat. Negantem quoque tueri sententiam conantur Rudinger. *libr.1.var.lection.iur.feud.c.45. nu.5.&* Paulus Berens *disp.feud.7.th.78.*

QVÆSTIO XXIV.

SVMMARIA.

1 *Vasallus an & quatenus dominum è carcere liberare cogatur.*
2 *Carcer mala mansio dicitur, & iniuriam atrocem infert.*
3 *Carcer species torturæ censetur, & libertatem aufert.*
4 *Vasallus iniuriam à domino suo propulsare debet.*
5 *Si dominus iuste est incarceratus, eum vasallus liberare non compellitur.*
6 *Vasallus debita domini exoluere regulariter non tenetur.*
7 *Filius pro patre conueniri nequit.*
8 *Qua in causa vasallus dominum iuuare necesse habeat.*

A*N teneatur vasallus dominum carceratum carcere liberare.*]
Si † vasallus sciens dominum carcere inclusum, cum 1
potuerit, non liberauerit, feudo merito cadit, *per textum*
apertum in tit.24.§ item si delator.lib.2.F. Carcer † siquidem 2
mala mansio, quæ æquiparatur morti, dicitur *l.si hominem. 7.in princip.ff.depositi.l.nec timorem.7.§.1.vers.timuit: & l. penult.ff.quod met.caus. l.item apud Labeonem.15 §.quæstionem.41. vers.quæstionis verbo.ff.de iniur.* Bossius *in pract.crim tit. de carcere.num.1.* & atrocem iniuriam infert, *per notata* Alexandri *consil.17.num 5.vol.1.* Schurffii *cons 87.num.1.& seqq.& cons.*
98.num.4.cent.3.& Wesenbecii *cons.57.num.9.part.2.* ac † 3
torturæ quædam species censetur, *per doctrinam* Baldi *in l. 2.num.6.C.de Episcop.audient.* Thomæ Grammatici *cons 60. nu.4.* Rolandi à Valle *cons.17.n.21.vol.1.* Wesenbecii *cons.43. nu.76.part.2.& d.cons.57.n 9.part.2.* Gudemanni *in tract.de*

magis,

magis, &c. lib. 3. cap. 6. num. 9. & Petri Friderici Mindani *lib. 1. de processib. cap. 47. num. 4. pagin.* 201. & denique libertatem, quæ res est inæstimabilis, incarceratio adimit. *l. libertas. 106. ff. de reg. iur. §. fin. versic. sed cum libertas. Instit. quib. ex caus. manumitt. non licet. l. 2. ff. de libero homine exhib. l. 3. itio centum. 71. §. 2. ff. de condit. & demonstrat.* Cum † itaque vasallus
4 iuriam a domino suo propulsare debeat, & ad hoc nominatim iureiurando se adstrinxerit. *c. unic. de noua forma fidelit. tit. 7. lib. 2. F.* & dominus in carcerem compactus atrocis iniuria afficiatur, *vt paulo ante monuimus*: sequitur, vasallum recte feudo priuari, si contra præstitum iuramentum venerit, & dominum è carcere, cum potuerit, non liberarit. *Ita tradunt* Gloss. Beluis. Herm. Aluarott. Præpost. Landens. Rauen. Schenck. Balzaranus *& alii in d. titul. 24. §. item si delator. lib. 2. F.* Burcholt. *in Commentar. in consuetud. feud. cap. 8. num. 113.* Inrighol. *centur. feudal. 1. qu. 98. num 144. caus. 31.* Schneidewin. *in tractat. feud. part. 8. cap. 1. num. 76. caus. 15.* Schradet. *in tract. feud. part. 9. cap. 8. num 6.* Rolenthal. *in tract. feud. cap. 10. conclus. 20. num. 9. aliique plu-*
5 *rimi, per hunc cumulati.* Quod † tamen Interpretes non male acciplunt de domino sine sua culpa incarcerato ex causa iniusta. Etenim si iustam ob causam carcere inclusus sit dominus, vel propter delictum, vel propter æris alieni magnitudinem: eum vasallus sua pecunia aut fide-
6 iussione liberare custodia minime tenetur. Tum † quia vasallus debita domini exoluere regulariter non est obligatus; etiamsi his non solutis, domino periculum peri-
7 culi immineat. *tit. 26. § licet vasallus lib. 2. F.* Tum † quia nec filius pro patre, nec libertus pro patrono, ratione debiti vel delicti, conueniri potest, *per tot. tit. C. ne filius pro patre, &c.* Tum etiam quia dominus cedendo bonis semetipsum carcere liberare potest. *l. 1. C. qui bon. ced. poss.* Tum
8 † denique quia vasallus in causa iusta dominum iuuare tenetur. *d. tit. 7. & tit. 28. lib. 2. F.* At vero iustam causam dominus non fouet, si ob delictum aliquod carceri est mancipatus. Atque ita, post Clarum hic nostrum *num. 2. & alios*, tenent Borcholt. *d. cap. 8. num. 114.* Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 11. num. 48. & nouiter* Hunnius *in tract. feud. cap. 13. pag. 375.* Quanquam aliter sentire videatur D. Bocer. *class. 5. disput. 20. th. 126. edit. 2.*

QVÆSTIO XXV.

S V M M A R I A.

1 *Ecquid vasallus dominum feudi in ius vocare sine venia possit.*
2 *Quatenus vasallus differat à liberto.*
3 *Senibus exhibenda reuerentia a iunioribus.*
4 *An vasallus interdicto vnde vi contra dominum experiri queat.*

N*Vnquid possit vasallus dominum in ius vocare sine venia.*]
1 Quod † vasallus dominum feudi sine veniæ impetratione in ius vocare possit, crebrius (vt nouissime post alios nonnullos oggannit Hunnius *in tract. feud. cap. 13. pag. 354.*) obtinuit, vt post Clarum hic nostrum *& alios*, testantur Schradetus *in tracta. feud. part. 6. cap. 7. num. 19. ad finem. & part. 10. sect. 8. num. 54. 58. & seq.* Mynsinger. *cent. 4. obser. 92.* Kirchouius *in thesaur. commun. opin. cent. 4. conclus. 97.* Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 10. num. 22. &* Andreas
2 Gail. *lib. singul. de pigneratioñib. obseruat. 15. num 4.* Neque † hic æquiparationi liberti & vasalli vllus dari potest locus: cum vasallus nihil à domino aliud obtineat, quam feudum: libertus vero à patrono libertatem, rem inæstimabilem, adeoque nouam quodammodo vitam habeat. *l. libertas. 106. ff. de reg. iur.* Neque etiam valida consequentia est: vasallus domino feudi debet exhibere reuerentiam. *c. vn. ibi, salua reuerentia. de milite vasallo, qui contumax est. tit. 22. lib. 2. F.* Ergo † eum non nisi petita venia in ius vocare 3 potest. Nam senibus quoque exhibenda est reuerentia a iuuenibus: & tamen non protinus sequitur, illos ab his non, nisi impetrata venia, recte in ius vocari. *Ad cuius rei confirmationem plures auctoritates coaceruauit § 1 annales. 12. num. 28. instit. de actionib.*

Nunquid poterit vasallus contra eum intentare interdictum vnde vi.] Quod † vasallus interdicto vnde vi contra domi- 4 num experiri non possit, communis & vera opinio est, teste Zasio *in epit. feud. part. 11. num. 23. & seq.* De qua consulantur Menochius *recuper. possess. remed. 1. num. 94.* Rittershus. *in paratit. feud. lib. 2. cap. 1. q. 7.* Rosenthal. *in tractat. feud. capit. 10. conclus. 23. num. 1. & 5.* Forner. *de feud. cap. 16. num 3. eosque referens* Hunnius *dict. tract. feud. cap. 13. pag. 355. & seq.*

QVÆSTIO XXVI.

S V M M A R I A.

1 *An & quatenus dominus, qui inuestiuit aliquem de feudo per inuestituram abusiuam, ad traditionem rei feudalis præcise teneatur.*
2 *Vocabulum (omnimodo) præcisam significationem habet.*
3 *Duobus de feudo diuerso tempore inuestitis, quis eorum præferatur, remissiue.*

N*Vnquid tenebitur etiam præcise illi tradere possessionem rei feudalis.*] Adeo † abusiua inuestitura obligat inue- 1 stientem, vt non tantum ad ipsam rei feudalis traditionem præcise teneatur; sed etiam omnem iacturam dilatæ possessionis præstare cogatur. *tit. 7. §. fin. lib. 2. F.* vbi continetur † vocabulum *omnimodo*, quod præcisam habet si- 2 gnificationem. *Lutem si cum exceptione. 14. §. quatenus. 10. & ibi gl. ff. quod met. caus. & textus est in tit. 26. §. si facta de feudo lib. 2. F.* Neque præstando id quod interest liberatur, dummodo ipse possideat, & tradendi facultatem habeat. *d. §. si facta de feudo, &c.* Mynsinger. *lib. 4. obser. 61. num. 4. & seq.* Hartman. Hartm. *tit. 54. de feud. obser. 7.* Quod si dominus tradendi facultatem non habuerit: tunc præstando id quod interest liberabitur. Ita, præter Clarum nostrum, *& alios*, docet Iohannes Rudinger. *libr. 1. var. lect. iur. feud. cap. 9. num. 24. & seq. & cap. seq.* vbi † illam quæstionem (si 3 duo in vno feudo separatim inoestiti sint, quis eorum præferatur) enucleate explicat. De eadem quæstione consulatur Andr. Fachineus *lib. 7. controuer. iur. c. 37. & seq. vbi vir antiq. in partem plures auctoritates allegat.*

QVÆSTIO XXVII.

S V M M A R I A.

1 *Inter dominum & vasallum mutua est obligatio.*
2 *Differentia inter dominum & vasallum.*
3 *Ratio istius differentiæ.*

N*Vnquid dominus feudi teneatur defendere vasallum.*] Quod † inter dominum & vasallum mutua sit obligatio; 1 adeoque dominus ad eandem fidelitatem securitatis & defensionis suo vasallo teneatur, apparet ex c. 1. §. *dominus. de form. fidelit. tit 6 & c. 1. qualiter dom. propr. feud. priuet. tit. 47. lib. 2. F.* & vltra Clarum nostrum *& alios*, docet Zasius *in epitom. feud. part. 7. num. 46.* & Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 10. num 37.* Eum vero † hoc interest, quod dominus fide- 2 litatem vasallo debitam non promittit, multo minus iurat,

tur, vtpote quæ ex ipso contractu per seipsum intelligatur. Idque receptum videtur argumento patroni, qui liberto suo non iurat, vt maxime ipsi à liberto iusiurandum præstetur. *L. qui bona. 13. § penult. ff. de dam. infect.* Laudens. *in d. c. 1. num. 18. de form. fidelit.* Zas. *d. part.* *num. 57.* Wesenbec. *de feud. cap.* 8. *num. 25.* Rationem † differentiæ Vulteius *loco praallegato* hanc assignat: quod illud tribuatur honori domini, tanquam superioris, & de cuius fide erga vasallum minus dubitari possit: cum tantopere ipsum dilexerit, vt & feudum, id est, beneficium ipsi dederit. Videatur eadem de re D. Collega Bocer. *in tract. de inuestitura feudi. cap. 4. num. 47. & in tractat. de iure & commodo seniorum. lib. 2. cap. 4. num. 23.*

QVÆSTIO XXVIII.

S V M M A R I A.

1 *An & quatenus dominus vasallos suos inuitos alienare queat.*
2 *Num dominus ius suum sine consensu vasalli alicui oppignorare possit.*

AN *dominus possit alienare vasallos suos inuitos.*] Quemadmodum † vasallo sine consensu domini feudum alienare non licet, *vt ostendetur infra quæst. 31.* ita nec domino conceditur suum dominium siue ius, vel totum, vel partem, vasallo suo inuito, alienare, & facere, vt vasallus suus fiat vasallus alterius. Ita, præter Clarum nostrum, *& ab eo relatos hic*, tradunt Hartmannus Hartm. *de feud. obseru. 40.* Wesenbec. *de feud. cap 9. num. 9.* Gail *lib. 2. de pace publ. cap. 15. num. 13.* Mozz. *in tract. de feud. rubr. de natural. feudi. num. 77.* Zasius *in Epit. feud. part. 9. num. 9.* Menoch. *cons. 32. num. 20. volum. 1. & cons. 426. num. 20. volu 5.* Vulteius *lib. 1. de feud. c. 10. num. 71. aliique, ab eis citati.* Si tamen Princeps aliquis totum aliquod territorium siue curiam alii vendat: aliter statuendum est, vt Clarus noster hic *num. 2. ex communi DD. opinione subiicit: quem sequuntur* Mozzius *d. num. 77.* Wurmbser. *de feud. obseru. 34. &* Vulteius *loco modo designato.* 1

Nunquid possit dominus inuito vasallo pignori obligare directum dominium.] Quin † dominus ius suum sine consensu vasalli alicui oppignorare possit, nullum apud interpretes est dubium, Gloss. *& cæteri communiter in c. 1. §. hæres. de prohib. feud. alienat. per Frider.* Idque de natura feudi esse scribit Mozzius *d. rubr. de natur. feud. num. 76.* eumque referens D. Vulteius *d. cap 10. num. 71. vers. quin autem dominus, &c.* 2

QVÆSTIO XXIX.

S V M M A R I A.

1 *Quinam dominus subditis suis collectas imponere possit.*
2 *An & quatenus Princeps suos vasallos ratione bonorum feudalium collectare queat, remissiue.*
3 *Princeps vasalli sui subditis collectam imponere potest.*
4 *Quibus casibus domini subditos collectis grauare valeant, remissiue.*
5 *An & quatenus Princeps pro maritanda filia, vel pro vxorando filio, collectam subditis indicere queat.*

NVnquid *dominus possit subditis suis taleas siue collectas imponere.*] Quod † nemo possit collectas imponere, nisi Regalium iure gaudeat, etiamsi merum mixtumque Imperium, ac omnimodam Iurisdictionem habeat, præter Clarum hic nostrum, *& ab eo relatos*, docent Mynsinger. *respons. 3. num. 97. & seq. decad. 11.* Schneidevvin. *de feud. part. 5. num. 119.* Bocholt. *in tract. 56. quæ sint Regalia. lib. 2.* P. Sixtin. *in tract. de Regalibus. lib. 2. c. 14. num. 17.* Ioan. Koppen *q. 32. num. 4. & 8. hosque referens* D. Collega Bocerus *in tract. de iure collectar. cap. 2. num. 24. & in tract. de iure & commodo seniorum, lib. 2. c. 6. num. 22. & 23. vbi id explanat fusius.* Cæterum † an & quatenus Princeps suos vasallos ratione bonorum feudalium collectare queat, perspicue declarant Ioan. Petrus Surdus *cons. 135. num. 11. & seqq. & consil. 214. num. 8.* Albert. Brun. *consil. 103. num. 2.* Cranetta *cons. 497. num. 3.* Modestin. Pistoris *cons. 21. num. 30. lib. 2.* Mynsinger. *respons. 1. num. 1. & 2. decad. 15.* Ernest. Cothman. *respons. 11. num. 32. lib. 1.* Henricus à Rosenthal. *in tractat. feud. cap. 5. conclus. 78. num. 2.* Petrus Heigius *quæst. 18. num. 16. & seqq. part. 1. eosque omnes laudans* D. Bocer. *in d. tract. de iure collectar. cap. 4. num. 12. & seqq.* vbi *num. 22.* subiungit: quod, licet † dominus feudi vasallos suos collectis onerare non possit: attamen Princeps vasalli sui subditis imponere collectam valeat: cum hoc ius censeatur reseruatum, & non translatum in vasallum, *per notata* Rolandi à Valle *cons. 1. nu. 102. vol. 2. & cons. 4. num. 47. vol. 3. &* Ioannes Petri Surdi *cons. 210. num. 58. lib. 2.* 1 2 3

Et ab eis possunt collectari in sex casibus.] Quibus † casibus domini inferiores subditos collectis grauare queant, *post plures alios à se citatos*, diligenter explicat Rosenthal. *d. tract. feud. c. 5. conclus. 76. & seq.* 4

Pro filia maritanda.] An † & quatenus Princeps pro elocanda & dotanda filia sua, vel pro vxorando filio, collectam subditis indicere possit, latissime exponunt, Iacobin. de S. Georgio *in tract. de homagiis. num. 35. & tract. de feudis. in verb. qui quidem inuestiri. num. 76.* Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 2. cas. 181.* Nicol. Boërius *decis. 124. num. 6. & 7. item decis. 231. num. 14.* Mozzius *in tract. de feud. rubr. de natura. lib. feudi. nu. 61.* Vulteius *cons. 35. nu. 142. vol. 3. cons. Marpurgens.* Petr. Frider. Mindan. *lib. 2. de mandat. .... c. 44. num. 12.* Rosenthal. *d. c. 5. conclus. 77. & conclus. 79. num. 5.* Schneidewin. *in tract. de feud. part. 5. nu. 120.* Laurent. Kirchou. *cent. 5. commun. opinio. conclus. 77.* Sixtin. *d. tract. de regalib. lib. 2. cap. 14. & 54. &* D. Bocerus *d. tract. de iur. collectar. cap. 6. num. 24. cum seqq. & num. 61. cum seqq.* 5

QVÆSTIO XXX.

S V M M A R I A.

1 *Domini superiorem recognoscentes, an & quatenus subditos suos ad molendina sua cogere possint.*
2 *Meræ facultatis existentia statuto adimi nequeunt.*

NVnquid *dominus possit cogere subditos ad molendum.*] Quod † domini, iurisdictionem, merum & mixtum Imperium habentes, superiorem tamen recognoscentes, statuto nequeant subditos suos præcise ad sua molendina cogere, verius est: siue ob commodum priuatum dominorum id fiat: siue etiam, vt reditus publicus inde augeatur. Siquidem † meræ facultatis existentia statuto adimi haud possunt: maxime, si populi libertas minuatur, & alii damnum inferatur. Posset tamen tanta esse ærarii & Reipublicæ inopia: ita quod cum summa Reipublic. vtilitate ac bono coniunctum foret, vt huiusmodi statutum condere, & prohibitionem facere liceret. Ita, post Didacum Couarruu. *in c. possessor. part. 2. §. 4. num. 7. & complures alios à se citatos*, scriptum reliquit Henricus à Rosenthal. *in tractat. feud. cap. 5. conclus. 26.* 1 2

QVÆSTIO XXXI.

SVMMARIA.

1 *Vasallus sine domini consensu feudum alienans, eo priuatur.*
2 *Eiusque ratio quæ.*
3 *Vt vasallus ex causa alienationis feudum amittat, quæ requiratur.*
4 *Ignorantia quomodo probetur.*
5 *Alienatum quid propriè dicatur.*
6 *An si vasallus post alienationem confestim recuperet feudum, nihilominus id perdat.*
7 *Ius quæsitum nemini auferendum.*
8 *Fur, domino rem furtiuam confestim restituens, actionem furti non euitat.*
9 *Vasallus partem feudi alienans, an omni iure suo cadat.*
10 *Pœna commensuranda delicto.*
11 *Numquid vasallus, ex causa magnæ necessitatis, feudum inconsulto domino alienare queat.*
12 *Nemo cogitur consentire in venditionem rei suæ, vel de suo cuiquam benefacere.*
13 *An tacitus domini consensus ad feudi alienationem sufficiat.*

V*Asallus non potest feudum ipsum alienare sine consensu domini.*] Indubitatum est 1 vasallum † feudum sine domini consensu alienantem iure suo cadere, eoque priuari. *tit. 5. in fine. tit. 13. tit. 18. vltim. tit. 21. §. si quis miles. lib. 1. F. tit. 9. in princip. titul. 24. §. vltim. titu. 16. §. feudum ea lege datum. titul. 38. tit. 44. titul. 52. §. si quis vero. & titul. 55. in princip. versic. callidis lib. 2. F.* 2 Cuius † ratio refertur *in d. titul. 24. §. vltim. lib. 2. Feud.* nimirum hæc: quod vasallus sine consensu domini alienando, dominum contemnere videatur; vt ita illa priuatio sit quædam quasi vltio contumeliæ illatæ domino. Roland. à Valle *consil. 2. num. 136. volum. 1.* Vulteius *libr. 1. de feud. cap. 11. num. 41.* Borcholt. *in Commentar. in consuetud. feud. cap. 8. num. 34.* Vt autem 3 † vasallus ob alienationem à se factam feudo exuatur: duo maxime coniunctim requiruntur. Prius est, vt vasallus sciens feudum esse alienet. Ignorantia quippe qualitatis rei excusat vasallum. *d. tit. 26. §. si vasallus feudum. lib. 2. F.* dummodo ignorantia illa non sit affectata: 4 siquidem illa in iure pro scientia habetur. Quia † vero ignorantiæ probatio est difficilis: iuramento vasalli, affirmantis, se ignorasse, id decidendum relinqui solet. *tit. 42. in princip. lib. 2 F.* Zasius *in Epitom. feud. part. 10. num. 10.* Schrader. *in tract. feud. part. 9. cap. 1. num. 43.* D. Bocer. *class. 5. disput. 20. th. 74. edit. 2.* Vulteius *d. cap. 11. num. 42.* Gail. *lib. 2. obseruat. 4. num. 23. & seq.* Alterum est, vt alienatio effectum suum sortita consummata, adeoque translatio possessionis facta sit. Sola enim conuentio de alienando feudo non sufficit: sed & possessionis traditio necessaria est ad hoc, vt vasallus feudum suum ex alienationis causa amisisse dicatur, *per textum in tit. 52. in princip. vers. hæreatus itaque. ibi, sine ipsorum permissu distrahere. & in d. titul. 55. in princip. versicul. callidis. ibi, feudum vendunt, & in alios transferunt. lib. 2. F.* Propriè † namque alienatum non di- 5 citur, quod adhuc in vendentis, vel a lterius dominio manet. *l. alienatum. 67. ff. de verbor. significat.* Atque ita docent Andr. de Isernia, Aluarott. Præpos. & Matth. de Afflict. *in c. 1. §. si inter pares. de lege Corrad.* Clarus noster hic *num. 3.* Emanuel Soarez. *in thes. recept. sent. lit. F. num. 71.* Rosenthal. *in tract. feud. cap. 9. membr. 1. conclus. 12.* Bocer. *d. disp. 20. th. 77.* Vult. *d. num. 42. vers. secundum, &c.* Schrader. *d. part. 9. c. 1. n. 32. aliiq; per hos cumulatim adducti.*

Quid, si contractus ipse alienationis fuit ex aliquo alio capite nullus.] Adde hac de re videndos Curtium Iuniorem *de feud. part. 4. num. 108.* Mozzium *in tract. de feud. rubr. ex quib. caus. feud. amitt. num. 135.* Henricum à Rosenthal *d. tract. feud. c. 9. memb. 1. conclus. 4. & alios, ab his recensitos.*

Quid, si vasallus post alienationem recuperet feudum.] Quamuis † vasallus pœnitentia ductus, post alienationem in continenti recuperet feudum: nihilominus tamen pœnam priuationis incurrit. Tum quia textus *in c. 1. quid iuris sit, si post alienationem feudi, &c. tit. 44. lib. 2. F.* generaliter & indistincte loquitur. Tum † quia nemini ius quæsitum auferri potest. *l. id, quod nostrum. 11. ff. de regul. iur.* Tum † etiam quia fur, licet confestim domino rem furtiuam restituat: ab actione tamen furti se hoc ipso non eximit. *l. qui ea mente. 65. ff. de furt.* Atque his, aliisque rationibus permoti hanc sententiam tenentur, præter Clarum, *& ab eo hic relatos,* Zasius *in Epit. feud. part. 10. num. 2.* Schrader *d. tract. feud. part. 9. cap. 1. num. 17.* Vulteius *d. libr. 1. de feud. cap. 11. num. 43.* D. Bocerus *d. disput. 20. th. 79.* Fachineus *lib. 7. controuers. iur. cap. 84. &* Rudinger *lib. 1. var. lect. iur. c. 77. vbi in vtramq; partem hanc quæstionem examinat.*

An cadat à toto feudo, an autem solum ab ipsa parte, quam alienauit.] Quod † vasallus partem feudi alienans, eam tantum partem perdat, æquitati & iuri feudali magis consentaneum est, *per textum clarissimum in c. 1. ibi, si alienauerit totum, perdat totum: si partem, perdat partem, &c. de vasall. qui cont. constitut. Lothar. tit. 38. lib. 2. F. & ibi* Baro à Tautenbeck. *num. 1. item in c. 1. §. item qui dominum. vers. illud etiam est certum. quæ fuit prima caus. benefic. amitt. tit. 24. lib. 2. F. nec non in c. 1. § vlt. ibi, beneficium suum vendiderit totum. de feudo sine culpa non amitt. tit. 21. lib. 1. F.* Huc que facit eadem ratio: quod † vlterius progredi pœnæ motus non debeat, quam reperiatur delictum. *l. ex facto. 43. §. vlt. ibi, etenim puniendus est in eo, &c. ff. de vulg. & pupill. substit. l. sancimus. 22. C. de pœn. l. rescriptum. 6. ff. de his, quæ vt indig. auferunt.* Et hanc opinionem omnes Dd. *(excepto Baldo)* tenere, testatur hic Clarus noster. Eandem, *præter Interpretes hoc loco allegatos,* defendunt Zasius *in dict. epit. feud. part. 10. num. 1.* Sonsbecc. *in Comment. in vsus feud. part. 12. num. 78.* Blanc. *in iuris feud. Epit. lib. 2. c. 1. num. 70.* Bocer *d. class. 5. disp. 10. th. 85. &* Iohannes Rudinger. *d. lib. 1. var. lect. iuris feud. cap. 40. vbi ad contraria pulchre respondet.*

Vasallus reperitur in magna aliqua necessitate constitutus.] Quod † vasallus, etiam ob magnam necessitatem, inconsulto domino, feudum alienare nequeat, apparet ex *tit. 91. in princ. lib. 2. feud.* vbi IC. Feudista refert, quatenus potuerit olim ante Lotharii constitutionem feudum alienari: & inter alia dicit: necessitate suadente potuisse olim vasallum domino inscio vel inuito partem feudi vendere: Vnde necessario sequitur, per Lotharii constitutionem, qua illa alienandi licentia, quæ olim vasallis competebat, sublata est, etiam in casu necessitatis alienationem feudi 12 prohibitam esse. Præterea † nemo cogitur emere & vendere, vel consentire in venditionem rei suæ. *l. inuitum. 11. C. de contrah. empt. l. nec emere. 16. C. de iur. deliber.* nec de suo cuiquam benefacere quisquam compelli potest. *can. pruatorie. 5. §. decreuit. caus. 10. q. 2.* Accedit, quod vtut quis inopia aliqua & vrgente necessitate prematur: non tamen possit sub hoc prætextu suum alteri auferre, & an quoquam præiudicare. *l. id, quod nostrum. 11. ff. de reg. iur. c. 3. ext. de furtis.* Et illam cõclusionẽ, vtpote cõmunem, seruandã esse, postea impr. Clarus noster hic affirmat. Eandem tenent Schrad. *d. tract. feud. part. 8. c. 1. num. 2. & seq.* Zasius *in Epit. feud. part. 9. num. 13.* D. Bocer. *class. 5. disp. 20. th. 86. num. 1. &* Hunnius *in tract. feud. cap. 12. pag. 345. vbi dissentientium argumenta refutat.*

Domino ipso sciente & tacente.] Quod † tacitus domini 13 consensus ad feudi alienationem sufficiat, post Clarum nostrum *& ab eo citatos,* tenent alii communiter, Mynsinger. *cent. 4. obseruat. 87.* Borcholt. *in Commentar. in consuetud.*

consuetud. feudor. c. 8. num. 7. & Rosenthal. in Synopsi iuris feuda. c. 9. conclu. 41. & cæteri ab his citati. Tametsi Bartholom. Cæmerar. *ad tit. 55. de prohibit. feud. alienat. per Frider. lib. 2. F.* & D. Collega Bocer. *d. disput. 20. th. 88. sub lit. B.* non absque rationibus speciosis dissentiant.

QVÆSTIO XXXII.

SVMMARIA.

1 *An vasallus absque domini consensu alium de feudo suo subinfeudare possit.*
2 *Et quid, si feudum sit ecclesiasticum.*
3 *Lege non distinguente, nec nos distinguere debemus.*
4 *Resoluto iure datoris, resoluitur quoq; ius accepteris.*
5 *An & quatenus vasallus de feudo decimarum alium inuestire queat.*
6 *Quæ ad subinfeudationem requirantur.*
7 *An & quatenus subinfeudatio fieri possit in præiudicium agnatorum, remissiue.*
8 *Non solum vasallus, sed etiam subvasallus feudum suum alii in feudum concedere potest.*

AN vero quid possit vasallus sine domini consensu alium subinfeudare.] Quod † vasallo liceat absque domini con-1 sensu feudum suum, vel eius partem, alii vicissim in feudum concedere, patescit *ex tit. 5. § sed etiam ne. vers. per feudum tamen. & tit. 9. in princip. vers. si vero vel totum. & titu. 26. §. beneficium. & tit. 34. §. similiter. lib. 2. F.* Et, post Clarum hic nostrum, pro confirmatione huius pronunciati infinitas fere auctoritates cumulat Henricus à Rosenthal. *in tractat. feud. capit. 9. memb. 1. conclusion. 43. sub lit. A.*

2 *Sed quid in ecclesiastico.*] Quod † vasallus non solum feudum laicum, sed ecclesiasticum etiam alii concedere in feudum possit, multiplex suadet ratio. Tum quia loca iuris feudalis omnia, modo allegata, de subinfeudatione tractantia, absque vlla distinctione inter feudum laicum & ecclesiasticum, vasallo ius tribuunt de feudo suo alium inuestiendi. Ast ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. *l. de precio. 8. ff. de Public. in rem act.* Tum † quia per subinfeudationem ecclesiastici feu-3 di conditio Ecclesiæ deterior non efficitur: siquidem vasallus sine fraude, & eiusdem conditionis personæ, & sub iisdem pactis, subinfeudationem facere iubetur, *teste Claro nostro hic num 4. & nos illud infra num. 6. demonstrabimus paulo accuratius.* Tum quia neque domino, neque feudi successoribus vllum hic præiudicium creatur: quippe cum mortuo vasallo, qui subinfeudauit, ius subinfeudati extinguatur. *tit. 5. § rur. us. lib. 2. F. & tit. 9. in princip. versic. si autem dissentiente. ibi, si tamen sine herede masculo 4 descendente, &c. libr. 2. F.* Extincto † namque & resoluto iure datoris, extinguitur quoque & resoluitur ius acceptoris, *argum. l. peto. 69 § prædium. 1. ff. de legat. 2. l. fundum 7. ff. de alienat. empt.* Hartman. Pistor. *lib. 2. quæst. 44. num. 8.* Atque ita post Clarum nostrum, & ab eo relatos hic, tradunt Schrader. *in tract. feud. part. 8. c. 2. num. 10.* Vult. *lib. 1. de feudis. 10. num. 80.* & D. Bocerus *in tract. de commodo & iure seniorum, &c. lib. 2. c. 6. num. 73. & seqq.*

Sed quid, si sit feudum decimarum.] An † & quatenus va-5 sallus, qui decimas ab Ecclesia in feudum habet, de hoc feudo alium inuestire queat præter Clarum nostrum, satis explicant Zasius *in epitom. feud. part. 9. num. 17.* Molineus *in consuetud. Paris. §. 46. quæst. 4.* Schrader. *dict. part. 8. cap. 2. num. 17.* Couarruu. *lib. 1. variar. resolut. capit. 17. num. 5. vers. præter hæc & illud.* Mozz. *in tract. de feud. rubr. sine tit. de rebus, &c. num. 10.* & Rosenthal. *d. tract. feud. c. 4. conclus. 28. num. 2. & seqq.*

Tria requiruntur.] Ad hoc, vt † subinfeudatio valeat, 6 tria iure feudali copulate desiderantur. Primum, vt fiat sincere, & absque fraude. *d. tit. 9. in princip. vers. si vero. & d. tit. 26. § beneficium. lib. 2. F.* Deinde, vt fiat personæ æquali, aut certe melioris, non deterioris conditionis, quam est vasallus. *d. titu. 26. § beneficium. ibi, dum tamen militi detur, &c. & prædicto tit. 34. §. similiter. ibi, in feudum tamen recte dabit, si secunda persona sit talis, &c. lib. 2. F.* Tertio, vt fiat iisdem sub conditionibus, sub quibus ipse infeudans illud à domino accepit. *d. tit. 34. § similiter. versic. profecto ille. lib. 2. F.* Verum de hisce subinfeudationis requisitis exquisite, *post alios*, disserunt Ioan. Borcholt. *in Comment. d. in consuetud. feud. cap. 8. num 50.* Hartman. Hartm. *de feud. obser. 38.* Mynsinger. *cent. 1. obser. 61.* Hartman. Pistoris *dict. quæst. 44. num. 4.* Mozz. *d. tract. de feud. titul de his, qui feud. dar. poss. num. 26.* Vult. *dict. lib. 1. de feudal. cap. 10. num. 81. cum seqq. &* Henricus à Rosenthal. *d. tract. feud. cap. 9. membr. 1. conclus. 43. & seqq. nec non* Hunnius *in tractat. feudal. cap. 12. pag. 323. & seqq.*

Præiudicium agnatorum.] An † & quatenus subinfeu- 7 datio fieri possit in præiudicium agnatorum, post Clarum hic nostrum, declarant Hartman. Pistor. *d. libr. 2. quæstio. 44. num. 6.* Vulteius *d. cap. 10. num. 82. vers. tertio ne fiat, &c.* Rosenthal. *dict. cap. 9. membr. 1. conclus. 48. & ii, quos fere sexcenti, ab hoc recensiti.*

Pone, quod iste secundus vasallus, &c.] Quod † non solum 8 vasallus, sed & subvasallus feudum suum alii in feudum concedere possit, & sic deinceps, non tantum bis vel ter, sed vsque in infinitum, patet *ex d. § similiter. ibique* Aluarott. & Præposit. *de lege Corrad. tit 34. lib. 2. F.* Schrader. *in tr. feud. part. 8. c. 2. num. 13. &* D. Bocer. *d. tract. de commodo & iure senior. lib. 2. cap. 6. num 82. & seqq.*

QVÆSTIO XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *An & quatenus vasallus sine consensu domini feudum alteri locare queat.*
2 *Locatio ad tempus longum alienatio non videtur.*
3 *Alienatio feudi per libellum facta, est prohibita.*
4 *Contractus libellarius quis.*
5 *An & quatenus datio in emphyteusin vasallo interdicta, remissiue.*

AN vasallus possit sine consensu domini feudum alteri locare.] Quamuis † Doctores communiter, *teste hic Claro* 1 *nostro*, distinguendum existiment inter locationem ad modicum tempus factam, & inter eam, quæ fit ad longum aliquod tempus, puta decem vel plures annos; vt hæc non valeat; illa vero subsistat, Iacob. de Beluiso *in c. 1. § donare. qualiter olim poterat feud alien. tit. 9. lib. 2. F.* Laudens. *ibidem numer. 5.* Frideric. Schenck. *numer. 14. & 15.* Mozz. *in tract. de feud. tit. ex quib. cauß. feud. amitt. num. 130.* Zasius in *Epit feud. part. 9 num. 12.* Vult. *lib. 1. de feud. cap. 10. num. 48.* Borcholt. *in Comment. in consuetud. feud. cap. 8. num. 35.* Sonsbecc. *in Comment. in vsus feud. part. 12. num. 84.* Rosenthal. *in tractat. feud. cap. 9. membr. 1. con. lus. 7. num. 8. & seq. vbi complures cumulate allegat*: contraria tamen sententia, quod videlicet quævis locatio feudi, sive ad breue, siue ad longum tempus fiat, si modo fraudulenta non sit, subsistat, verisimilior videtur. Tum quia locatio feudi simpliciter, absque vlla distinctione in ter tempus breue aut longum, vasallo conceditur. *d. titu. 9. § donare. lib. 2. F.* Tum † quia locatio etiam ad tempus longum alienatio 2 non censetur. *l. via solet. 39. ff. locati.* ne quidem in superficiario. *l. vlt. ff. d. superficieb.* & locator possessionem rei re-

 tinet.

tinet. *l. officium. 9. vers. denique ait. ff. de rei vindicat.* His, & aliis rationibus hanc opinionem tuentur. Pinel. *ad l. 1. part. 3. num. 66. c. de bon. matern.* D. Obrecht. *de feud. c. 3. num. 127.* Rudinger. *lib. 1. var. lect. iur. feud. c. 53. num. 5. cum seqq.* D. Boc. *in tract. de commodo & iure senior. lib. 2. c. 6. nu. 146. cum seqq. &* D. Hunnius *in tract. feud. c. 12. pag. 334.*

3 *Dare alteri ad libellum.*] Quod † alienatio feudi per libellum siue contractum libellarium facta iure sit prohibita, constat *ex tit. 5. §. aut si libellario. & tit. 13. lib. 1. F. tit. 9. §. donare. tit. 39. in fine principii. tit. 44. & tit. 55. in princip. lib. 2. F.*

4 Est † autem contractus libellarius, quo res in alium transfertur iure venditionis, scriptura interueniente, & certa pecuniæ summa initio data precii nomine, non tamen iusti: & hoc amplius constituta mercede siue pensione annua soluenda venditori, vel vt certo condictoque tempore contractus renouetur, numerato rursus precio certo vel arbitrario. Vult. *d. lib. 1. de feud. cap. 10. num. 49.* Cuiac. *ad tit. 2. lib. 1. F.* Borcholt. *dict. Commentar. in consuetud. feud. cap. 3. num. 45.* Bocerus *dict. libr. 2. cap. 6. num. 186. & seq.*

5 *Idem etiam dicendum est in emphyteusi.*] An † & quatenus vasallus absque domini consensu feudum suum in emphyteusin dare possit, post Clarum nostrum hic, explicant Borcholt. *d. Commentar. in consuetud. feud. cap. 8. num. 37.* Wurmbser. *de feud. obser. 33.* Mynsinger. *cent. 6. obs. 30. num. 1.* Mozzius *de amiss. feud. num. 130. &* D. Bocer. *d. c. 6. nu. 140. & aliquot seqq.*

QVÆSTIO XXXIV.

SVMMARIA.

1 *An vasallus feudum suum domino inuito refutare siue cedere possit.*
2 *An & quatenus isthæc refutatio agnatis ipsius vasalli praeiudicet, remissiue.*

1 A*N vasallus possit renunciare feudum in manibus domini, ipso domino inuito.*] Quod † feudum vasallus indistincte domino etiam inuito refutare siue renunciare & cedere possit (*nil remorante contraria Clari nostri, & aliorum quorundam sententia*) tenent plerique è recentioribus, per textum generaliter loquentem *in tit. 38. lib. 2. F.* Zasius *in Epitom. feud. part. 12. num. 14.* Sonbecc. *in Commentar. in vsus feud. part. 12. num. 116.* Mynsinger. *cent. 5. obs. 65. num. 7.* Wesenbecius *de feud. cap. 12.* Mozz. *sub tit. ex quib. caus. feud. amitt. num. 8.* Borcholt. *in Commentar. in consuetud. feud. cap. 8. num. 53.* Vult. *lib. 1. de feud. cap. 10. num. 76.* Hunnius *in tractat. feud. cap. 12. pag. 340. cum seq. &* Rosenthal. *in tractat. feud. cap. 9. membr. 1. conclus. 50. num. 5. aliique plurimi, per hunc citati.*

2 *Sed nunquid talis renunciatio praeiudicabit agnatis ipsius vasalli.*] An † & quatenus vasallus sine consensu agnatorum domino feudum refutare & cedere valeat, & quatenus isthæc refutatio siue renunciatio agnatis vasalli præiudicet, post Clarum nostrum, *& alios*, latius exponunt Zasius *d. epit. feud. part. 9. num. 14.* Hunnius *d. c. 12. pag. 341.* Vult. *d. lib. 1. cap. 10. num. 76. vers. siue autem volente, &c.* Rosenthal *d. c. 9. conclus. 52. num. 2. & seq.*

QVÆSTIO XXXV.

SVMMARIA.

1 *Nunquid res feudalis à vasallo pignori dari possit.*
2 *Omnis alienatio feudi regulariter prohibita.*
3 *Pignoris datio alienatio qualis.*
4 *Emphyteutæ oppignorare licet rem emphyteuticam, & vsufructuario ius suum fructuarium.*
5 *Argumentum ab emphyteuta & vsufructuario ad vasallum quatenus procedat.*
6 *Num vasallo hypothecæ datio sit prohibita.*
7 *Proprie aliud pignus, aliud hypotheca.*
8 *Proprietati verborum in dubio standum.*
9 *Pœnalia & odiosa magis restringi debent interpretatione, quam ampliari.*
10 *Qua feudi alienatione sit vasallo interdictum.*
11 *Hypotheca constituitur nuda conuentione.*
12 *Cessante dispositionis fine, cessat etiam ipsa dispositio.*
13 *Venditio vasallo nequaquam permissa.*
14 *Alienatione prohibita, id etiam prohibitum videtur, ex quo sequi alienatio potest.*
15 *Prohibitio alienationis odiosa, ac proinde restringenda.*
16 *Anne, si feudi dominus in oppignorationem consenserit, & postea, vasallo sine liberis mortuo, feudum ad ipsum dominum redierit, dominus satisfacere creditoribus teneatur.*
17 *Consentiens contractui, super re aliqua inito, censetur renunciare iuri, quod in re ista habuit.*
18 *Semel consentiens, huic consensui iure contrauenire nequit.*
19 *Dominus feudi rata habere tenetur ea, quæ ipsius consensu in feudo gesta siue alienata sunt.*
20 *Oppignoratione ius reale constituitur.*
21 *Pleraque secundum subiectam materiam accipienda.*
22 *An & quatenus omnis conuentio intelligatur, rebus sic stantibus.*
23 *Consideratio cap. 1. §. etsi clientulus. de alienat. feud. titul. 13. lib. 1. F.*
24 *Omnis definitio siue regula periculosa.*
25 *Consensus an & quatenus iuri proprio ipsius consentientis praeiudicare non soleat.*
26 *Natura contractus pignoris quæ.*
27 *Consensus à domino feudi oppignorationi præstitus, etiam ad vsuras extenditur.*
28 *Sententia l. quæro. 54. in princ. ff. locat.*
29 *Instantia diluitur.*
30 *Pignus est contractus bonæ fidei.*

N*Vnquid vasallus possit rem feudalem alteri pignorare.*]
Quod † vasallus feudum suum pignori dare nõ pos- 1
sit, feudorum placitis diserte decisum est *l. 1. circa princ. ibi, vendere vel pignorare. de prohibit. feud. alienat. per Frid. tit. 55. lib. 2. F. c. 1. §. aut si libellario. ibi, pro pignore plus medietate obligauerit. quib. mod. feud. amitt. tit. 5. lib. 1. F. c. vn. §. fin. ibi, nam nec pignus. de inuestitura de re al. fact. tit. 8. lib. 2. F.* Eiusq; ratio non ob-
scura est: quia † omnis alienatio feudi regulariter prohibi- 2
ta censetur. *tit. 52. in princip. vers. per multas enim. & d. tit. 55. in*
princ. vers. habito ergo consilio. lib. 2. F. Atqui † pignoris datio 3
est alienatio. *l. vlt. ibi. vel pignoris nexum. C. de reb. alien. non alienand.* alienatio, inquam, talis, qua possessio ad alium, puta creditorem, transit. *l. si rem alienam. 9. §. proprie. 2. l. cum & fortis. 35. §. 1. & l. debitor. 40. ff. de pignorat. act. l. per seruum. 37. in princ. ff. de acquir. rer. domin. l. 1. §. per seruum. 15. & l. qui pignoris 36. cum l. seq. ff. de acquir. vel amitt. poss.* Licet quoad causam vsucapionis, debitor oppignoratam possidere dicatur. *d. l. 1. §. per seruum. 15. ff. eod. l. seruus nomine. 16. ff. de vsurpat. & vsucap.* D. Bocer *class. 5. disput. 19. th. 65. ad lit. F. edit. 2. & in tract. de iure & commodo seniorum, &c. lib. 2. c. 6. nu. 159.* Nec obstat, quod
† emphyteuta rem emphyteuticam oppignorare possit. *l.* 4
tutor. 16. §. fin. ff. de pignoratit. act. l. lex vectigali. 31. ff. de pignorib. & hypoth. & vsufructuario permittatur vsumfructum pignori dare. *l. si is, qui. 11. §. 2. ff. de pignorib. & hypoth. § minus autem. 1. in fin. Instit. de vsu & habitat. l. 1. versic. sed si vos. C. si pignus pignori datum sit.* Nam † argumentum ab em-
phyteuta & vsufructuario ad vasallum non procedit, 5
quoties aliquid diuersi in vasallo iure feudali expresse statutum

ussitum reperitur, argum. cap. 1. versic. legum autem Romanorum. de feudi cognit. tit. 1. lib. 2. F. Sed & diuersa horum ratio est. Etsi enim fundus emphyteuticus seu fructuarius oppignoretur: nihil tamen fit contra finem emphyteuseos aut vsusfructus. At feudo oppignorato; finis feudi, ad quem constitutum est, domino plane interuertitur: quandoquidem vasallus feudo priuatus, non amplius poterit domino seruitia feudalia, ob quæ feudum constitutum est, præstare; argum. d. tit. 52. versic. per multas. ibi, ac ita omnibus exhaustu. & d. tit. 55. in princip. ibi, vnde debita seruitia amittebant. lib. 2. F. Hunn. in tracta. feud. cap. 8. pag. 349. colum. 1.

6 *Vel hypothecare sine consensu domini.*] Feudum † nec pignori, nec hypothecæ dari posse, præter Clarum nostrum, opinantur Iacob. de Ardizone in summa feud. cap. 116. Martin. Laudens. in capit. 1 §. 1. num. 11. de prohibit. feud. alienat. per Frider. titul. 55. libr. 2. F. Iacob. Petr. de condict. ex mor. pro feud. apert. num 3. Hotomann. consil. 30. volum. 1. Sousbecc. in Commentar. in vsus feud. part. 12. nummer 106. Wesenbec de feud. cap. 11. num. 5. Volteius lib. 1. de feud. cap. 10. num. 43. Hackelman. disput. 12. coronid 1. Matth. Stephan. cent. 3. quæstio. 3. Rittershus. in partit. feud lib. 2. capit. 3. quæst. 4. Hurnius dict. cap. 12. pag. in. 350. & Rudingerus lib. 1. variar. lection. iuris feud. cap. 48. num. 7. & seqq. Verum contrariam sententiam; quod videlicet vasallus impune feudum suum hypothecæ dare possit; veriorem esse, non sine rationibus concludunt Bald. in d. cap. 1. §. 1. num. 1. de prohibit. feud. alienat. per Frid. & ibidem Aluarott. num. 2. Curt. iunior. de feud. part. 4. num. 95. Frider. Schenck in d. cap. 1. § aut si libellario. quib. mod. feud. amitt. Wurmbser. in pract. obseruat. de feud. obseruat. 18. Hartman. Hartmanni de feud. obseru. 20. Zasius in epitom. feud. part. 9. num. 18. Fichard. consil. 5. num. 5. volum. 1. D. Bocer. d. class 5. disput. 19. th. 68. & d. tract. de iur. & commodo sensor. libr. 2. cap. 6. numer. 167. & seqq. Borcholt. in Comment. in consuetud. feud. cap. 8. num. 60. cum seq. Iohan. Niell. in disputat. feud. 6. th. 7. Rosenthal. in synops. feud. capit. 9. conclus. 15. & in tractat. feud. cap. 9. conclus. 14. num. 1. & seq. aliique ab eo laudati. Primo enim nusquam hypotheca feudi; sed semper nominatim & in spetie pignus prohibetur. d. titul.
7 55. in princip. libr. 2 F. & similib. Quare † cum proprie aliud sit pignus, aliud hypotheca. l. si rem alienam. 9. §. proprie. 2. ff. de pignorat. act. l. plebs. 238. §. pignus. ff. de verb. signif. §.
8 item Seruiane. 7. Instit. de actionib. proprietati † verborum in dubio standum & adhærendum erit. l. non aliter. 69 in princip. ff. de legat. 3. Idque maxime hoc casu fieri debet; vbi in materia odiosa versamur: si quidem propter oppignorationem, inscio domino factam, vasallus feudo
9 suo priuatur. Pœnalia † autem & odiosa interpretatione magis restringi, quam ampliari debere, exploratum est. l. cum quidam 19. ff. de liber. & posthum. heredib. instit. l. si fuerit. 10. in fin. ff. de reb. dub. l. si præses. 32. in fin. & l. interpretatione. 42. ff. de pœn. l. semper in dubiis. 56. l. factum. 155. §. vltim. l. rapienda. 168. & l. ea, quæ. 192. §. 1. ff. de regul. iur. cap. odia. 15. de
10 reg. iur. in 6. Deinde † illa duntaxat feudi alienatione interdictum est vasallo, qua possessio prædii feudalis transfertur. d. c. 1 §. callidis insuper. ibi, feudum vendunt, & in alios transferunt. de prohib. feud. al. per Frid. tit. 55. lib. 2. F. At
11 † per hypothecam non transfertur possessio: cum nuda conuentione constituatur. d. l. si rem alienam 9. § 2. ff. de pignorat. act. l. contrahitur. 4. ff. de pignor. & hypoth. d. §. item Seruiana. 7. vers. nam pignoris. Instit. de actionib. Præterea vasallo interdictum est illa feudi alienatione, per quam ipse feudi reditus amittit: vnde amplius domino debita seruitia; vtpote iam alimentis destitutus, præstare commode non possit. c. 1. de prohib. feud. alienat. per Lothar. circa princ. ibi, ac ita omnibus exhaustu, &c. d. tit. 52. lib. 2. F. & d. tit. 55. in princ. ibi, vnde debita seruitia amittebant. lib. 2. F. Sed per hypothecæ constitutionem vasallus non amittit feudi reditus: cum possessionem feudi, adeoque huius possessionis commodum, quod est fructuum perceptio retineat. l. Fulcinius. 7. §. vlt. ff. quib. ex caus. in possess. eat. Igitur † cessante dispositio- 12
nis fine in hypotheca, cessabit etiam ipsa dispositio, arg. l. in omni. 13. ff. de adoptionib. l. ex facto. 43. in princ. ff. de vulg. & pupill. substit. l. adigere. 6. § quamuis. ff. de iur. patronat. c. cum cessante. 60. ext. de appellationib.

Nihil refragatur huic sententiæ, quod † per hypothe- 13
cæ dationem peruenitur ad rei venditionem. l. 2. 3. & 4. C. de distract. pignor. tot. tit. ff. de distract. pign. & hypoth. quæ vasallo nequaquam permissa est. d. tit. 55. in princ. vers. habito. ergo. lib. 2. F. & † prohibita alienatione, id etiam prohibitum 14
intelligitur, ex quo sequi alienatio potest, arg. l. oratio. 16. ff. de sponsalib. l. ad rem mobilem. 56. & l. ad legatum. 62. ff. de procuratorib. Menoch. cons. 136. num. 15. & seq. Nihil, inquam, illud refragatur. Quoniam procedit in alienatione simpliciter prohibita, non itidem in ea prohibita alienatione, qua ipsa rei possessio in alium transfertur; qualis est prohibita feudi alienatio, vt qua vasallus commodo fructive feudi priuatur. De qua feudi alienatione cum feudorum placita tantum loquantur: de alia quauis alienatione minime sunt accipienda: præsertim, cum † prohibitio 15
alienationis sit odiosa: proindeque, in quantum fieri potest, restringenda, arg. Nouell. 108. in præfat. § nos igitur. 2. vers. inouimus igitur, &c. Tiber. Decian. respons. 78. num. 7. vol. 3. D. Bocerus d. tract. de iure & commodo sensor lib. 2. c. 6. num. 182. & seq. vbi & aliis obiectionibus occurrit. Videri quoque poterunt, quæ annotauimus in §. creditor. 4. Instit. quib. mod. re contrahit. obligat. num. 177. & seq.

Addenda hoc loco illa controuersa quæstio est: numquid, † si feudi dominus in oppignorationem consense- 16
rit, & postea, vasallo sine liberis mortuo, feudum ad ipsum dominum deuolutum fuerit, illa firma maneat, sicque dominus satisfacere creditoribus teneatur? Et satisfacere teneri (vtut reclamerit Matthæus de Afflict. in cap. 1. qui successores teneantur in vsib. feudor. Cacheran. decis. Pedemont. 156. num. 6. & 14. Zasius in Epit. feud. part. 6. num. 27. & part. 9. num. 8. & 39. Bursatus consil. 80. num. 26. & cons. 171. & alij ab eo citati.) plures rationes euincunt. Tum † quia claris- 17
simi iuris est: quod is, qui consensit contractui, super re aliqua initio, hoc ipso censeatur renunciare iuri, quod in re ista habuit. l. seruus communis. 38. §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. apud Celsum 4. §. quæsitum. 12 ff. de dol. mal. & met. except. l. 2. Cod. de remiss. pignor. Tum † quia exploratum & 18
hoc est: eum, qui semel consensit, huic consensui iure contrauenire non posse, sed eo nomine perpetuo deuinctum esse, arg. l. per fundum. 11. ff. de seruitut. rustic. prædior. l. in diem. 8. ff. de aqua. & aq. pluv. arcend. l. de accessionibus. 14. §. fin. ff. de diuers. & temporal. præscript. l. 1. § prodest. 14. versicul. vnde si quis. ff. quod legator. cap. quod semel. 21. de regul. iur. in 6. Tum
† etiam quia magis in specie de domino feudi traditum 19
est: quod ea, quæ ipsius consensu in feudo gesta siue alienata sunt, rata habere teneatur, non solum tum, quando feudum adhuc à vasallo possidetur, sed vel maxime etiam, quando vasallo defuncto, feudum sibi apertum fuerit. c. 1. §. etsi clientulus versic. si vero. de alienat. feud. lib. 1. tit. 13. feudor. Et licet feudum per oppignorationem non plane alienetur, sicuti per venditionem: tamen eadem ratio in oppignoratione, quæ in venditione, imo maior esse videtur. Nam si alienatio stabilis ac firma permanet in præiudicium domini consentientis: multo magis firma debet manere oppignoratio, q̃ minus præiudicii domino adfert. Tum † postremo quia idem suadet ipsa natura negocii. 20
Siquidem oppignoratione constituitur ius reale, quod enim re ipsa transit, ad quemcunque ea peruenerit. l. si fundus. 16 §. in vindicatione ff. de pignorat. & hypoth. Dominus itaque cōsentiendo oppignorationi, videtur se ad naturam illius

rei conformare, & tale ius in feudo constituere voluisse,
quod feudum semper comitetur, tametsi istud ad ipsum
21 dominum reuersum fuerit. Sicut † enim pleraque alia,
ita etiam consensus domini secundum subiectam mate-
riam, & naturam actus siue contractus, super quo adhi-
betur, id est, pignoris, adeoque secundum dispositionem
iuris est accipiendus, *argu. l. insulam. 6. ff. de praescript. verb. l. si
stipulatus. 4. in princ. vers. verum si emptor. ff. de vsur. l. damni. 43.
in princ. vers. & quod in stipulatione. ff. de dam. infect. l. si cui. 9. ff.
de seruitutib. & l. quanquam. 62. ff. de rit. nupt.* ita nimirum,
vt maneat pignus, donec debita pecunia creditoribus of-
feratur, soluaturque iis modis, quibus iure constitutum
est. *tot. tit. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluit.* Atque ita, *post
Andream de Isern. a se laudatum*, sentiunt & docent Marinus
Freccia *lib. 2. de autorit. & potest. regu erga subfeudatarium au-
ctorit. 29 num. 8. vers. fallit etiam haec regula, &c.* Hartmann.
Pistoris *lib. 2 part. poster. quaest. 48. nu. 14. cum seqq.* Fachineus
lib. 7 controuers. iur. cap 56. Vult. *lib. 1. de feud. cap. 10. num. 70.*
Rudinger. *lib. 1. var lection. iur feud. c. 69. num. 2. cum seqq. &*
Hackelman. *disp. illustr. quaest. 12. coronid. 2.*

22 Non obstat huic conclusioni, quod † regulariter o-
mnis promissio & conuentio intelligitur, rebus sic stan-
tibus, siue in eodem statu permanentibus. *l. quaero. 54. §.
inter locatorem ff. locati. l. quod Seruius. 8 ibique gloss. super verb.
potest. ff. de condict. caus. dat. caus. non secut. l. continuus. 137. §. cum
quis. 6. ff. de verb. obligat. l. ex facto. 43. in princ. ff de vulg. & pupill.
substit. l. cum quis. 38. in princ. ff. de solutionib. late* Tiraquell. *ad l.
vnquam. 8, C. de reuocand. donat. in praefatione num. 167.* Ideo-
que consensus domini, super oppignoratione interposi-
tus, locum habere & praeiudicare domino creditur, *rebus
sic stantibus*, id est, donec vasallus, qui oppignorauit feu-
dum, vixerit, siue successores eius feudum obtinuerint;
non autem, si feudum ad ipsum dominum reuertatur.
Hoc, *inquam*, non obstat. Quamuis enim praedictis in
legibus promissio facta, propter certas quasdam & iustas
causas intelligatur, rebus sic stantibus: non tamen inde
sumi potest generale quoddam, ac veluti absolutum axio-
ma: quamlibet conuentionem & dispositionem accipi-
endam fore, rebus sic stantibus; ita vt quaelibet varietas
& mutatio postea contingens ius, immutet, ipsamque
23 promissionem ac conuentionem infringat. Idque † satis
relucet *ex d. c. 1. § etsi clientulus de alienat. feud. lib. 2. tit. 13. F.* vbi
habetur casus alienationis feudi, cum voluntate siue con-
sensu domini à vasallo factae. Vasallus moritur sine de-
scendentibus masculis, & quaeritur: nunquid facta alie-
natio reuocetur, an vero subsistat? Si spectetur illud ge-
nerale pronunciatum: *qualibet promissio & obligatio intelli-
gitur, rebus sic stantibus*: dicendum erit, feudum ad domi-
num reuerti, alienationem rescindi, consensumque non
obstare: siquidem res non amplius sit in eodem statu.
At contrarium deciditur *in d. §. etsi clientulus.* nimirum sta-
bilem permanere alienationem. Huiusque ratio est: quia
24 † secundum ipsam naturam actus, & intentionem con-
trahentium, & rei aequitatem iudicandum est, non secun-
dum generales quasdam regulas. Omnis quippe definitio
siue regula periculosa est. *l. omnis definitio. 202. ibiq.* Accurs.
& Philipp. Matthaeus *nu. 2. & seq. ff. de reg. iur.*

25 Similiter non obstat, quod † consensus praeiudicare
iuri proprio ipsius consentientis non soleat, quoties in-
terponitur & adhibetur pro auctoritate rei gestae, vt va-
leat. *l. Caius. 14. vbi* Paul. de Castro. *ff. de pignorat. act. l. cum
quidam. 26. C. de administrat. tut vel curat.* ac propterea nec in
praesenti themate consensus domini obstitaut praeiudicet
ipsi in iure proprio; atque adeo non impediat, quo minus
vasallo, sine masculis defuncto, feudum libere ad illum
reuertatur. *Nam respondetur*: consensum non obesse aut
praeiudicare domino circa ius directi dominii, quod ha-
bet, & habuit tempore alienationis feudi, neque circa
consolidationem vtilis dominii cum directo, modo pi-
gnus firmum maneat. Etenim si firma non consisteret
feudi obligatio à vasallo facta, domino consentiente: id
creditori praeiudicium adferret, & naturae rei gestae re-
pugnaret. Ea † siquidem natura contractus pignoris est, 26
vt maneat ius firmum creditoris, donec pecunia ei perso-
luta fuerit. Plura argumenta, quae nostrae opponi solent
sententiae, sufficienter refutant Fachineus *d. lib. 7. contro-
uersiar. iur. cap. 56.* & Hartman. Pistoris *d. quaestio. 48. num.
25. & multis seqq.* Pleraque etiam diluimus *ad dict. § cre-
ditor. 4. Institut. quib. mod. re contrahit. obligat. num. 191. &
subseqq.*

Addendum porro & illud est hoc loco: quod † consen- 27
sus à domino feudi oppignorationi, à vasallo factae, prae-
stitus ad vsuras quoque, siue ad id, quod interest, merito
extendatur, *arg. l. quaero. 54. in princ. ff. locat.* vbi † fideiussor, 28
cuius obligatio stricte accipienda est, in omnem causam
conductionis obligatus, tardius illatarum per moram co-
loni pensionum vsuras praestare cogitur. Sicut igitur ob-
ligatio fideiussoris ad vsuras extenditur: ita & consensus
domini: quoniam dum dominus in oppignorationem
feudi consentit: in omnem causam consentire dicitur.
Nec resistit quicquam, quod ab aduersariis (*nempe* Matthaeo
de Afflict. *in c. imperialem. in 12. notab. quaest. 8. num. 23. de pro-
hib. feud. alienat. per Frider.* & Marino Freccia *lib. 2. de auctor.
& potest.* Baronis *erga subfeudatarium. quaest. 20. horumque af-
seclis*) negatur: dominum consentire in omnem causam,
dum consentit oppignorationi feudi. *Id enim* concedi
poterit, si adiecta certae quantitatis taxatione consentiat;
puta consentio, vt feudum oppignoretur à vasallo pro
quantitate centum duntaxat aureorum. Caeterum si con-
sentiat simpliciter, nec ad certam pecuniae summam con-
sensus restringatur: aliter erit respondendum, & dicen-
dum: quod hoc casu consensus non ad sortem tantum
pecuniae debitae, sed & ad vsuras pertineat. *d. l. quaero. 54. in
princ. ff. locat.* Neque recte replicatur, non † porrigi con- 29
sensum ad vsuras, quae ex mora debitoris vasalli veniunt:
cum huius culpa domino nocere non debeat. Mora
namq; debitoris vasalli non nocet domino per se & prin-
cipaliter, sed in consequentiam contractus pignoris, cui
dominus ipse consensit. Vsurae siquidem veniunt tacite,
& in consequentiam contractus bonae fidei post moram,
ex officio iudicis. *l. Lucius Titius. 24. ff. deposit. d. l. quaero. 54. in
princ. ff. locati.* Quare dominus † consentiens pignori, qui 30
contractus bonae fidei est. *§. actionum autem. 28. Instit. de a-
ctionib.* videtur consentire in omnem causam, quae ex eo
contractu nasci potuit, *arg. l. si quis pro eo. 56. § si nummos. ff.
de fideiussorib.* Atque ita hanc sententiam, post Ioachimum
Camerarium *in d. capit. Imperialem. de prohib. feud. alienat. per
Frideric.* & Hartmannum Pistoris *libr. 2. part. poster. quae-
stio. 49.* defendit Fachineus *dict. libr. 7. controuersiar. iur.
capit. 57.*

QVAESTIO XXXVI.

SVMMARIA.

1 *An vasallus feudum suum in dotem dare filiae possit.*
2 *In dotem datio quaedam alienatio censetur.*
3 *Feudum nullo pacto alienari potest.*
4 *An & quatenus mulier feudum viro suo in dotem dare queat, vel remissiue.*
5 *De fructibus feudi pater filiae suae dotem constituere potest.*
6 *Nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habet.*

Q*Vod non potest illud dare in dotem.*] Vasallum † feudum 1
suum filiae in dotem dare non posse, aperte recteque
docilium

2 decisum extat *tit.4.§.donare,lib.2.F.* Siquidem † in dotem
datio quædam venditio siue alienatio censetur. *l.ficus.8.§.
sed si perm:ferit.13.vers.quod si in dotem dederit.ff.quib. mod.pign.
vel hypoth.soluit. l.lege Favia.4.ff.de leg. Fab.de plagiar. l.non so-
lum.22.§.si eum.ff.de liberal. cauf.* & quidem eiusmodi alie-
natio; qua rei possessio & dominium ad alium, puta ma-
ritum transfertur, *initio titul. Instit.quib.alien.licet, vel non l.
quamuis 75.in princ.ff. de iure dot.l.prædium.23.C.eod.l. doce an-
3 cillam.9.C.de rei vindicat.* Iam † vero constat, feudum nul-
lo pacto per vasallos alienari posse, nec in totum, nec in
partes, quocunque titulo: & eos, qui contra faciunt, feu-
da amittere. *cap.1.de prohibit.feud.alienat. per Lothar. & per
Frideric* Iacobin. de S.Georg. *in sua inuestit. verb. ita etiam
quod ipsi vasalli num.*17. Ioan.Blanc *in Epit.iur.feud.lib. 2.cap.
1.num.*95. Sonsbecc. *in Commentar.in vsus feud.part.12.num.*
79. Fachin. *lib.7.controuers.iur.cap.*77. D.Bocer. *in tract. de
iure & commodo senior.lib.2.cap.6.num.*190.*& seq.* Rudinger.
lib.1.variar.lect.iur. feud. cap.60. num.4. & seq. Rosenthal.
in tract.feud.cap.9.membr.1.conclus.8. Mynsinger. *cent. 4.ob-
ser.86. vbi hanc sententiam, tanquam veriorem, in Camera obti-
nuisse, attestatur.*

*Si ipsamet mulier, quæ est vtilis domina feudi, velit se ipsam de
4 feudo dotare.*] An † & quatenus mulier, nouum vel pater-
num feudum habens, illud viro suo in dotem dare possit,
post Clarum hic nostrum, abunde explicant Mynsinger.
d.obs.86.num.4. Obrecht. *de feud.cap.3.num.*134. Rudinger.
d.lib.1.c.60.num.9.& seq. Rosenthal. *d. cap.9. conclus.9 num.
6.& seqq.* D.Bocer. *d.lib.2.cap.6.num.192.& aliquot seqq. vbi
rationem diuersitatis, cur fœmina dare feudum in dotem possit,
5 pater vero pro filia non possit, multiplicem tradit.* Sane † de fru-
ctibus feudi nihil prohibet patrem filiæ dotem constitu-
ere: sicque pro sua persona sese ad huiusmodi fructus
præstandos obligare. Neque enim hæc est alienatio feu-
di: quoniam nullum ius reale in generum transfertur,
sed personale ius, quod socer habet, fructus percipiendi
ex feudo, donec vixerit: cuius morte ius percipiendi fru-
6 ctus expirat: cum † nemo plus iuris in alium transferre
possit, quam ipse habet. *l.nemo plus iuris.54.ff.de reg.iur.cap.
nemo potest.79.de reg.iur.in 6.l.si Vsusfructus. 66.in fin.ff.de iur.
dot.* Duaren. *de feud.c 12 num.9.* Zas. *in Epitom. feud. part.9.
num.8.* Schrader. *in tractat. feud.part 8.c.1. num 38.* Mozz
*in tit.ex quib.caus.feud.amitt.num.*133. Vult. *lib.1.de feud. capit
10.num.57.* Mynsinger. *d.cent.4.obseru 86. num 5.* Gail. *lib
1.obseru.117.& lib.2.de pac.publ.cap.17.num.18.* Rosenth. *d.c.9.
concl.9.nu.1.vbi hanc in sententiam plures citat.*

QVÆSTIO XXXVII.

S V M M A R I A.

1 *An & quatenus vasallus prædio feudali seruitutem realem im-
ponere possit.*

2 *Et an valeat alteri concedere vsumfructum.*

N*Vmquid possit vasallus sine consensu domini constituere in re
1 feudali seruitutem.*] Vasallum † prædio feudali serui-
tutem realem, in sui præiudicium, non item domini aut
agnatorum, imponere posse; & extincto feudo, hanc
quoque seruitutem concidere, clare dispositum est *in tit.
8 §.res autem. vers.quid ergo. lib.2.F.* Idque, vltra Clarum
nostrum, latius declarant Andreas de Isern. Beluis. Bald.
Aluarott. Petr.Rau. Præposit. Afflict. *& cæteri. in d vers.quid
ergo, &c.* Ferrariens. *in form libelli, de feudi reuocat. verb. nec su-
perstitibus. num.17.* Wesenbec. *de feud.cap.11.num.7.* Hart-
man.Hartm. *de feud.obser.29.* Petrus Duen. *in reg.iur.40.li-
mitat 10.* Borcholt. *in Commentar. in consuetud.feud. cap.8.
num 59.& 61.* Rittershus. *lib.2.partit.feudal.c.2.quæst.9.* Bo-
cer. *in tractat.de iure & commodo senioris, &c.lib.2.cap.6.num.
107.cum seq.* Vult. *lib.1. de feud.cap.10. num.40.* Schrader. *in
tract.feud. part.8.c.2.num.49. & seq.* Rudinger. *libr.1.var.le-
ction.iur.feud. cap.21.* Hunn. *in tract.feud.cap.12.pag.335. aliique
plures, quos refert & sequitur* Henricus à Rosenthal. *in tract.
feudal.cap.9.membr.1.conclus.11.num.1.& seq.* Et de eo non-
nihil etiam annotauimus *ad §.ideo 3.Inst. de seruitut.prædior.
num.27.& 28.*

*Sed numquid poterit vasallus sine domini consensu constituere
alteri vsumfructum.*] Quod † vasallus inscio & non con- 2
sentiente domino, citra periculum amissionis feudi, v-
sumfructum alteri in re feudali concedere nequeat, præ-
ter Clarum nostrum, tenent, probantque Iacobin. de S.
Georg. *in sua inuestit. verb. ita etiam quod ipsi vasalli. numer.13.*
Isern. Aluarott. Camerar. Balzeran. *& alii in c.Imperialem.
de prohib.feud.alienat.per Frider.* Wesenbec. *de feud.d.c.11.nu.
5.* Bocer. *d.lib.2.c.6.num.109. cum seqq.* Mozz. *de amiss. feud.
num.132.* Vult. *d.lib.1.de feud.c.10.num.41.* Sonsbecc. *in Com-
ment.in vsus feud. part.12.num.103.* Schneidevvin *in Epitom.
feud.part.7.num.11.* Hunn. *d.cap.12.pag.337.* Rudinger. *d.libr.
1.cap.46.num.5.cum seqq.* Rosenthal. *d.c.9.membr.1. conclus.
10.num.1.vbi plures citat.* Tametsi alii non improbabiliter
contrarium tueri conentur, Roland. à Valle *consil. 59. vo-
lum.2.* Pinel. *ad l.1. part.3. num.71. Cod.de bon. matern.* Bor-
cholt. *prædicto cap.8. num. 64. & seq.* Eadem de re viden-
tur, quæ docuimus *ad §.1.Instit.de vsufructu.num.8. cum
seq.* & quæ tradidit Andreas Fachineus *libr.7. controuers.
iur.cap.79.*

QVÆSTIO XXXVIII.

S V M M A R I V M.

1 *An & quatenus vasallus super feudo transigere queat re-
missiue.*

A*N vasallus possit sine domini consensu de feudo transigere.*]
An † & quatenus vasallus super feudo transigere 1
possit sine licentia domini, præter Clarum nostrum, *&
alios.* accurate explicant Zasius *in Epitom. feud. part.10.num.
1.* Borcholt. *in Commentar.in consuetud.feud. capit.8. num.44.*
Dn. Collega Bocer. *in tract. de iure & commodo seniorum siue
domini, itemque vasalli, &c.lib.2.cap.6.nu.219 cum multis seqq.*
Rudinger. *libr.1.variar.lection.iur.feudal.cap* 8. Schrader. *in
tractat.feud.part.8.cap.1.num.43.& seq.* Rosenthal. *in tractat.
feud.cap.9.membr.1. conclus. 21.aliique non pauci, per eum al-
legati.*

QVÆSTIO XXXIX.

S V M M A R I V M.

1 *An & quatenus vasallus in arbitrum vel arbitratorem com-
promittere possit, remissiue.*

N*Vmquid possit vasallus de re feudali facere compromissum.*]
An † & quatenus vasallus sine consensu domini in 1
arbitrum vel arbitratorem compromittere possit, præter
Clarum nostrum, exponunt sufficienter Andr. de Isern.
Aluarott. Præposit. Afflict. Rauennas, Frider. Schenck, &
Balzaran. *in c.1.in princ. vers si autem inter pares. de lege Corra-
di.tit.34.lib.2.F.* Anton Capyc. *in inuestitur feudal.c feudorum
compromissa.col.2.§ sin autem in arbitratorem, &c.* Zasius *in
epit.feud.part.9 num.20.* Borcholt. *in Commentar. in consue-
tud.feud.c.8.num.45.* Petrus Duennas *in reg.iur.36. limitat.4.*
Hanneton. *de feud.lib.3.c.6.* Mozz. *in tit.ex quib.caus. feud.a-
mitt.num.140,* Thomas Marinus *tit. 2. de feudo ex pacto &*

N 4 *prouid.*

rei conformare, & tale ius in feudo constituere voluisse,
quod feudum semper comitetur, tametsi istud ad ipsum
21 dominum reuersum fuerit. Sicut † enim pleraque alia,
ita etiam consensus domini secundum subiectam mate-
riam, & naturam actus siue contractus, super quo adhi-
betur, id est, pignoris, adeoque secundum dispositionem
iuris est accipiendus, *argu. l. insulam. 6. ff. de praescript. verb. l. si
stipulatus. 4. in princ. vers. verum si emptor. ff. de vsur. l. damni. 43.
in princ. vers. & quod in stipulatione ff. de dam. infect. l. si cui. 9. ff.
de seruitutib. & l. quanquam. 62. ff. de rit. nupt.* ita nimirum,
vt maneat pignus, donec debita pecunia creditoribus of-
feratur, soluaturque iis modis, quibus iure constitutum
est. *tot. tit. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluit.* Atque ita, *post
Andream de Isern. a se laudatum*, sentiunt & docent Marinus
Freccia *lib. 2. de auctorit. & potest. regis erga subfeudatarium au-
ctorit. 29. num. 8. vers. fallit etiam haec regula, &c.* Hartmann.
Pistoris *lib. 2 part. poster. quaest. 48. nu. 14. cum seqq.* Fachineus
lib. 7 controuers. iur. cap 56. Vult. *lib. 1. de feud. cap. 10. num.* 70.
Rudinger. *lib. 1. var. lection. iur. feud. c. 69. num. 2. cum seqq. &*
Hackelman. *disp. illustr. quaest. 12. coronid. 2.*

22 Non obstat huic conclusioni, quod † regulariter o-
mnis promissio & conuentio intelligitur, rebus sic stan-
tibus, siue in eodem statu permanentibus. *l. quaero. 54. §.
inter locatorem ff. locati. l. quod Seruius. 8 ibique gloss. super verb.
potest. ff. de condict. caus. dat. caus. non secut. l. continuus. 137. §. cum
quis. 6. ff. de verb. obligat. l. ex facto. 43 in princ. ff de vulg. & pupill.
substit. l. cum quis. 38. in princ. ff. de solutionib. late* Tiraquell. *ad l.
vnquam. 8. C. de reuocand. donat. in praefatione num.* 167. Ideo-
que consensus domini, super oppignoratione interposi-
tus, locum habere & praeiudicare domino creditur, *rebus
sic stantibus*, id est, donec vasallus, qui oppignorauit feu-
dum, vixerit, siue successores eius feudum obtinuerint;
non autem, si feudum ad ipsum dominum reuertatur.
Hoc, *inquam*, non obstat. Quamuis enim praedictis in
legibus promissio facta, propter certas quasdam & iustas
causas intelligatur, rebus sic stantibus: non tamen inde
sumi potest generale quoddam, ac veluti absolutum axio-
ma: quamlibet conuentionem & dispositionem accipi-
endam fore, rebus sic stantibus; ita vt quaelibet varietas
& mutatio postea contingens ius, immutet, ipsamque
23 promissionem ac conuentionem infringat. Idque † satis
relucet *ex d. c. 1. § etsi clientulus. de alienat. feud. lib. 2. tit. 13. F.* vbi
habetur casus alienationis feudi, cum voluntate siue con-
sensu domini à vasallo factae. Vasallus moritur sine de-
scendentibus masculis, & quaeritur: nunquid facta alie-
natio reuocetur, an vero subsistat? Si spectetur illud ge-
nerale pronunciatum: *qualibet promissio & obligatio intelli-
gitur, rebus sic stantibus*: dicendum erit, feudum ad domi-
num reuerti, alienationem rescindi, consensumque non
obstare: siquidem res non amplius sit in eodem statu.
At contrarium deciditur *in d. §. etsi clientulus.* nimirum sta-
bilem permanere alienationem. Huiusque ratio est: quia
24 † secundum ipsam naturam actus, & intentionem con-
trahentium, & rei aequitatem iudicandum est, non secun-
dum generales quasdam regulas. Omnis quippe definitio
siue regula periculosa est. *l. omnis definitio 202. ibiq.* Accurs.
& Philipp. Matthaeus *nu. 2. & seq. ff. de reg. iur.*

25. Similiter non obstat, quod † consensus praeiudicare
iuri proprio ipsius consentientis non soleat, quoties in-
terponitur & adhibetur pro auctoritate rei gestae, vt va-
leat. *l. Caius. 14. vbi* Paul. de Castro. *ff. de pignorat. act. l. cum
quidam. 26. C. de administrat. tut. vel curat.* ac propterea nec in
praesenti themate consensus domini obsit aut praeiudicet
ipsi in iure proprio; atque adeo non impediat, quo minus
vasallo, sine masculis defuncto, feudum libere ad illum
reuertatur. *Nam respondetur*: consensum non obesse aut
praeiudicare domino circa ius directi domini, quod ha-
bet, & habuit tempore alienationis feudi, neque circa

consolidationem vtilis domini cum directo, modo pi-
gnus firmum maneat. Etenim si firma non consisteret
feudi obligatio à vasallo facta, domino consentiente: id
creditori praeiudicium adferret, & naturae rei gestae re-
pugnaret. Ea † siquidem natura contractus pignoris est, 26
vt maneat ius firmum creditoris, donec pecunia ei perso-
luta fuerit. Plura argumenta, quae nostrae opponi solent
sententiae, sufficienter refutant Fachineus *d. lib. 7. contro-
uersiar. iur. cap. 56.* & Hartman. Pistoris *d. quaestio 48. num.
25. & multis seqq.* Pleraque etiam diluimus *ad dict. §. cre-
ditor. 4. Institut. quib. mod. re contrahit. obligat. num. 191. &
subseqq.*

Addendum porro & illud est hoc loco: quod † consen- 27
sus à domino feudi oppignorationi, à vasallo factae, prae-
stitus ad vsuras quoque, siue ad id, quod interest, merito
extendatur, *arg. l. quaero. 54. in princ. ff. locat.* vbi † fideiussor, 28
cuius obligatio stricte accipienda est, in omnem causam
conductionis obligatus, tardius illatarum per moram co-
loni pensionum vsuras praestare cogitur. Sicut igitur ob-
ligatio fideiussoris ad vsuras extenditur: ita & consensus
domini: quoniam dum dominus in oppignorationem
feudi consentit: in omnem causam consentire dicitur.
Nec resistit quicquam, quod ab aduersariis (*nempe* Matthaeo
de Afflict. *in c. imperialem. in 12. notab. quaest. 8. num. 23. de pro-
hib. feud. alienat. per Feder.* & Marino Freccia *lib. 2. de auctor.
& potest.* Baronis *erga subfeudatarium. quaest. 20. horumque as-
seclis*) negatur: dominum consentire in omnem causam,
dum consentit oppignorationi feudi. *Id enim* concedi
poterit, si adiecta certae quantitatis taxatione consentiat;
puta consentio, vt feudum oppignoretur à vasallo pro
quantitate centum duntaxat aureorum. Caeterum si con-
sentiat simpliciter, nec ad certam pecuniae summam con-
sensus restringatur: aliter erit respondendum, & dicen-
dum: quod hoc casu consensus non ad sortem tantum
pecuniae debitae, sed & ad vsuras pertineat. *d. l. quaero. 54. in
princ. ff. locat.* Neque recte replicatur, non † porrigi con- 29
sensum ad vsuras, quae ex mora debitoris vasalli veniunt:
cum huius culpa domino nocere non debeat. Mora
namq; debitoris vasalli non nocet domino per se & prin-
cipaliter, sed in consequentiam contractus pignoris, cui
dominus ipse consensit. Vsurae siquidem veniunt tacite,
& in consequentiam contractus bonae fidei post moram,
ex officio iudicis. *l. Lucius Titius. 24. ff. deposit. d. l. quaero. 54. in
princ. ff. locat.* Quare dominus † consentiens pignori, qui 30
contractus bonae fidei est. *§. actionum autem. 28. Instit. de a-
ctionib.* videtur consentire in omnem causam, quae ex eo
contractu nasci potuit, *arg. l. si quis pro eo. 56. §. si nummos. ff.
de fideiussorib.* Atque ita hanc sententiam, post Ioachimum
Camerarium *in d. capit. Imperialem. de prohib. feud. alienat. per*
Frideric. & Hartmannum Pistoris *libr. 2. part. poster. quae-
stio. 49.* defendit Fachineus *dict. libr. 7. controuersiar. iur.
capit. 57.*

QVAESTIO XXXVI.

SVMMARIA.

1 *An vasallus feudum suum in dotem dare filiae possit.*
2 *In dotem datio quaedam alienatio censetur.*
3 *Feudum nullo pacto alienari potest.*
4 *An & quatenus mulier feudum viro suo in dotem dare queat, retinerene.*
5 *De fructibus feudi pater filiae suae dotem constituere potest.*
6 *Nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habet.*

QVod non potest illud dare in dotem.*] Vasallum † feudum 1
suum filiae in dotem dare non posse, aperte recteque

doctum

2 decisum extat tit.4.§.donare.lib.2.F. Siquidem † in dotem datio quædam venditio siue alienatio censetur. *l.sicut.8.§. sed si permiserit.13.vers.quod si in dotem dederit.ff.quib. mod.pign. vel hypoth.solut. l.lege Favia.4.ff.de leg. Fab.de plagiar. l.non so-*
2 *lum.22.§.si eum.ff.de liberal. caus.* & quidem eiusmodi alienatio; qua rei possessio & dominium ad alium, puta maritum. transfertur, *initio titul.Instit.quib.alien.licet, vel non l. quamuis.75.in princ.ff. de iure dot.l.prædium.23.C.eod.l. dote an-*
3 *cillam.9.C.de rei vendicat.* Iam † vero constat, feudum nullo pacto per vasallos alienari posse, nec in totum, nec in partes, quocunque titulo: & eos, qui contra faciunt, feuda amittere. *cap.1.de prohibit.feud.alienat.per Lothar. & per Frideric* Iacobin. de S.Georg *in sua inuestit.verb.ita etiam quod ipsi vasalli num 17.* Ioan. Blanc *in Epit.iur.feud.lib. 2.cap. 1.num.95.* Sonsbecc. *in Commentar.in vsus feud.part.12.num. 79.* Fachin. *lib.7.controuers.iur.cap.77.* D.Bocer. *in tract. de iure & commodo senior.lib.2.cap.6.num.190.& seq.* Rudinger. *lib.1.variar.lect.iur. feud. cap.60. num.4. & seq.* Rosenthal. *in tract.feud.cap.9.membr.1.conclus.8.* Mynsinger. *cent. 4 obser.86. vbi hanc sententiam, tanquam veriorem, in Camera obtinuisse, attestatur.*

Si ipsamet mulier, quæ est vtilis domina feudi, velit se ipsam de
4 *feudo dotare.*] An † & quatenus mulier, nouum vel paternum feudum habens, illud viro suo in dotem dare possit, post Clarum hic nostrum, abunde explicant Mynsinger. *d.obs.86.num.4.* Obrecht. *de feud.cap.3.num.134.* Rudinger. *d.lib.1.c.60.num.9.& seq.* Rosenthal. *d. cap.9. conclus.9.num. 6.& seqq.* D.Bocer. *d.lib.2.cap.6.num.192.& aliquot seqq. vbi rationem diuersitatis, cur fœmina dare feudum in dotem possit,*
5 *pater vero pro filia non possit, multiplicem tradit.* Sane † de fructibus feudi nihil prohibet patrem filiæ dotem construere: sicque pro sua persona sese ad huiusmodi fructus præstandos obligare. Neque enim hæc est alienatio feudi: quoniam nullum ius reale in generum transfertur, sed personale ius, quod socer habet, fructus percipiendi ex feudo, donec vixerit: cuius morte ius percipiendi fru-
6 ctus expirat: cum † nemo plus iuris in alium transferre possit, quam ipse habet. *l.nemo plus iuris.54.ff.de reg.iur.cap. nemo potest.79.de reg.iur.in 6.l.si vsusfructus. 66.in fin.ff.de iur. dot.* Duaren. *de feud.c 12 num.9.* Zal. *in Epitom. feud part.9. num.8.* Schrader. *in tractat. feud.part 8.c.1. num.38.* Mozz *in tit.ex quib.caus.feud.amitt.num.133.* Vult. *lib.1.de feud. capit 10.num.57.* Mynsinger. *d.cent.4.obseru 86. num 5.* Gail. *lib 1.obseru.117.& lib.2.de pac.publ.cap.17.num.18.* Rosenth. *d.c.9. concl.9.nu.1.vbi hanc in sententiam plures citat.*

QVÆSTIO XXXVII.

SVMMARIA.

1 *An & quatenus vasallus prædio feudali seruitutem realem imponere possit.*
2 *Et an valeat alteri concedere vsumfructum.*

N*Vmquid possit vasallus sine consensu domini constituere in re*
1 *feudali seruitutem.*] Vasallum † prædio feudali seruitutem realem, in sui præiudicium, non item domini aut agnatorum, imponere posse; & extincto feudo, hanc quoque seruitutem concidere, clare dispositum est *in tit. 8 §.res autem. vers.quid ergo. lib.2.F.* Idque, vltra Clarum nostrum, latius declarant Andreas de Isern. Beluis. Bald. Aluarott. Petr. Rau. Præposit. Afflict. *& cæteri in d vers.quid ergo, &c.* Ferrariens. *in form.libell.de feudis reuocat.verb.nec superstitibus.num.17.* Wesenbec. *de feud.cap.11.num 7.* Hartman. Hartm. *de feud.obser.29.* Petrus Duen. *in reg.iur.40.limitat.10.* Borcholt. *in Commentar. in consuetud.feud. cap.8. num 59.& 62.* Rittershus. *lib.2.partit.feudal.c.2.quæst.9.* Bocer. *in tractat.de iure & commodo senioris, &c.lib.2.cap.6.num. 107.cum seq.* Vult. *lib.1. de feud.cap.10. num.40.* Schrader. *in tract.feud. part.8.c.2.num.49. & seq.* Rudinger. *libr.1.var.lection.iur.feud. cap.21.* Hunn. *in tract.feud.cap.12.pag.335. aliique plures, quos refert & sequitur* Henricus à Rosenthal. *in tract. feudal.cap.9.membr.1.conclus.11.num.1.& seq.* Et de eo nonnihil etiam annotauimus *ad §.ideo 3.Inst. de seruitut.prædior. num.27.& 28.*

Sed numquid poterit vasallus sine domini consensu constituere alteri vsumfructum.] Quod † vasallus inscio & non consentiente domino, citra periculum amissionis feudi, vsumfructum alteri in re feudali concedere nequeat, præter Clarum nostrum, tenent, probantque Iacobin. de S. Georg. *in sua inuestit.verb.ita etiam quod ipsi vasalli. numer.13.* Isern. Aluarott. Camerat. Balzeran *& alii in c.Imperialem. de prohib.feud.alienat.per Frider.* Wesenbec. *de feud.d.c.11.nu. 5.* Bocer. *d.lib.2.c.6.num.109.cum seqq.* Mozz. *de amiss.feud. num.132.* Vult. *d.lib.1.de feud.c.10.num.41.* Sonsbecc. *in Comment.in vsus feud. part.12.num.103.* Schneidevvin *in Epitom. feud.part.7.num.11.* Hunn. *d.cap.12.pag.337.* Rudinger. *d.libr. 1.cap.46.num.5.cum seqq.* Rosenthal. *d.c.9.membr.1. conclus. 10.num.1.vbi plures citat.* Tametsi alii non improbabiliter contrarium tueri conentur, Roland. à Valle *consil. 59. volum.2.* Pinel. *ad l.1. part.3. num.71.Cod.de bon. matern.* Borcholt. *prædicto cap.8. num. 64. & seq.* Eadem de re videantur, quæ docuimus *ad §.1.Instit.de vsufructu.num.8. cum seq.* & quæ tradidit Andreas Fachineus *libr.7. controuers. iur.cap.79.* 2

QVÆSTIO XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *An & quatenus vasallus super feudo transigere queat remissiue.*

A*N vasallus possit sine domini consensu de feudo transigere.*] An † & quatenus vasallus super feudo transigere possit sine licentia domini, præter Clarum nostrum, *& alios*, accurate explicant Zasius *in Epitom. feud. part.10.num. 1.* Borcholt. *in Commentar.in consuetud.feud. capit.8. num.44.* Dn. Collega Bocer. *in tract. de iure & commodo senioris siue domini, itemque vasalli, &c.lib.2.cap.6.nu.219 cum multis seqq.* Rudinger. *libr.1.variar.lection.iur.feudal.cap 8.* Schrader. *in tractat.feud.part.8.cap.1.num.43 & seq.* Rosenthal. *in tractat. feud.cap.9. membr.1. conclus. 21. aliique non pauci, per eum allegati.* 1

QVÆSTIO XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *An & quatenus vasallus in arbitrum vel arbitratorem compromittere possit, remissiue.*

N*Vmquid possit vasallus de re feudali facere compromissum.*] An † & quatenus vasallus sine consensu domini in arbitrum vel arbitratorem compromittere possit, præter Clarum nostrum, exponunt sufficienter Andr. de Isern. Aluarott. Præposit. Afflict. Rauennas, Frider. Schenck, & Balzaran. *in c.1.in princ.vers.si autem inter pares. de lege Corradi.tit.34.lib.2.F.* Anton Capyc. *in inuestitur feudal.c.feudorum compromissa.col.2.§ an autem in arbitratorem, &c.* Zasius *in epit feud.part.9 num.20.* Borcholt. *in Commentar. in consuetud.feud.c.8.num.45.* Petrus Duennas *in reg.iur.36. limitat.4.* Hanneton. *de feud.lib.3.c.6.* Mozz. *in tit.ex quib.caus. feud.amitt.num.140.* Thomas Marinus *tit. 2. de feudo ex pacto & prouid,* 1

N 4

pronid.antiq.num.26. Rittershus. in partit.feud.lib.2. c.2.q.19. Rosenthal. in tracta. feud.c.9.membr.1.conclus.22.& nouissime Hunnius in tract.feud.c.12.pag.343.

QVÆSTIO XL.

SVMMARIA.

1 *Regulariter vasallus de feudo testari nequit.*
2 *Quibus casibus vasallo de feudo testari liceat.*
3 *Feudum mere hereditarium vt res allodialis seu hereditaria habetur.*
4 *Vbi alienatio permissa est, ibi & heredis institutio permissa censetur.*
5 *Legati feudi æstimatio non debetur.*
6 *Huius pronunciati ratio.*
7 *Quod ipso iure nullum est, nullum potest producere effectum.*

N*Vnquid possit vasallus in suo testamento de feudo disponere.*]
1 Etsi † regulariter vasallus de feudo in testamento
disponere non potest; adeo, vt nec pro anima quidem a-
liquid ei relinquere liceat. *per textus hic & infra numer. 4. à
Claro nostro adductos:* excipiuntur tamen nonnulli casus,
2 in † quibus vasallo testari de feudo permittitur. Primus
est, si feudum mere & absolute sit hereditarium. *cap.vn.de
3 feud.non habente propr.feud.nat. tit.48.lib.2.F.* Feudum † si-
quidem mere hereditarium iure hereditario æstimatur,
& vt res allodialis seu hereditaria habetur, *per notata Clari
nostri hic num.2.* Hartmanni Pistor. *libr.2. quæstio.1. num.61.*
Gaillii *lib.2.obser.154.num.13.* Rudingeri *lib.1.var.lection.iur.
feud. cap.30. num. 8.* Henrici à Rosenthal. *in tract.feud. cap.
2.conclus.35. & cap.7.conclus.6. &* D.Collegæ Boceri *class.5.
disput.18.th.34.lit.D.edit.2.& in tract.de iure succedendi in feud.
c.8.q.3. & cap. 4.q.1.in fine.* Secundus casus est, si vasallo,
& quibus ille dederit, feudum concedatur. *d.tit.48.lib.2.
4 Feud.& tit.26.§.feudum ea lege lib.2.F.* Vbi † enim alienatio
permissa est, ibi & heredis institutio permissa censetur. *l.
si quis.8.§.certum.2.& §.vlt. C.de secund. nupt.* Iacobin.de S.
Georg. *in verb.& quibuscunque.num.3. & in verb.in feudum.
num.13.* Roland. à Valle *cons.3.num.11. volu.1.cons.71.num.6.
cons.79.num.30.vol.2.cons.16.volum.3.cons.34.num.84.& con-
sil.84.num.19.vol.4.* D. Obrecht.*de feud. cap.3.num.105.*Bor-
cholt. *in Commentar.in consuetud.feud.cap.7 part.1.num.6.&
cap.8.num.76.* Tertius casus est, si domini & agnatorum
proximorum consensu testamentum fiat, *arg.tit.39.lib.2.
F.item argu.l.si debitor.4 §.1.ff.quibus mod. pig. vel hypoth.soluit.
& l.cum quidam.26.C de administrat.tutor. vel curat.* Schrad.
*in tractat.feud. part.7.c.2.num.15.& seqq. vbi plures limitatio-
nes videre licet.*

An legato feudo, debeatur saltem æstimatio.] Communis†
5 opinio est, *teste hic Claro nostro:* vasallum de feudo testari
aut legare adeo non posse, vt ne quidem relicti feudi æsti-
matio debeatur. *c.1.in princ.de success.feud. tit.8.lib.1.c.1. §.do-
nare qualiter olim poterat feud.alien.tit.9.lib.2.F. ibique* Bald.
Aluarott.& Præpositus. item Bartolus, Aretinus *& cæteri
in l.cum seruus.39. (alias l.apud Iulianum.) §. fin.ff.de legat.1.*Fe-
lin. *in c.quæ in Ecclesiarum.7.de constitution* Iacobin. de S Ge-
org.*in verb.& cum pacto, quod cuius ipso feudo.num. 6.*Paris.*con-
sil.7.num.14.lib.1.*Wesenbec. Vulteius, Heigius & Forster.
in §.non solum.4.Instit.de legat. Roland. à Valle *cons.41. num.
31.& cons.71.num.11 & cons.79.num.6.& 7.volum.2.*Francis.
Curt. iun. *in tract.feud.part.4. num 126.* Borcholt. *in d.com-
mentar.in consuet.feud.cap.8.num.43* Nicol. Euerhard. *in To-
pic.legal.loc.à feudo ad emphyteusin.num.16* Gail.*lib.2.obser.154.
num.14.*Fachin. *lib.5.controuersiar.iur.c.57.* Bronchorst.*cent.
2.ἐναντιοφανῶν. assert.41.edit.1.& cent. 1.miscellan. iur contro-
uers.assert.97.*D.Bocer. *d.tract.de iure succedendi in feud.cap.1.
quæst.8.* Rudinger.*d.lib.1.var.lect.iur.feud. cap.31.* Arumæus
disput.feud.6.th.3. Schrader. *d.tract.feud. part.7.cap.2. num.9.*
Hœnonius *in quæstionib.illustr.disput.10.thes.24.*Rosenthall
*d.tract.feud. cap.7.conclus.2.num.10 aliique ab eo commemora-
ti.* Ratio huius opinionis euidens est: Tum † quia cum 6
legatum vel promissio alicuius rei ipso iure est nulla; sic-
ut ipsa res non debetur; ita nec eius æstimatio, *arg d.l.cum
seruus.39.§.vlt.ff.de legat.1.& l.multum interest.34.ibique* Do-
nell.*ff. de verbor. obligat.* Tum † quia id, quod ipso iure 7
nullum siue inutile est, nullum effectum producere po-
test: sed perinde habetur, ac si nunquam datum aut pro-
missum fuisset, *arg.d.§.non solum.4.ibi, si talis res sit, cuius com-
mercium non est, nec æstimatio eius debetur. Instit.de legat.& l.non
dubium.5.C.de legib.* Quæ huic sententiæ aduersari viden-
tur, abunde refutauit D.Bocer. *d.cap.1.quæstio.8.* Et ea-
dem nos quoque diluimus *ad d.§.non solum.4.Instit.de le-
gat.num.33.& seq.*

QVÆSTIO XLI.

SVMMARIVM.

1 *An & quatenus vasallus possit cum consensu domini alienare feudum in præiudicium agnatorum.*

A*N possit vasallus cum consensu domini feudum alienare in
præiudicium agnatorum.*] Vt † feudum efficaciter & 1
irreuocabiliter alienari possit: non domini solum, sed &
agnatorum feudi successorum consensus necessario exi-
gitur; si paternum siue antiquum (non item si nouum)
feudum fuerit. *tit.39.in princip. lib.2.F.* Verum ea de re,
post Clarum hic nostrum, *& ab eo allegatos*, explicatius
dissertant Hartmannus Pistoris *lib.2. quæstionum iur. quæst.
4.num.1. item quæst.6. & seqq.* Mynsinger. *cent.4. obseruat.
85.*Borcholt. *in Commentar. in consuetud.feud.capit. 8.num.
145. & seq.* Wesenbec. *in epit.feud.cap.11.num.17.* Tho-
ming.*decis.23.num.3.* Vulteius *lib.1.de feud.cap.10. num.72.*
Rosenthal. *in tract.feud. cap.9.membr.1.conclus.28.& seq.ali-
que ab iis citati.*

QVÆSTIO XLII.

SVMMARIA.

1 *An filii & agnati feudum mere hereditarium alienatum reuocare possint.*
2 *Heres tenetur approbare factum defuncti.*
3 *An & quatenus feudum ex pacto & prouidentia nouum alienatum filii vel agnati repetendi facultatem habeant, remissiue.*
4 *Feudum ex pacto & prouidentia antiquum alienatum agnati reuocare possunt.*
5 *Ecquid vasallus feudum antiquum agnato remotiori alienare queat.*
6 *Quomodo & intra quantum tempus feudi alienati reuocatio fieri debeat, remissiue.*

A*Vt enim loquimur in feudo mere hereditario.*] Indubita-
ta & recepta communi calculo conclusio est: quod
† feudum mere & absolute hereditarium, puta pro se, & 1
suis heredibus quibuscunque concessum, alienatum filii
& agnati reuocare non possunt. Huiusque ratio manife-
sta est: quia hoc feudum absolute & simpliciter heredi-
tarium in omnibus & per omnia rebus allodialibus, &
aliis bonis hereditariis æquiparatur, adeo, vt non solum
ad filios, sed etiam ad penitus extraneos deuoluatur per-
inde vt reliquæ res hereditariæ *velut indicatum supra ad
quæst.*

2 *quæst.40.num.3.* Omnibus † autem notum est, quod nullos heredum contra factum defuncti venire queat, sed eius factum approbare teneatur. *l.ex qua persona.* 149. *ff.de reg.iur.l.cum a matre.*14.*C.de rei vindicat.* Atque ita, post Clarum nostrum, tenent Ludolph Schrader. *in tract.feud.part.*8.*cap.*8.*num.*9.*& seq.* Hartman. Pistor *quæst.feud.*14.*num.*1.*lib.*2.*part.*1. Vult. *lib.*1.*de feud.cap.*11.*num.*85 Pruckman, *consil.*4.*quæst.*1.*num.*24.*vol.*1. Michael Grass. *lib.*1. *recept. sentent.§.hereditas.quæst.*12.*num* 89. Pinel. *ad l.*1.*C.de bon.matern.part.*3.*num.*96 *vers.infertur octauo,&c.* Rosenthal. *in tract. feud.c.*9.*membr.*2.*concl.*72.*nu.*6. Ernest. Cothman. *cons.*2.*num.*176.*& seq.vol.*1. *hosq; omnes referens* Matthias Berlichius *part.*2.*conclusio.practicabil.conclus.*57.*num.*3.*& seq.*

Aut loquimur in feudo simpliciter ex pacto & prouidentia.]
3 Feudum † ex pacto & prouidentia nouum alienatum an & quatenus filii vel agnati repetendi facultatem habeant, latissime explicant, multis adductis vtrinque in partem & rationibus & auctoritatibus, Hartman. Pistoris *quæst.feud.*4.*lib.*2.*part.*1. Andr. Fachineus *lib.*7.*controuers.iur.cap.*8. Vulteius *d.lib.*1.*de feud.cap.*11.*num.*84. Borcholt. *in Commentar.in consuetud.feud.cap.*8 *num.*135.*& seq.* Schrader. *d. tract. feud.part* 8.*c.*6.*num.*15. *cum seqq. & c.*7. *num.*31. *cum seq. & c.*8.*num.*2.*& seqq.* Pruckman. *d.cons.*4.*q.*1.*num.* 6.*vol.*1 Matth. Coler. *cons.*20.*num.*55.*& seq.volu.*1. Modest. Pistor. *cons.*30. *quæst.*1.*num.*87.*& seq.vol.*2. Ioan. Koppen *decis.*54.*num.*39 *& seqq.* Rosenthal. *d.tract.feud.cap.*7.*conclus.*7 *num.*6.*& seqq.& c.*9.*membr.*1.*concl.*66.*num.*1.*& seq. & nouissime* Berlichius *d.concl.*57.*num.*15 *& pluribus subseqq.*

4 *Aut est feudum antiquum seu paternum.*] Quod † feudum ex pacto & prouidentia antiquum alienatum agnati reuocare valeant, aperte decisum extat *in c.*1.*§.*1.*tit.de success.feud.cap.*1.*in princ.tit.de alienat.feud. patern.c.*1.*§.*1.*titul. per quos fiat inuestitur.c.*1.*§.porro.tit.qual.olim pot.feud.alien.cap.*1.*§.*1.*tit.de inuestit.de re alien.fact.cap.*1.*§.Titius filios tit.si de feudo defuncti content.sit int.dom.& agnat. vasall.* Idque fusius explanant Hartman. Pistor. *quæst.feud.*6.*num.*1.*& seqq. d. lib.*2.*part.*1. Borcholtus *d.cap.*8.*num.*147.*& seq.* Matthæus Coler. *decis.*95.*num.*1.*part.*1.*& d.consil.*20.*num.*27.*& seq. volum.*1. Vulteius *d.lib.*1. *de feud.c.*11.*num.*92.*& seq.* Schrader. *d.tract.feud.part.*8. *cap.* 8.*num.*11. *& seqq.* Dominic. Cardinal. Tuschus *tom.*3.*practicabil.conclus.lit.F.conclus.*194.*num.*1.*& seq.*

Vasallus alienat feudum in agnatum remotiorem.] Quod
5 † vasallus feudum antiquum ne quidem agnato remotiori, in præiudicium agnati proximioris, alienare possit, quin semper illud proximior recuperare queat, patet *ex d.c.*1.*§.Titius filios.si de feud.defunct.content.sit int.dom.& agnat. vas.* Et abunde explicant Hartman. Pistor. *d. quæstion.*6.*num.*11.*& seqq.* Ioan. Koppen. *dict.decis.*54.*num.*53. *& seqq.* Cardinal. Tuschus *d.conclus.*194.*num.*11. *cum seq.* & Berlichius *dict. part.* 2. *conclusion.* 57. *numer.* 42. *& seqq. vbi de istbac feudi alienati reuocatione accurate & copiose disputat.*

Si proximior agnatus taceat per annum, penitus excluditur.]
6 Quomodo † & intra quantum tempus feudi alienati reuocatio fieri possit & debeat, post innumeros fere alios, longe lateque enarrat Berlichius *d.part.*2.*conclusionum practicabil.conclus.* 60. *per tot.*

QVÆSTIO XLIII.

S V M M A R I V M.

1 *An & quatenus filii debita patris soluere teneantur, remissiue.*

1 N*Vnquid filius, penes quem est feudum paternum, vel emphyteusis, teneatur creditoribus paternis satisfacere.*] An † & quatenus filii debita patris, tam ex oneribus feudi, quam oneribus vasalli causata, soluere teneantur, post Clarum nostrum, diligenter explicant Hartman. Pistor. *quæstion. feud.*2.*num.*39.*& seq.* Mynsinger. *cent.*3.*obser.*67. Rosenth. *in tract.feud. cap.*7.*concl.*20.*num.*23.*cum seq.&* Matthias Berlichius *parte* 2.*conclusion.practicabil. conclus.*55.*nu.*87. *& multis sequentibus.*

QVÆSTIO XLIV.

S V M M A R I A.

1 *Feuda maiora, dignitatem regalem annexam habentia, diuidi non possunt.*
2 *Idq; propter honorem & vtilitatem Imperii.*
3 *Magnas familias conseruari, & cuique gentilitati suum splendorem retineri, Republ. interest.*
4 *Feuda dignitatum soli primogenito acquiruntur: & reliquis filiis sustentationis nomine tantum præstandum est, quantum sufficit.*
5 *Feuda, dignitatem non habentia, diuiduntur.*
6 *De consuetudine etiam feuda dignitatum diuidi possunt.*
7 *Excipitur dignitas Electoralis.*

N*Vnquid feudum possit diuidi.*] Receptissima opinio est; quod † feuda maiora dignitatem regalem annexam habentia (cuiusmodi est feudum Ducatus, Marchiæ, Comitatus, Delphinatus, Landgrauiatus, Burggrauiatus, &c.) etiam consentientibus consortibus, diuisioni non subiaceant, *per textum apertum in c. Imperialem.*1. *§.præterea ducatus.de prohib.feud.alienat.per Frider.tit.*55 *lib.*2.*F. ibiq;* Bellus. Isern. Bald. Laudens. Aluarott. Præposit. Rauenn. Afflictus, Schenck Baro, Hotoman. & Balzaranus *num.*4.5.*&* 11. Et, præter Clarum nostrum, *& ab eo relatos hic,* testantur Zasius *in epit.feud.part.*9.*num vltim.* Borcholtus *in Commentar. in consuetud.feud.cap.*7.*part.*2.*num.*41. Mozz. *de diuis.feud. num.*43. Boccrus *in tractat.de iur.succed.in feud. cap.*3.*quæst.*48. Intrigliol. *in cent.sua feud.q.*39 *num.*1.*& seqq.* Schrader. *in tract.feud.part.*8 *cap.*2.*num.*39. Henricus à Rosenthal. *in tract.feud.cap.*9.*membr.*1.*conclus.*55 *aliique fere infiniti, ab his congesti.* Ratio, cur † istiusmodi dignitatum feuda diuidi nequeant, est vtilitas, fauor & honos Imperii, vt scilicet Principatus integri permaneant, ac per vnum sub regula politica commodius atque tranquillius administrentur, *docente hic Claro nostro.* Vnum quippe Imperii corpus, vnius animo regendum videtur: sicuti ab vno gubernatore, vna nauis, *vt eleganter scribit Lipsius lib.*2. *Politic.c.*2. Schenck Baro *in capit* 1.*§.& quia. num.*16.*de his, qui feud.dar.poss.* Deinde † Reipubl interest, magnas familias conseruari, & cuique gentilitati suum splendorem retineri. Nam moderatori Reipublicæ ciuium vita proposita est: vt ea opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit, *quemadmodum scite scriptum reliquit Cicero lib.*5.*de Republ.* Rudinger. *lib.*1.*var.lection.iur.feud.c.*51.*nu.*5.*& seqq. vbi plures rationes adducit.* Prædictæ † igitur dignitates perpetua successionis serie apud vnum, primogenitum nempe consistent: reliquis autem filiis natu minoribus, tantum à primogenito præstandum est, quantum ad honestam vitæ sustentationem sufficiat, pro generis splendore & facultatibus ipsius Principatus: modo tamen primogenito supersit, quo Principis dignitatem commode tueatur. Schenck Baro *in d.c.*1.*§.& quia.nu.*17.*de his, qui feud. dar.poss.* Guil. Ranchin. *in tract.de suc. ab intest.§.*10.*num.*4. Rudinger. *d.c.*51.*num.*9. *&* 10. Paulus Berens *disput. feud.*1.*th.*36 *& nouiter* D. Besold. *lib.*1.*dissertat.* 5. *vbi eleganter ea de re disput.*

Inferiora feuda, quæ non habent dignitatem annexam,

vtique

5 *vtrique diuidi possunt.*] Feuda † inferiora, & dignitatem regalem annexam non habentia, inter coheredes diuidi posse, constat *ex textu in c.1.§.comminus. ibique Feudista communiter, si de feud. defunct. content. sit int. dom. & agnat. vas. tit. 26. lib. 2. F. & d.c.1. §. præterea ducatus tit. 55. lib. eod.* Quam rem, *post plurimos a se allegatos*, plenissime explicat Henricus a Rosenthal. *d. cap. 9. conclus. 53. &* Vulteius *libr. 1. de feud. cap. 8. num. 36.*

6 *De qua consuetudine attestatur.*] Quod † hodie vi consuetudinis, tum apud exteros, tum præcipue apud Germanos receptæ, feuda dignitatum maiorum diuidantur, non solum ratione iurisdictionis & administrationis; sed etiam ratione bonorum & dominii vtilis, præter Clarum hic nostrum, testes sunt Andreas Gail. *lib. 2. obser. 153. nu. 1.* Zasi *d. part. 9. nu. 22. & final.* Wesenb. *in addit. ad* Schneidew. *in §. quadam actiones. tit. de famil. ercisc. act. nu. 38* Schurph. *cent. 1. cons. 17. nu. 5.* Challen. *in con. uetud. Burgund. de feud. rubr. 3. §. 6. num. 11.* Tiraquell. *de iure primogenit. quæst. 4. num. 17.* Hetning. Göd. *cons. 20. num. 4.* Hartman. Hartm. *2. obser. 20. in princ.* Vulteius *d. cap. 8. num. 36 pag. 337. & seq* Andreas Knichen. *in tracta. de Sax. non prouoc. iure ad verbum, Ducum. c. 3.* Goldast *lib. 1. de iu aterat. c. 21. num. 7.* D. Besold. *d. lib. 1. dissert. 7 6 num. 5. aliique per hunc relati.* Excipitur † tamen Electoralis dignitas, quam Imp. Carolus IV. indiuiduam esse, & ius primogenituræ in illa locum habere voluit, *vt videre est in aurea Bulla, rubr.* Von der Erzbischoffen Segen. §. Wiewol auch / &c. & notant quoque Gail. *loco præallegato*, Rudinger. *d. cit. libr. 1. cap. 51. num. 12.* & Bocerus *d. disput. 1. th. 38.*

QVÆSTIO XLV.

SVMMARIA.

1. *Quæ ad feudi præscriptionem necessario requirantur.*
2. *Triginta annis feudum in quauis re, siue profana, siue ecclesiastica, præscribitur.*
3. *Lex vbi non distinguit, nec vobis distinguendum.*
4. *Res publica & ecclesiasticæ, quanto temporis præscriptione acquirantur, iure communi.*
5. *Dictio, per, temporis consummationem significat.*
6. *Vasallus præscribens quo animo fundum possidere necesse habeat.*
7. *Nemo causam possessionis suæ mutare potest.*
8. *Præscriptio sine bona fide non procedit.*
9. *Possessio in præscriptione feudi qualis esse debeat.*
10. *Possessio ad tempus defuncti prodest etiam eius heredi.*
11. *Præscriptio feudi requirit scientiam vasalli.*
12. *An feudum, sine domini & agnat. rum consensu, per vasallum alienatum, a tertio bonæ fidei emptore annis 30. præscribatur.*
13. *Feudorum alienationes ullius temporis præscriptione confirmari possunt.*
14. *Mens & interpretatio tit. 9. §. donare. lib 2. F.*
15. *Quatenus glossæ testimonio standum.*
16. *Consiliorum locus esse solet in dubiis atque incertis, non item in claris.*
17. *Num domi nus 30. annorum spacio libertatem aduersus vasallum præscribere possit.*
18. *Res qualibet ad suam naturam facile redit.*
19. *Seruitutem debens vrbanam, prædii sui libertatem vsucapere potest.*
20. *Vsufructuarius quanto tempore vsumfructum acquirat, & amittat.*
21. *Eodem modo quodque dissolui debet, quo colligatum est.*

1 AN *feudum præscribi possit.*] Generaliter hic addendum: quod † ad feudi præscriptionem tria potissimum requirantur. Primum est, quod vasallus fundum possederit per triginta annos. *c. vnic. §. si quis per 30. annos. si de feud. defunct. contentio. &c. tit. 26. lib. 2. F.* Et † quidem triginta 2 annos ad præscribendum feudum in re qualibet, siue priuata sit, siue publica, & siue profana, siue ecclesiastica, siue etiam regalis, siue non sit, sufficere probabilius videtur. Tum † quia vbi textus generaliter loquitur, & non 3 distinguit, nec nos distinguere debemus, *argu. l. 3. in fin. ff. de offic. præsid. l. 1. §. 4. ff. de offic. præfecti vrbi. l. de pretio. 8. ff. de public. in rem act.* Tum quia licet præscribens in eiusmodi aliqua re ius feudi acquirat: non tamen ipsam rem publicam & ecclesiasticam, vel ipsum ius regale acquirit: sed ea res Ecclesiæ Reiue publicæ manet, vt & ius regale Principis. *Et ita docent* Nicolaus de Neapol. *in l. fin. C. de fund. patrimonial.* Frider Schenck Baro *in d. c. vn. §. si quis per triginta annos, si de feud. defuncti content. &c. num. 4.* Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 9 num. 8.* Hunnius *in tract. feud. cap. 11 pag. 312. column. 2.* Dn. Collega Bocerus *class. 5 disput. 17. th. 15. lit. C. & d. 2. & in tract. de præscript. feudi. cap. 2. num. 29. & seq.* Tametsi contrarium crebrioribus Doctorum calculis fit receptum: quod † nimirum feudum in rebus publicis & ec- 4 clesiasticis non nisi 40. annorum, & in iure regali, non nisi temporis immemorialis præscriptione acquiratur: eo quod iure communi tantum temporis ad istarum rerum præscriptionem exigatur, *Auth. quas act. one C. de sacrosan. Eccles. Nouell. 111. & Nou. 131. c. 6. c. super quibusdam. 26. §. præterea. extr. de verb. signif.* Andr. de Iser. Præpofit. Aluarott. Laudens. *& alii in d. § si quis per triginta annos, &c.* Bald. *in c. vnic §. fin. de feud. dat. in vicem leg. commiss.* Mynsinger. *cent. 4. obser. 29.* Zasius *in Epit. feud. part. 6. num. 41.* Duaren. *de feud. c. 8. num. 3.* Botcholt. *in Commentar. in consuet. ad feud c. 7. part. 3. num. 8. & alii, quos refert & sequitur* Henricus a Rosenthal. *in tractat. feud. cap. 6. conclus. 78.* Sed † & triginta il- 5 los annos completos esse oportet: siquidem dictio, *per, in d. §. si quis per 30. annos, &c.* vsurpata, temporis consummationem denotat, *argum. l. vrbana familia. 66 §. 1. ibique* Goeddæus *num. 3. ff. de verb. significat.* Ideoque vltimus annus cœptus non habendus fuerit pro completo, *argum. l. in omnibus. 6. ff. de obligat. & actionib.* Præposit. & Schenck Baro *num. 1. in d. §. si quis per 30. annos, &c. &* Vulteius *d. cap. 9. num. 10.*

Alterum, ad † feudi præscriptionem necessarium, est: 6 quod vasallus fundum tanquam feudum possederit, *per textum in d. tit. 26. §. si quis per triginta. lib. rem aliquam ve feudum, possedit. vbi* Baldus, Aluarottus, Præpositus, *& cæteri. lib. 2. F.* Quia si fundus alio possideatur siue habeatur animo: possessio ad effectum præscribendi feudi nihil prodest, *per notata* Francisci Balbi *in tractat. de præscript. part. 4. quarta princip. quæst. 12. num. 1 pag. 264.* Vulteii *d. lib. 1. de feud. cap. 9. num. 12. &* Ioannis Botcho t. *d. c. 7. part. 3. num. 6.* Vnde si possederit quispiam fundum iure pignoris: vt maxime cætera ad præscribendum feudum necessaria adfuerint: nihil tamen possessio triginta annorum ipsi proficeret. Tum † quod fundum possedit non animo haben- 7 di feudum, sed animo habendi pignus. Tum quod nemo possessionis suæ causam mutare potest. *l. 3. §. illud. 19. ff. de acquir. vel amitt. possess. l. non solum 33. §. 1. ff. de vsurp. & vsucap. l. 2. §. 1. ff. pro herede* Tum † etiam quod in feudis 8 quidem præscriptio sine bona fide, ex dispositione iuris Canonici, in Camera Imperiali in doctrina præscriptionum approbati, procedit. *c. vlt. extr. de præscriptionib.* Mynsinger. *cent. 4. obser. 6.* Atque hanc, tanquam communiorem, sententiam amplectuntur etiam Iacobus de Belvisio, Martinus Laudens. Nicol. de Neap. Petrus Rauenn. & Schenck Baro *in d. §. si quis per 30 annos.* Kitchouius *in thesaur. commun. opin. lit. F. in verb. feudi præscriptio. &* D. Bocer. *d. tract. de præscript. feud. cap. 3. num. 10.* Sane † possessio 9 illa non solum iusta, bonaque fide suffulta; sed & continua,

nua, ficque non interrupta effe debet. Quemadmodum enim poffeffionis continuationem ius commune expofcit. *l.3. l.fi is. qui. 15. l.poffeffio. 20. l. nunquam. 31. §.1. l.non folum. 33. §. qui pignori. 4. ff.de vfurp. & vfucap. l.2. Cod. de præfcript. long. tempor. cap. illud 8. in fin. cap. auditis. 15. extr. de præfcriptionib.* ita eandem quoque ius feudifticum defiderat, ficuti arguit particula illa, *per*, pofita *in d. tit. 26. §. fi quis per 30. annos lib. 2. F. vbi* Bald. *num. 2. &* Frideric. Schenck *num. 3.*

10 Et † quemadmodum poffeffio ac tempus defuncti iure communi prodeft etiam eius heredi. *§. diutina. 12. Inftitut. de vfucapionib. l. Pomponius. 13. §. fed & legatario, 10. ff. de acquir. vel amitt. poffeff. l. cum miles. 30. in princip ff. ex quib. cauf. maiores, &c. l. vnic. poft medium. ibi, vt continuetur ei poffeffio. Cod. de vfucap. transform.* ita etiam idem in feudi præfcriptione obtinere creditur, docente accuratius Dn. Bocero *dict. tract. de præfcript. feud. cap. 3. num. 5. & feqq.*

11 Tertium † præfcriptionis feudi requifitum eft: vt vafallus domino feruitium exhibuerit. *d. tit. 26. §. fi quis per triginta. ibi, feruitium domino exhibuerit. libr. 2. F.* Et quoniam textus dicit *feruitium*, & non *feruitia*: recte inde Doctores colligunt communiter, quod fufficiat, femel intra 30. annos vafallum domino feruitium præftitiffe: nec neceffe fit, vt fingulis id annis exhibuerit, Andreas de Ifernia, Petrus Rauennas, Laudenf. Aluarott. Præpofit. & Schenck Baro *num. 6. in d. §. fi quis per triginta.* Borcholt. *prædicto cap. 7. part 3. num. 7.* Rolandin. à Valle *confil. 3. num. 79. volu. 1.* Alexand. *conf. 70. volu. 3.* Balbus *d. tract. de præfcript. 3. part. quartæ princip. quæ. 12. num. 1. pag. 265.* Vulr. *d. lib. 1. de feud. cap. 9. num. 15.* D. Obrecht. *difput. 26. th. 210. & feqq.*

Si autem quæritur de præfcribendo vtili dominio contra domi-
12 *num.*] Valde controuerfia quæftio eft: an † feudum, abfque domini agnatorumque confenfu per vafallum alienatum, à tertio bonæ fidei emptore triginta annis præfcribatur? Quidam opinantur; bonæ fidei poffefforem (qui videlicet putat, domini & agnatorum confenfu feudum in fe alienatum effe) triginta annorum curfu tam contra dominum ipfum, quam contra agnatos feudum iftud præfcribere; malæ vero fidei poffefforem (qui nimirum fcit, vafallum hoc feudum extra domini agnatorumque confenfum alienare haud poffe) ad præfcribendum defiderare tempus immemoriale, Gloff. *in c. 1. §. præterea. de capitulis Corradi. tit. 40. libr. 2. F. ibique* Iacob. de Belvifo, Nicol de Neapol. Baldus, Præpofit. Aluarottus, Petrus Raueun. & Cuiacius. item Schraderus *in tractat. feud. part. 3. c. 4. num 9.* Wefenbec. *de feud. cap. 11.* Tiraquell. *lib. 1. retract. §. 1. gloff. 10. num 9.* Ferrarienf. *in forma libell. ad reuocat. feud.* Wurmbfer. *obfer. pract. 15. titul. de feud.* Borcholt. *d. Comment. tr. in confuetud. feud cap. 7. part. 3. num. 13.* Gail. *lib. 2. obferu. 140. num. 1 & 2. eofque cum aliis referens* Henricus a Rofenthal. *in fynopf. iuris feud. c. 8. conclufio. 150. & c. 9. conclu f. 132. ad lit. A. item in tract. feud. c. 9. membr. 2. conclu f. 97. num. 19. fub lit. H.* Alii † ex aduerfo exiftimant:
13 triginta annorum præfcriptionem domino, bona feudalia per vafallum in extraneum aliquem alienata vindicare volenti, nequaquam nocere, *per textum in tit. 40. §. præterea, & tit. 55. § vnde Imperator Lotharius lib. 2. F. & tit. 83. in extraordinar. capp.* quibus in locis expreffum eft, feudorum alienationes nullius, ac proinde nec longiffimi temporis præfcriptione confirmari poffe.

14 Cum † non obftat text. *in c. 1. § donare. verf. præfcriptione autem. Qualiter olim poterat feudum alienari. tit. 9. libr. 2. F.* vbi habetur, quod præfcriptione triginta annorum tam fciens, quam ignorans fubmouebatur. *Nam* totus ille titulus hiftoricam duntaxat delationem complectitur iuris veteris, non eius iuris, quod Feudiftis per omnia obferuari voluit, vti perfpicue indicat infcriptio tituli, *qualiter olim poterat, &c.* & verba in ipfo textu, *poterat olim vafallus, &c. hoc licebat ei, &c. culpa amittebat, &c. nullius curia poterat, &c.* & maxime verbum illud *fubmouebatur.* Nec ad rem pertinet, quod regeritur, rem allodialem annis triginta etiam hodie, vt feudum, plene præfcribi; atque ideo videri rurfum rem feudalem, vt allodialem, præfcribi poffe, *prædicto tit. 26. §. fi quis per triginta. lib. 2. F.* Quia hæc longe diuerfa funt, nec eadem vtrinque militat ratio. Siquidem in noftro cafu (vbi fcilicet feudum præfcribi videtur, vt fiat allodium) Reipublicæ magnum infertetur præiudicium: propterea quod ei perit feruitium à vafallo præftandum. Aft in cafu *dicti §. fi quis per triginta* (vbi allodium præfcribitur, vt fiat feudum) non patitur Refpublica damnum, fed potius percipit commodum: cum vafallus domino feruitium præftare, ficque Reipublicæ prodeffe teneatur. Ratio namque, quæ Imperatores mouit, vt prohiberent, ne triginta annorum lapfu feuda præfcriberentur, non parua fuit. Videbant quippe, Reipublicæ ingens imminere detrimentum, nifi illud prohiberetur. Vafalli etenim diftractis feudis, adeoque bonis exuti feniorum feruitia fubterfugiebant: per quod Imperii vires valde attenuari conftabat, dum proceres milites fuos, hoc eft, vafallos, ad expeditionem Principis traducere non poterant, *vt arguit te tus in c. 1. de prohib. feud. alienat. per Lothar. tit. 52. & c. 1. de prohib. feud. alien. per Frider. tit. 55. libr. 2. F.*

Nihil † quoque refragatur Gloffa *in d. tit. 40. § præte-* 15
rea. lib. 2. F. vbi Doctores plerique autumant, gloffam ordinariam in dubiis effe teftem firmiffimum. *Primo* enim gloffæ illi opponimus aliam gloffam contrariam, ex qua fatis euidenter apparet, feudu nullam, ne quidem longiffimi temporis obftare præfcriptionem, *in cap. 1. §. 1. verf. quid ergo. in verbis per longa tempora. de inueftit. de re al. fact. tit. 8. libr. 2. F.* & fic gloffa vna per alteram confunditur. *Deinde* libenter largimur, non effe firmiorem teftem, quam gloffam ordinariam, quando fcilicet res anceps & dubia eft: quoniam † in dubiis ac in incertis, non i- 16
tem in claris & certis locus effe folet conjecturis. *l. continuus. 137. §. cum ita ftipulatus. in fine. ff. de verb. obligat.* Cum ergo textus *in dict. titul. 40. §. præterea. & d. titul. 55. §. vnde Imperator. libr. 2. F. & in d. titul. 83. in cc. extraordin.* pro confirmatione noftræ fententiæ fupra in medium adducti, clariffime difponant, feudum vllo tempore præfcribi non poffe: conjecturandum hic, aut diuinandum minime effe, quiuis vel communi fenfu præditus intelligit. Neque enim à claris & indubitatis textus verbis recedendum eft, etiamfi mille gloffæ & Doctores contrarium teneant. Atque ita, vltra Clarum noftrum, *& ab eo memoratos*, hanc fententiam defendunt Francifcus Sonsbeccius *in Commentar. ad vfus feudor. part. 12. num. 156. cum multis feqq.* Decian. *confil. 24. num. 108. volum. 1.* Vulteius *libr. 1. de feud. cap. 9. num. 20.* Rofenthal. *fibi contrarius in d. tract. feud. cap. 9. membr. 2. conclufio. 97. num. 37. cum feq. &* D. Bocerus *dict. claff. 5. difputat. 17. thef. 23. edition. 2. & dict. tractat. de præfcription. feudor. capitul. 2. num. 99. & feqq.*

Non prætereunda hoc loco & illa quæftio eft: verum
† dominus contra vafallum triginta annorum fpacio 17
libertatem præfcribere valeat? Et merito receptum eft: quod, fi dominus rei feudalis poffeffionem nactus, eam 30. annis pro allodiali & libera, fine contradictione vafalli feu agnati, tenuerit; vtilis dominii cum proprietate confolidationem præfcripfiffe cenfeatur. Tum † quia 18
res quælibet ad naturam fuam facile redit. *can. ab exordio. 4. & ibi gloff. ad lit. L. dift. 35. §. cum in fuo folo. 29. in fine. Inftit. de rer. diuif. l. fi vnus. 27. §. pactus ne peteret. ibique* Iafon *num. 5. & feqq. ff. de pact. l. hac confultiffima. 21. §. fi quis autem. 3. C. de teftamentis.*

QVÆSTIO XXXI.

SVMMARIA.

1 *Vasallus sine domini consensu feudum alienans, eo priuatur.*
2 *Eiusque ratio quæ.*
3 *Vt vasallus ex causa alienationis feudum amittat, quæ requiratur.*
4 *Ignorantia quomodo probetur.*
5 *Alienatum quid proprie dicatur.*
6 *An si vasallus post alienationem confestim recuperet feudum, nihilominus id perdat.*
7 *Ius quæsitum nemini auferendum.*
8 *Fur, domino rem furtiuam confestim restituens, actionem furti non euitat.*
9 *Vasallus partem feudi alienans, an omni iure suo cadat.*
10 *Pœna commensuranda delicto.*
11 *Nunquid vasallus, ex causa magnæ necessitatis, feudum inconsulto domino alienare queat.*
12 *Nemo cogitur consentire in venditionem rei suæ, vel de suo cuiquam benefacere.*
13 *An tacitus domini consensus ad feudi alienationem sufficiat.*

V*Asallus non potest feudum ipsum alienare sine consensu domini.*] Indubitatum est † vasallum, feudum sine
1 domini consensu alienantem iure suo cadere, eoque priuari. *tit. 5. in fine. tit. 13. tit 18. vltim. tit. 21. §. si quis miles. lib. 1. F. tit. 9. in princip. titul. 24. §. vltim. titu. 26. §. feudum ea lege datum. titul 38. tit. 44. titul. 52. §. si quis vero. & titul. 55. in prin-*
2 *cip. versic. callidis lib. 2. F.* Cuius † ratio refertur *in d. titul. 24. §. vltim. lib. 2. Feud.* nimirum hæc: quod vasallus sine
consensu domini alienando, dominum contemnere videatur; vt ita illa priuatio sit quædam quasi vltio contumeliæ illatæ domino. Roland. à Valle *consil. 2. num. 136. volum. 1.* Vulteius *libr. 1. de feud. cap. 11. num. 41.* Borcholt. *in Commentar. in consuetud. feud. cap. 8. num. 34.* Vt autem
3 † vasallus ob alienationem à se factam feudo exuatur: duo maxime coniunctim requiruntur. Prius est, vt vasallus sciens feudum esse alienet. Ignorantia quippe qualitatis rei excusat vasallum. *d. tit. 26. §. si vasallus feudum. lib. 2. F.* dummodo ignorantia illa non sit affectata:
4 siquidem illa in iure pro scientia habetur. Quia † vero ignorantiæ probatio est difficilis: iuramento vasalli, affirmantis, se ignorasse, id decidendum relinqui solet. *tit. 42. in princip. lib. 2. F.* Zasius *in Epitom. feud. part. 10. num. 10.* Schrader. *in tract. feud. part. 9. cap. 1. num. 45.* D. Bocer. *class. 5. disput. 2[illegible] th. 74. e[illegible].* Vulteius *d. cap. 11. num. 42.* Gail. *lib. 2. obseruat. 4[illegible] num. 23. & seq.* Alterum est, vt alienatio effectum [illegible]um sortita consummata, adeoque translatio possessionis facta sit. Sola enim conuentio de alienando feudo non sufficit: sed & possessionis traditio necessaria est ad hoc, vt vasallus feudum suum ex alienationis causa amisisse dicatur, *per textum in tit. 52. in princip. vers. hortatu itaque. ibi, sine ipsorum permissu distrahere. & in d. titul. 55. in princip. v[illegible] icul. callidis. ibi, feudum vendunt, & in alios transferunt. lib. 2. F.* Propter † namque alienatum non di-
5 citur, quod adhuc in vendentis, vel alterius dominio manet. *l. alienatum. 67. ff. de verbor. significat.* Atque ita docent Andr. de Isernia, Aluarott. Præpos. & Math. de Afflict. *in c. 1. §. si inter pares. de lege Corrad.* Clarus noster hic *num. 3.* Emanuel Soarez. *in thes. recept. sent. lit. F. num. 71.* Rosenthal. *in tract. feud. cap. 9. membr. 1. conclus. 12.* Bocer. *d. disp. 20. th. 77.* Vult. *d. num. 42. vers. secundum, &c.* Schrader. *d. part. 9. c. 1. num. 32. aliiq́; per hos cumulatim adducti.*

Quid, si contractus ipse alienationis fuit ex aliquo alio capite nullus.] Adde hæc de re videndos Curtium Iuniorem *de feud. part. 4. num. 108.* Mozzium *in tract. de feud. rubr. ex quib. caus. feud. amitt. num. 135.* Henricum à Rosenthal *d. tract. feud. c. 9. memb. 1. conclus. 4. & alios, ab his recensitos.*

Quid, si vasallus post alienationem recuperet feudum.] Quam-
uis † vasallus pœnitentia ductus, post alienationem in 6
continenti recuperet feudum: nihilominus tamen pœnam priuationis incurrit. Tum quia textus *in c. 1. quid iuris sit, si post alienationem feudi, &c. tit. 44. lib. 2. F.* generaliter & indistincte loquitur. Tum † quia nemini ius 7
quæsitum auferri potest. *l. id, quod nostrum. 11. ff. de regul.*
iur. Tum † etiam quia fur, licet confestim domino rem 8
furtiuam restituat: ab actione tamen furti se hoc ipso non eximit. *l. qui ea mente. 65. ff. de furt.* Atque his, aliisque rationibus permoti hanc sententiam tuentur, præter Clarum, *& ab eo hic relatos,* Zasius *in Epit. feud. part. 10. num. 2.* Schrader. *d. tract. feud. part. 9. cap. 1. num. 17.* Vulteius *d. libr. 1. de feud. cap. 11. num. 43.* D. Bocerus *d. disput. 20. th. 79.* Fachineus *lib. 7. controuers. iur. cap. 84. &* Rudinger *lib. 1. var. lect. iur. c. 77. vbi in vtramq́; partem hanc quæstionem examinat.*

An cadat à toto feudo, an autem solum ab ipsa parte, quam alienauit.] Quod † vasallus partem feudi alienans, eam 9
tantum partem perdat, æquitati & iuri feudali magis consentaneum est, *per textum clarissimum in c. 1. ibi, si alienauit totum, perdat totum: si partem, perdat partem, &c. de vasall. qui cont. constitut. Lothar. tit. 38. lib. 2. F. & ibi* Baro à Tautenberck. *num. 1. item in c. 1. §. item qui dominum. vers. illud enim est certum. quæ fuit prima caus. benefic. amitt. tit 24. lib 2. F. nec non in c. 1. §. vlt. ibi, beneficium suum vendiderit totum. de feudo sine culpa non amitt. tit. 21. lib. 1. F.* Hucque facit eadem
ratio: quod † vlterius progredi pœnæ motus non debeat, quam reperiatur delictum. *l. ex facto. 43. §. vlt. ibi, sane enim punitius est in eo, &c. ff. de vulg. & pupill. substit. l. sancimus. 22. C. de pœn. l. rescriptum. 6. ff. de his, quæ vt indig. auferunt.* Et 10
hanc opinionem omnes Dd. *(excepto Baldo)* tenere, testatur hic Clarus noster. Eandem, *præter Interpretes hoc loco allegatos,* defendunt Zasius *in dict. epit. feud. part. 10. num. 1.* Sonsbecc. *in Comment. in vsus feud. part. 12. num. 78.* Blanc. *in iuris feud. Epit. lib. 2. c. 1. num. 70.* Bocer. *d. class. 5. disp. 20. th. 85. &* Iohannes Rudinger. *d. lib. 1. var. lect. iuris feud. cap. 40. vbi ad contraria pulchre respondet.*

Vasallus repertus in magna aliqua necessitate constitutus.]
Quod † vasallus, etiam ob magnam necessitatem, incon- 11
sulto domino, feudum alienare nequeat, apparet *ex tit. 9. in princ. lib. 2. feud.* vbi IC. Feudista refert, quatenus potuerit olim ante Lotharii constitutionem feudum alienari: & inter alia dicit: necessitate suadente potuisse olim vasallum domino insció vel inuito partem feudi vendere: Vnde necessario sequitur, per Lotharii constitutionem, qua illa alienandi licentia; quæ olim vasallis competebat,
sublata est, etiam in casu necessitatis alienationem feudi 12
prohibitam esse. Præterea † nemo cogitur emere & vendere, vel consentire in venditionem rei suæ. *l. inuitum. 11. C. de contrah. et empt. l. nec emere. 16. C. de iur. delib.* nec de suo cuiquam benefacere quisquam compelli potest. *can. precariæ 5. §. decreuit. caus. 10. q. 2.* Accedit, quod veut quis magna aliqua & vrgente necessitate prematur: non tamen possit sub hoc prætextu suum alteri auferre, & in quoquam præiudicare. *l. id, quod nostrum. 11. ff. de reg. iur. c. 3. ext. de furtis.* Etillam conclusionē, vtpote cōmunem, seruandā esse, *postea in*. Clarus noster hic affirmat. Eandem tenent Schrad. *d. tract. feud. part. 8. c. 2. num. 20. & seq.* Zasius *in Epit. feud. part. 9. num. 13.* D. Bocer. *class. 5. disp. 20. th. 86. cum seq. &* Hunnius *in tract. feud. cap. 12. pag. 345. vbi dissentientium argumenta refutat.*

Domino ipso sciente & tacente] Quod † tacitus domini 13
consensus ad feudi alienationem sufficiat, post Clarum nostrum, *& ab eo citatos*, tenent alii communiter, Mynsinger. *cent. 4. obseruat. 87.* Borcholt. *in Commentar. in* [illegible]
consue-

consuetud.feudor.c.8.num.72. Rosenthal. *in Synopsi iuris feuda. 69.conclu.41 & cæteri ab his citati.* Tametsi Bartholom. Camerar. *ad tit.55.de prohibit.feud.alienat.per Frider.lib.2.F.* & D. Collega Bocer. *d.disput.20.th.88.sub lit.B.* non absque rationibus speciosis dissentiant.

QVÆSTIO XXXII.

SVMMARIA.

1 *An vasallus absque domini consensu alium de feudo suo subinfeudare possit.*
2 *Et quid, si feudum sit ecclesiasticum.*
3 *Lege non distinguente, nec nos distinguere debemus.*
4 *Resoluto iure datoris, resoluitur quoque ius acceptoris.*
5 *An & quatenus vasallus de feudo decimarum alium inuestire queat.*
6 *Quæ ad subinfeudationem requirantur.*
7 *An & quatenus subinfeudatio fieri possit in præiudicium agnatorum, remissiue.*
8 *Non solum vasallus, sed etiam subvasallus feudum suum alii in feudum concedere potest.*

N*Vmquid possit vasallus sine domini consensu alium subinfeudare.*] Quod † vasallo liceat absque domini con-
1 sensu feudum suum, vel eius partem, alii vicissim in feudum concedere, patescit ex *tit.5.§ sed etiam vas.vers.per feudum tamen.* & *tit.9.in princip.vers.si vero vel totum.* & *titu.26. §.beneficium.* & *tit.34 §.similiter. lib.2.F.* Et, post Clarum hic nostrum, pro confirmatione huius pronunciati infinitas fere auctoritates cumulat Henricus à Rosenthal. *in tractat. feud. capit. 9. membr. 1. conclusion. 43.sub lit. A.*

2 *Sed quid in ecclesiastico.*] Quod † vasallus non solum feudum laicum, sed ecclesiasticum etiam alii concedere in feudum possit, multiplex suadet ratio. Tum quia loca iuris feudalis omnia, modo allegata, de subinfeudatione tractantia, absque vlla distinctione inter feudum laicum & ecclesiasticum, vasallo ius tribuunt de feudo suo alium inuestiendi. Ast ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. *l. de precio. 8.ff. de Public. in rem act.* Tum † quia per subinfeudationem ecclesiastica feu-
3 di conditio Ecclesiæ deterior non efficitur: siquidem vasallus sine fraude, & eiusdem conditionis personæ, & sub iisdem pactis, subinfeudare onere facere iubeatur, *teste Claro nostro hic num 4. & nos illud infra num. 6. demonstrabimus paulo accuratius.* Tum quia neque domino, neque feudi successoribus vllum hic præiudicium creatur: quippe cum mortuo vasallo, qui subinfeudauit, ius subinfeudati extinguatur. *tit.5.§ rursus. lib.2.F. & tit.9. in princip.versic. si autem dissentiente. ibi, si tamen sine herede masculo descendente, &c. libr. 2.F.* Extincto † namque & resoluto
4 iure datoris, extinguitur quoque & resoluitur ius acceptoris, *argum.l.peto.69 § prædium.1.ff. de legat.2.l.fundum 7. ff.de actionib.empt.* Hartman. Pistor. *lib.2. quæst.44.num.8.* Atque ita post Clarum nostrum, *& ab eo relatos hic*, tradunt Schrader. *in tract.feud.part.8.c.2.num.10.* Vult. *lib.1.de feud.c.10.num.80.* & D.Bocerus *in tract.de commodo & iure feudorum, &c.lib.2.c.6.num.73. & seqq.*

Sed quid, si sit feudum decimarum.] An † & quatenus va-
5 sallus, qui decimas ab Ecclesia in feudum habet, de hoc feudo alium inuestire queat præter Clarum nostrum, satis explicant Zasius *in epitom.feud part.9.num.17.* Molineus *in consuetud Paris. §.46.quæst.4.* Schrader. *dict. part.8. cap.2.num.17.* Couarruu. *lib.1. variar. resolut. capit.17. num 5.vers.præter hos & illud.* Mozz. *in tract. de feud. rubr. sine tit. de rebus, &c. num 10.* & Rosenthal. *d. tractat.feud.c.4.conclus. 28.num.2. & seqq.*

Tria requiruntur.] Ad hoc, vt † subinfeudatio valeat, 6
tria iure feudali copulate desiderantur. Primum, vt fiat sincere, & absque fraude. *d.tit.9.in princip.vers.si vero.& d. tit.26.§.beneficium. lib.2.F.* Deinde, vt fiat personæ æquali, aut certe melioris, non deterioris conditionis, quam est vasallus. *d.titu.26.§.beneficium. ibi, dum tamen militi detur, &c. & prædicto tit.34.§.similiter. ibi, in feudum tamen recte dabit, si secunda persona sit talis, &c. lib.2.F.* Tertio, vt fiat iisdem sub conditionibus, sub quibus sub infeudans illud à domino accepit. *d.tit.34.§.similiter. versic. profecto ille. lib.2.F.* Verum de hisce subinfeudationis requisitis exquisite, *post alios*, disserant Ioan. Borcholt. *in Commenta. in consuetud.feud.cap.8.num 50.* Hartman. Hartm. *de feud. obser.38.* Mynsinger. *cent.1.obser.61.* Hartman. Pistoris *dict. quæst.44.num.4.* Mozz. *d. tract.de feud.titul de his, qui feud. dar.poss.num.26.* Vult. *dict.lib.1.de feudal. cap.10.num. 81.cum seqq.* & Henricus à Rosenthal. *d.tract. feud.cap.9.membr. 1.conclus.43.& seqq.nec non* Hunnius *in tractat.feudali cap.12. pag.323.& seqq.*

Præiudicium agnatorum.] An † & quatenus subinfeu- 7
datio fieri possit in præiudicium agnatorum, post Clarum hic nostrum, declarant Hartman. Pistor. *d. libr.2. quæstio. 44.num.6.* Vulteius *d. cap.10.num.82. vers.tertio ne fiat, &c.* Rosenthal. *dict.cap.9.membr.1 conclus.48.aliique fere sexcenti, ab hoc recensiti.*

Pone, quod iste secundus vasallus, &c.] Quod † non solum 8
vasallus, sed & subvasallus feudum suum alii in feudum concedere possit, & sic deinceps, non tantum bis vel ter, sed vsque in infinitum, patet ex *d.1.§.similiter. ibique* Aluarott. & Præposit. *de lege Corrad.tit 34.lib.2.F.* Schrader. *in tr. feud. part.8.c.2. num.13.& D.Bocer. d.tract.de commodo & iure feudor.lib.2.cap.6.num 82.& seqq.*

QVÆSTIO XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *An & quatenus vasallus sine consensu domini feudum alteri locare queat.*
2 *Locatio ad tempus longum alienatio non videtur.*
3 *Alienatio feudi per libellum facta, est prohibita.*
4 *Contractus libellarius quis.*
5 *An & quatenus datio in emphyteusin vasallo interdicta, remissiue.*

A*N vasallus possit sine consensu domini feudum alteri locare.*]
Quamuis † Doctores communiter, *teste hic Claro* 1
nostro, distinguendum existiment inter locationem ad modicum tempus factam, & inter eam, quæ fit ad longum aliquod tempus, puta decem vel plures annos; vt hæc non valeat; illa vero subsistat, Iacob. de Beluiso *in c.1.§ donare. qualiter olim poterat feud alien.tit.9. lib.2.F.* Laudens. *ibidem numer.5.* Frideric. Schenck. *numer.14. & 15.* Mozz. *in tract. de feud. tit.ex quib.caus.feud. amitt.num.130.* Zasius *in Epit feud. part.9 num.12.* Vult. *lib.1.de feud.cap.10. num.48.* Borcholt. *in Comment.in consuetud.feud. cap.8. num. 35.* Sonsbecc. *in Commentar. in vsus feud. part.12. num. 84.* Rosenthal. *in tractat.feud.cap.9.membr.1.conclus.7.num.8.& seq. vbi complures cumulate allegat*: contraria tamen sententia, quod videlicet quæuis locatio feudi, siue ad breue, siue ad longum tempus fiat, si modo fraudulenta non sit, subsistat, verisimilior videtur. Tum quia locatio feudi simpliciter, absque vlla distinctione inter tempus breue aut longum, vasallo conceditur. *d.titu. 9.§ donare.lib. 2.F.*
Tum † quia locatio etiam ad tempus longum alienatio 2
non censetur. *l.non solet. 39.ff.locati.* ne quidem in superficiario *l.vlt.ff.de superficieb.* & locator possessionem rei re-

tinet. *l. officium. 9. verſ. denique ait. ff. de rei vindicat.* His, & aliis rationibus hanc opinionem tuentur. Puteł. *ad l. 1. part. 3. num. 66. c. de bon. matern.* D. Obrecht. *de feud. c. 3. num. 127.* Rudinger. *lib. 1. var. lect. iur. feud. c. 53. num. 5. cum ſeqq.* D. Boc. *in tract. de commodo & iure ſenior. lib. 2. c. 6. nu. 146. cum ſeqq. &* D. Hunnius *in tract. feud. c. 12. pag. 334.*

Dare alteri ad libellum.] Quod † alienatio feudi per li-
3 bellum ſiue contractum libellarium facta iure ſit prohibita, conſtat *ex tit. 5. §. aut ſi libellario. & tit. 13. lib. 1. F. tit. 9. §. donare. tit. 39. in fine principii. tit. 44. & tit. 55 in princip. lib. 2. F.*
4 Eſt † autem contractus libellarius, quo res in alium transfertur iure venditionis, ſcriptura interueniente, & certa pecuniæ ſumma initio data precii nomine, non tamen iuſti: & hoc amplius conſtituta mercede ſiue penſione annua ſoluenda venditori, vel vt certo condictoque tempore contractus renouetur, numerato rurſus precio certo vel arbitrario. Vult. *d. lib. 1. de feud. cap. 10. num. 49.* Cuiac. *ad titul. 2. lib. 1. F.* Borcholt. *dict. Commentar. in conſuetud. feud. cap. 3 num. 45.* Bocerus *dict. libr. 2. cap. 6. num. 186. & ſeq.*

5 *Idem etiam dicendum eſt in emphyteuſi.*] An † & quatenus vaſallus abſque domini conſenſu feudum ſuum in emphyteuſin dare poſſit, poſt Clarum noſtrum hic, explicant Borcholt. *d. Commentar. in conſuetud. feud. cap. 8. num. 37.* Wurmbſer. *de feud. obſer. 33.* Mynſinger. *cent. 6. obſ. 30. num. 1.* Mozzius *de amiſſ. feud. num. 130. &* D. Bocer. *d. c. 6. nu. 140. & aliquot ſeqq.*

QVÆSTIO XXXIV.

SVMMARIA.

1 *An vaſallus feudum ſuum domino inuito refutare ſiue cedere poſſit.*

2 *An & quatenus iſthæc refutatio agnatis ipſius vaſalli præiudicet, remiſſiue.*

AN vaſallus poſſit renunciare feudum in manibus domini, ipſo domino inuito.] Quod † feudum vaſallus indi-
1 ſtincte domino etiam inuito refutare ſiue renonciare & cedere poſſit (*nil remorante contraria Clari noſtri, & aliorum quorundam ſententia*) tenent plerique è recentioribus, per textum generaliter loquentem *in tit. 38. lib. 2. F.* Zaſius *in Epitom. feud. part 12. num. 14.* Sonbece. *in Commentar. in vſus feud. part. 12. num. 116.* Mynſinger. *cent. 5. obſ. 65. num. 7.* Weſenbecius *de feud. cap. 12.* Mozz. *ſub tit. ex quib. cauſ. feud. amitt. num. 8.* Borcholt. *in Commentar. in conſuetud. feud. cap. 8. num. 53.* Vult. *lib. 1. de feud. cap. 10. num. 76.* Hunnius *in tractat. feud. cap. 12. pag. 340. cum ſeq. &* Roſenthal. *in tractat. feud. cap. 9. membr. 1. concluſ. 50. num. 5. aliique plurimi, per hunc citati.*

Sed nunquid talis renunciatio præiudicabit agnatis ipſius vaſal-
2 *li.*] An † & quatenus vaſallus ſine conſenſu agnatorum domino feudum refutare & cedere valeat, & quatenus iſthæc refutatio ſiue renunciatio agnatis vaſalli præiudicet, poſt Clarum noſtrum, *& alios*, latius exponunt Zaſius *d. epit. feud. part. 9. num. 14.* Hunnius *d. c. 12 pag. 341.* Vult. *d. lib. 1. cap. 10. num. 76. verſ. ſine autem volente, &c.* Roſenthal. *d. c. 9. concluſ. 52. num. 2. & ſeq.*

QVÆSTIO XXXV.

SVMMARIA.

1 *Nunquid res feudalis à vaſallo pignori dari poſſit.*

2 *Omnis alienatio feudi regulariter prohibita.*

3 *Pignoris datio alienatio qualis.*

4 *Emphyteutæ oppignerare licet rem emphyteuticam, & vſufructuario ius ſuum fructuarium.*

5 *Argumentum ab emphyteuta & vſufructuario ad vaſallum quatenus procedat.*

6 *Num vaſallo hypotheca datio ſit prohibita.*

7 *Proprie aliud pignus, aliud hypotheca.*

8 *Proprietati verborum in dubio ſtandum.*

9 *Pœnalia & odioſa magis reſtringi debent interpretatione, quam ampliari.*

10 *Qua feudi alienatione ſit vaſallo interdictum.*

11 *Hypotheca conſtituitur nuda conuentione.*

12 *Ceſſante diſpoſitionis fine, ceſſat etiam ipſa diſpoſitio.*

13 *Venditio vaſallo nequaquam permiſſa.*

14 *Alienatione prohibita, id etiam prohibitum videtur, ex quo ſequi alienatio poteſt.*

15 *Prohibitio alienationis odioſa, ac proinde reſtringenda.*

16 *Anne, ſi feudi dominus in oppignorationem conſenſerit, & poſtea, vaſallo ſine liberis mortuo, feudum ad ipſum dominum redierit, dominus ſatisfacere creditoribus teneatur.*

17 *Conſentiens contractui, ſuper re aliqua inito, cenſetur renunciare iuri, quod in re iſta habuit.*

18 *Semel conſentiens, huic conſenſui iure contrauenire nequit.*

19 *Dominus feudi rata habere tenetur ea, quæ ipſius conſenſu in feudo geſta ſiue alienata ſunt.*

20 *Oppignoratione ius reale conſtituitur.*

21 *Pleraque ſecundum ſubiectam materiam accipienda.*

22 *An & quatenus omnis conuentio intelligatur, rebus ſic ſtantibus.*

23 *Conſideratio cap. 1. §. etſi clientulus. de alienat. feud. titul. 13. lib. 1. F.*

24 *Omnis definitio ſiue regula periculoſa.*

25 *Conſenſus an & quatenus iuri proprio ipſius conſentientis præiudicare non ſoleat.*

26 *Natura contractus pignoris quæ.*

27 *Conſenſus à domino feudi oppignorationi præſtitus, etiam ad vſuras extenditur.*

28 *Sententia l. quæro. 54. in princ. ff. locat.*

29 *Inſtantia diluitur.*

30 *Pignus eſt contractus bonæ fidei.*

NVnquid vaſallus poſſit rem feudalem alicui pignorare.]
Quod † vaſallus feudum ſuum pignori dare nō poſ- 1
ſit, feudorum placitis diſerte deciſum eſt *c. 1. circa princ. ibi, vendere vel pignorare. de prohibit. feud. alienat. per Frid. tit. 55. lib. 2. F. c. 1. §. aut ſi libellario. ibi, pro pignore plus medietate obligauerit. quib. mod. feud. amitt. tit. 5. lib. 1. F. c. vn. §. fin. ibi, nam nec pignus. de inueſtitura de re al. fact. tit. 8. lib. 2. F.* Eiuſq; ratio non obſcura eſt: quia † omnis alienatio feudi regulariter prohibi- 2
ta cenſetur *tit. 52. in princip. verſ. per multas enim. & d. tit. 55. in princ. verſ. habito ergo conſilio. lib. 2. F.* Atqui † pignoris datio 3
eſt alienatio *l. vlt. ibi, vel pignoris nexum. C. de reb. alien. non alienand.* alienatio, *inquam*, talis, qua poſſeſſio ad alium, puta creditorem, tranſit *l. ſi rem alienam. 9. §. proprie. 2. l. cum & ſortem 35. §. 1. & l. debitor. 40. ff. de pignorat. act. l. per ſeruum. 37. in princ. ff. de acquir. rer. domin. l. 1. §. per ſeruum. 15. & l. qui pignoris 36 cum l. ſeq. ff. de acquir. vel amitt. poſſ.* Licet quoad cauſam vſucapionis, debitor oppignoratam poſſidere dicatur *d. l. 1. §. per ſeruum. 15. ff. eod. l. ſeruus nomine. 16. ff. de vſurpat. & vſucap.* D. Bocer *claſſ. 5. diſput. 19. th. 65. ad lit. F. edit. 2. & in tract. de iure & commodo ſeniorum, &c. lib. 2. c. 6. nu. 159.* Nec obſtat, quod
† emphyteuta rem emphyteuticam oppignorare poſſit *l. tutor 16. §. fin. ff. de pignoratit. act. l. lex vectigali. 31. ff. de pignorib. & hypoth.* & vſufructuario permittatur vſumfructum pignori dare *l. ſi is, qui. 11. §. 2. ff. de pignorib. & hypoth. § minuitur autem. 1. in fin. Inſtitut. de vſu & habitat. l. 1. verſic. ſed ſi res. C. ſi pignus pignori datum ſit.* Nam † argumentum ab em- 4
phyteuta & vſufructuario ad vaſallum non procedit, 5
quoties aliquid diuerſi in vaſallo iure feudali expreſſe ſtatutum

natum reperitur, *argum.cap.1. versi. legum autem Romanorum.de feudi cognit.tit.1. lib.2.F.* Sed & diuersa horum ratio est. Etsi enim fundus emphyteuticus seu fructuarius oppignoretur: nihil tamen fit contra finem emphyteuseos aut vsusfructus. At feudo oppignorato; finis feudi, ad quem constitutum est, domino plane interuertitur: quandoquidem vasallus feudo priuatus, non amplius poterit domino seruitia feudalia, ob quæ feudum constitutum est, præstare; *argum.d.tit.52.versic.per multas. ibi, ac ita omnibus exhausti. & d.tit.55.in princip.ibi. vnde debita seruitia amittebant.lib.2.F.* Hann. *in tracta.feud.cap. 2. pag.349.colum.1.*

6 *Vel hypothecare sine consensu domini.*] Feudum † nec pignori, nec hypothecæ dari posse, præter Clarum nostrum, opinantur Iacob. de Ardizone *in summa feud.cap. 116.* Martin.Laudens. *in capit.1 §.1.num.11.de prohibit.feud. alienat.per Frider.titul.55. libr.2.F.* Iacob.Petr. *de condict.ex mor.profeud. apert. num 3.* Hotomann. *consil.30. volum 1.* Sonsbecc. *in Commentar. in vsus feud. part.12.numer 100.* Wesenbec *de feud.cap.11.num.5.* Vulteius *lib.1.de feud. cap. 10.num.43.* Hackelman. *disput.12.coronid 1.* Matth Stephan.*cent.3.quæstio.3.* Rittershus. *in partit.feud lib.2.capit. 3.quæst.4.* Hunoius *dict.cap.12.pag.in.350.* & Rudingerus *lib.1.variar.lection.intru feud.cap.48.num.7.& seqq.* Verum contrariam sententiam; quod videlicet vasallus impune feudum suum hypothecæ dare possit, veriorem esse, non sine rationibus concludunt Bald. *in d.cap.1.§.1.num. 1.de prohibit.feud. alienat. per Frid. & ibidem* Aluarott. *num. 2.* Curt.iunior. *de feud. part.4.num.95.* Frider. Schenck *in d.cap.1.§.aut si libellario. quib.mod feud. amitt.* Wurmbser. *in pract.obseruat.de feud.obseruat.18.* Hartman. Hartmanni *de feud.obseru.20.* Zasius *in epitom.feud.part.9.num. 18.* Fichard. *consil. 5.num.5.volum 1.* D.Bocer. *d.class 5.disput.19.th.68. & d.tract. de iur. & commodo senior. libr. 2. cap.6.numer.167.& seqq.* Borcholt. *in Comment. in consuetud.feud.cap. 8.num. 60. cum seq.* Iohan. Niell. *in disputat. feud.6.th.7.* Rosenthal. *in synops.feud.capit.9.conclus.15.& in tractat.feud.cap.9 conclus.14.num.1. & seq. aliique ab eo laudati.* Primo enim nusquam hypotheca feudi; sed semper nominatim & in specie pignus prohibetur. *d. titul.*
7 *55.in princip.libr.2.F. & similib.* Quare † cum proprie aliud sit pignus, aliud hypotheca. *l.si rem alienam.9.§.proprie.2.ff.de pignorat.act. l.plebs.238.§ pignus.ff.de verb.signif.§.*
8 *item Seruiana.7.Instit.de actionib.* proprietati † verborum in dubio standum & adhærendum erit. *l.non aliter.69 in princip.ff.de legat.3.* Idque maxime hoc casu fieri debet, vbi in materia odiosa versamur: si quidem propter oppignorationem, inscio domino factam, vasallus feudo
9 suo priuatur. Pœnalia † autem & odiosa interpretatione magis restringi, quam ampliari debere, exploratum est. *l.cum quidam 19.ff.de liber.& posthum.heredib.instituit.l.si fuerit.10.in fin ff.de reb.dub.l.si præses.32.in fin. & l.interpretatione.42.ff.de pœn.l.semper in dubiis.56. l.factum.155.§.vltim.l. rapienda.168.& l.ea, quæ.192.§.1.ff.de regul.iur.cap.odia.15.de*
10 *reg.iur. in 6.* Deinde † illa duntaxat feudi alienatione interdictum est vasallo, qua possessio prædii feudalis transfertur. *d.c.1 §.callidis insuper. ibi.feudum vendunt,& in alios transferunt.de prohib.feud.al. per Frid.tit.55.lib.2.F.* At
11 † per hypothecam non transfertur possessio: cum nuda conuentione constituatur. *d.l.si rem alienam.9.§.2.ff.de pignorat.act.l.contrahitur.4.ff.de pignor.& hypoth. d.§ item Seruiana.7.vers.nam pignoris. Instit. de actionib.* Præterea vasallo interdictum est illa feudi alienatione, per quam ipse feudi reditus amittit: vnde amplius domino debita seruitia, vtpote iam alimentis destitutus, præstare commode non possit. *c.1.de prohib feud.alienat.per Lothar.circa princ.ibi,ac ita omnibus exhausti,&c. d.tit.52.ibi.2.F.& d.tit.55.in princ.ibi, vnde debita seruitia amittebant.lib.2.F.* Sed per hypothecæ constitutionem vasallus non amittit feudi reditus: cum possessionem feudi, adeoque huius possessionis commodum, quod est fructuum perceptio retineat. *l.Fulcinius.7. §.vlt.ff.quib.ex caus.in possess.eat.* Igitur † cessante dispositio- 12
nis fine in hypotheca, cessabit etiam ipsa dispositio, *arg.l.in omni.13.ff.de adoptionib.l.ex facto.43.in princ.ff.de vulg.& pupill. substit.l.adigere.6.§.quamuis.ff.de iur patronat.c.cum cessante.60. ext.de appellationib.*

Nihil refragatur huic sententiæ, quod † per hypothe- 13
cæ dationem peruenitur ad rei venditionem. *l.2.3.& 4.C. de distract.pignor.tot.tit.ff. de distract.pign. & hypoth.* quæ vasallo nequaquam permissa est. *d.tit.55.in princ.vers.habito.ergo.lib.2.F.* & † prohibita alienatione, id etiam prohibitum 14
intelligitur, ex quo sequi alienatio potest, *arg. l.oratio.16.ff. de sponsalib.l.ad rem mobilem. 56.& l.ad legatum. 62.ff.de procuratorib.* Menoch.*cons.116.num.15.& seq.* Nihil, *inquam*, illud refragatur. Quoniam procedit in alienatione simpliciter prohibita, non itidem in ea prohibita alienatione, qua ipsa rei possessio in alium transfertur; qualis est prohibita feudi alienatio, vt qua vasallus commodo fructuve feudi priuatur. De qua feudi alienatione cum feudorum placita tantum loquantur: de alia quauis alienatione minime sunt accipienda: præsertim, cum † prohibitio 15
alienationis sit odiosa: proindeque, in quantum fieri potest, restringenda, *arg.Nouell.108.in præfat.§ nos igitur.2.vers. nouimus igitur,&c. Tiber.Decian. respons 78.num. 37.vol.3.* D. Bocerus *d.tract.de iure & commodo senior lib.2.c.6.num.182.& seq.vbi & aliis obiectionibus occurrit.* Videri quoque poterunt, quæ annotauimus *in §.creditor.4. Instit.quib.mod.re contrahit.obligat.num.177.& seq.*

Addenda hoc loco illa controuersa quæstio est: nunquid, † si feudi dominus in oppignorationem consense- 16
rit, & postea, vasallo sine liberis mortuo, feudum ad ipsum dominum deuolutum fuerit, illa firma maneat, sicque dominus satisfacere creditoribus teneatur? Et satisfacere teneri (vtut reclamerit Matthæus de Afflict. *in cap.1. qui successores teneantur.in vsib.feudor.* Cacheran. *decis. Pedemont. 156.num.6.& 14.* Zasius *in Epit.feud.part.6.num.27.& part. 9.num.8.& 39.* Bursatus *consil.80.num.26.& cons.171. & alij ab eo citati.*) plures rationes euincunt. Tum † quia claris- 17
simi iuris est: quod is, qui consentit contractui, super re aliqua initio, hoc ipso censeatur renunciare iuri, quod in re ista habuit. *l.seruum communem. 38. §.1.ff.de donat. inter vir. & vxor.l.apud Celsum 4. §.quæsitum.12 ff. de dolo mal. & met. except l.4.Cod. de remiss.pignor.* Tum † quia exploratum & 18
hoc est: eum, qui semel consensit, huic consensui iure contrauenire non posse, sed eo nomine perpetuo deuinctum esse, *arg.l.per fundum. 11. ff.de seruitut.rustic.prædior.l.in diem.8.ff.de aqua.& aq.pluv.arcend.l.de accessionibus.14.§.fin.ff. de diuers.& temporal.præscript.l.1.§ prodest.14. versicul.vnde si quis.ff.quod legator.cap.quod semel.21.de regul.iur.in 6.* Tum
† etiam quia magis in specie de domino feudi traditum 19
est: quod ea, quæ ipsius consensu in feudo gesta siue alienata sunt, rata habere teneatur, non solum tum, quando feudum adhuc à vasallo possidetur, sed vel maxime etiam, quando vasallo defuncto, feudum sibi apertum fuerit. *c.1.§.etsi clientulus versic.si vero. de alienat.feud. lib.1.tit.13. feudor.* Et licet feudum per oppignorationem non plane alienetur, sicuti per venditionem: tamen eadem ratio in oppignoratione, quæ in venditione, imo maior esse videtur. Nam si alienatio stabilis ac firma permanet in præiudicium domini consentientis: multo magis firma debet manere oppignoratio, q̃ minus præiudicii domino adfert.
Tum † postremo quia idem suadet ipsa natura negocii. 20
Siquidem oppignoratione constituitur ius reale, quod cum re ipsa transit, ad quemcunque ea peruenerit. *l.si fundus.16 §.in vindicatione ff.de pignorat.& hypoth.* Dominus itaq; cõsentiendo oppignorationi, adstringit se ad naturam illius

rei conformare, & tale ius in feudo constituere voluisse, quod feudum semper comitetur, tametsi istud ad ipsum
21 dominum reuersum fuerit. Sicut † enim pleraque alia, ita etiam consensus domini secundum subiectam materiam, & naturam actus siue contractus, super quo adhibetur, id est, pignoris, adeoque secundum dispositionem iuris est accipiendus, *argu. l. insulam. 6. ff. de praescript. verb. l. si stipulatus. 4. in princ. vers. verum si emptor. ff. de vsur. l. damni. 43. in princ. vers. & quod in stipulatione. ff. de dam. infect. l. si cui. 9. ff. de seruitutib. & l. quanquam. 62. ff. de ritu nupt.* ita nimirum, vt maneat pignus, donec debita pecunia creditoribus offeratur, soluaturque iis modis, quibus iure constitutum est. *tot. tit. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluit.* At que ita, *post Andream de Isern. a se laudatum*, sentiunt & docent Marinus Freccia *lib. 2. de auctorit. & potest. regis erga subfeudatarium. auctorit. 29. num. 8. vers. fallit etiam haec regula, &c.* Hartmann. Pistoris *lib. 2 part. poster. quaest. 48. nu. 14. cum seqq.* Fachineus *lib. 7 controuers. iur. cap* 56. Vult. *lib. 1. de feud. cap.* 10. *num.* 70. Rudinger. *lib. 1. var lection. iur feud. c. 69. num. 2. cum seqq. &* Hackelman. *disp. illustr. quaest. 12. coronid. 2.*

22 Non obstat huic conclusioni, quod † regulariter omnis promissio & conuentio intelligitur, rebus sic stantibus, siue in eodem statu permanentibus. *l. quaero. 54. §. inter locatorem ff. locati. l. quod Seruius. 8 ibique gloss. super verb. potest. ff. de condict. caus. dat. caus. non secut. l. continuus. 137. § cum quis. 6. ff. de verb. obligat. l. ex facto. 43. in princ. ff de vulg. & pupill. substit. l. cum quis. 38. in princ. ff. de solutionib. late* Tiraquell. *ad l. vnquam. 8. C. de reuocand. donat. in praefatione num.* 167. Ideoque consensus domini, super oppignoratione interpositus, locum habere & praeiudicare domino creditur, *rebus sic stantibus*, id est, donec vasallus, qui oppignorauit feudum, vixerit, siue successores eius feudum obtinuerint; non autem, si feudum ad ipsum dominum reuertatur. Hoc, *inquam*, non obstat. Quamuis enim praedictis in legibus promissio facta, propter certas quasdam & iustas causas intelligatur, rebus sic stantibus: non tamen inde sumi potest generale quoddam, ac veluti absolutum axioma: quamlibet conuentionem & dispositionem accipiendam fore, rebus sic stantibus; ita vt quaelibet varietas & mutatio postea contingens ius, immutet, ipsamque
23 promissionem ac conuentionem infringat. Idque † satis relucet *ex d. c. 1. § etsi clientulus. de alienat. feud. lib. 2. tit.* 13. *F.* vbi habetur casus alienationis feudi, cum voluntate siue consensu domini a vasallo factae. Vasallus moritur sine descendentibus masculis, & quaeritur: nunquid facta alienatio reuocetur, an vero subsistat? Si spectetur illud generale pronunciatum: *qualibet promissio & obligatio intelligitur, rebus sic stantibus*: dicendum erit, feudum ad dominum reuerti, alienationem rescindi, consensumque non obstare: siquidem res non amplius sit in eodem statu. At contrarium deciditur *in d. § etsi clientulus.* nimirum stabilem permanere alienationem. Huiusque ratio est: quia
24 † secundum ipsam naturam actus, & intentionem contrahentium, & rei aequitatem iudicandum est, non secundum generales quasdam regulas. Omnis quippe definitio siue regula periculosa est. *l. omnis definitio* 202. *ibiq.* Accurs. & Philipp. Matthaeus *nu. 2. & seq. ff. de reg. iur.*

25. Similiter non obstat, quod † consensus praeiudicare iuri proprio ipsius consentientis non soleat, quoties interponitur & adhibetur pro auctoritate rei gestae, vt valeat. *l. Caius. 14. vbi* Paul. de Castro. *ff. de pignorat. act. l. cum quidam. 26. C. de administra. tut. vel curat.* ac propterea nec in praesenti themate consensus domini obsit aut praeiudicet ipsi in iure proprio; atque adeo non impediat, quo minus vasallo, sine masculis defuncto, feudum libere ad illum reuertatur. *Nam respondetur*: consensum non obesse aut praeiudicare domino circa ius directi dominii, quod habet, & habuit tempore alienationis feudi, neque circa consolidationem vtilis dominii cum directo, modo pignus firmum maneat. Etenim si firma non consisteret feudi obligatio a vasallo facta, domino consentiente: id creditori praeiudicium adferret, & naturae rei gestae re-
pugnaret. Ea † siquidem natura contractus pignoris est, 26
vt maneat ius firmum creditoris, donec pecunia ei persoluta fuerit. Plura argumenta, quae nostrae opponi solent sententiae, sufficienter refutant Fachineus *d. lib. 7. controuersiar. iur. cap.* 56 & Hartman. Pistoris *d. quaestio. 48. num. 25. & multis seqq.* Pleraque etiam diluimus *ad dict. § creditor. 4. Institut. quib. mod. re contrahit. obligat. num. 191. & subseqq.*

Addendum porro & illud est hoc loco: quod † consen- 27
sus a domino feudi oppignorationi, a vasallo factae, praestitus ad vsuras quoque, siue ad id, quod interest, merito
extendatur, *arg. l. quaero. 54. in princ. ff. locat.* vbi † fideiussor, 28
cuius obligatio stricte accipienda est, in omnem causam conductionis obligatus, tardius illatarum per moram coloni pensionum vsuras praestare cogitur. Sicut igitur obligatio fideiussoris ad vsuras extenditur: ita & consensus domini: quoniam dum dominus in oppignorationem feudi consentit: in omnem causam consentire dicitur. *Nec resistit* quicquam, quod ab aduersariis (*nempe* Matthaeo de Afflict. *in c. imperialem. in 12. notab. quaest. 8. num. 23. de prohib. feud. alienat. per Frider.* & Marino Freccia *lib. 2. de auctor. & potest.* Baronis *erga subfeudatarium. quaest. 20. horumque asseclis*) negatur: dominum consentire in omnem causam, dum consentit oppignorationi feudi. *Id enim* concedi poterit, si adiecta certae quantitatis taxatione consentiat; puta consentio, vt feudum oppignoretur a vasallo pro quantitate centum duntaxat aureorum. Caeterum si consentiat simpliciter, nec ad certam pecuniae summam consensus restringatur: aliter erit respondendum, & dicendum: quod hoc casu consensus non ad sortem tantum pecuniae debitae, sed & ad vsuras pertineat. *d. l. quaero. 54. in
princ. ff. locat.* Neque recte replicatur, non † porrigi con- 29
sensum ad vsuras, quae ex mora debitoris vasalli veniunt: cum huius culpa domino nocere non debeat. Mora namq; debitoris vasalli non nocet domino per se & principaliter, sed in consequentiam contractus pignoris, cui dominus ipse consensit. Vsurae siquidem veniunt tacite, & in consequentiam contractus bonae fidei post moram, ex officio iudicis. *l. Lucius Titius. 24. ff. deposit. d. l. quaero. 54. in
princ. ff. locat.* Quare dominus † consentiens pignori, qui 30
contractus bonae fidei est. *§. actionum autem. 28. Instit. de actionib.* videtur consentire in omnem causam, quae ex eo contractu nasci potuit, *arg. l. si quis pro eo. 56. § si summus. ff. de fideiussorib.* Atque ita hanc sententiam, post Ioachimum Camerarium *in d. capit. Imperialem. de prohib. feud. alienat. per* Frideric. & Hartmannum Pistoris *libr. 2. part. poster. quaestio. 49.* defendit Fachineus *dict. libr. 7. controuersiar. iur. caput.* 57.

QVAESTIO XXXVI.

S V M M A R I A.

1 *An vasallus feudum suum in dotem dare filiae possit.*
2 *In dotem datio quaedam alienatio censetur.*
3 *Feudum nullo pacto alienari potest.*
4 *An & quatenus mulier feudum viro suo in dotem dare queat, remissiue.*
5 *De fructibus feudi pater filiae suae dotem constituere potest.*
6 *Nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habet.*

Q*Vod non potest illud dare in dotem.*] Vasallum † feudum 1
suum filiae in dotem dare non posse, aperte recteque
doctum

2 decisum extat tit.4.§.*donare,lib.2 F.* Siquidem † in dotem
datio quædam venditio siue alienatio censetur. *l.sicut.8.§.*
sed si permiserit.13.vers.quod si in dotem dederit.ff.quib. mod.pign.
vel hypoth.soluit. l.lege Fauia.4.ff.de leg. Fab.de plagiar. l.non so-
lum.22.§.si enim.ff.de liberal. caus. & quidem eiusmodi alie-
natio; qua rei possessio & dominium ad alium, puta ma-
ritum, transfertur, *initio titul. Instit.quib.alien.licet, vel non l.*
quamuis.75.in princ.ff. de iure dot.l.prædium.23.C.eod.l. doce an-
3 *cillam.9.C.de rei vindicat.* Iam † vero constat, feudum nul-
lo pacto per vasallos alienari posse, nec in totum, nec in
partes, quocunque titulo: & eos, qui contra faciunt, feu-
da amittere. *cap.1.de prohibit.feud.alienat. per Lothar. & per*
Frideric Iacobin. de S.Georg. *in sua inuestit. verb. ita etiam*
quod ipsi vasalli num 17. Ioan.Blanc *in Epit.iur.feud.lib. 2.cap.*
1.num.95. Sonsbecc. *in Commentar.in vsus feud.part.12.num.*
*79.*Fachin. *lib.7.controuers.iur.cap.77.* D.Bocer. *in tract. de*
*iure & commodo senior.lib.2.cap.6.num.190.& seq.*Rudinger.
lib.1.variar.lect.iur. feud. cap.60.num.4.& seq. Rosenthal.
*in tract.feud.cap.9.membr.1.conclus.*8. Mynsinger. *cent. 4 ob-*
ser.86. vbi hanc sententiam, tanquam veriorem, in Camera obti-
nuisse, attestatur.

Si ipsamet mulier, quæ est vtilis domina feudi, velit se ipsam de
4 *feudo dotare.*] An † & quatenus mulier, nouum vel pater-
num feudum habens, illud viro suo in dotem dare possit,
post Clarum hic nostrum, abunde explicant Mynsinger.
d.obs.86.num.4. Obrecht. *de feud.cap.3.num.134.* Rudinger.
d.lib.1.c.60.num.9.& seq. Rosenthal. *d. cap.9. conclus.9 num.*
6.& seqq. D.Bocer. *d.lib.2.cap.6.num.192.& aliquot seqq. vbi*
rationem diuersitatis, cur fœmina dare feudum in dotem possit,
5 *pater vero pro filia non possit, multiplicem tradit.* Sane † de fru-
ctibus feudi nihil prohibet patrem filiæ dotem constitu-
ere: sicque pro sua persona sese ad huiusmodi fructus
præstandos obligare. Neque enim hæc est alienatio feu-
di: quoniam nullum ius reale in generum transfertur,
sed personale ius, quod socer habet, fructus percipiendi
ex feudo, donec vixerit: cuius morte ius percipiendi fru-
6 ctus expirat: cum † nemo plus iuris in alium transferre
possit, quam ipse habet. *l.nemo plus iuris.54.ff.de reg.iur. cap.*
nemo potest.79.de reg.iur.in 6.l.si vsusfructus. 66.in fin.ff.de iur.
dot. Duaren. *de feud.c 12 num.9.* Zas. *in Epitom. feud part. 9.*
num.8. Schrader. *in tractat. feud.part.8.c.1. num.38.* Mozz
in tit.ex quib.caus.feud.amitt.num.133. Vult. *lib.1.de feud. capit*
10.num.57. Mynsinger. *d.cent.4.obseru 86. num 5.* Gail. *lib*
*1.obseru.117.& lib.2.de pac.publ.cap.17.num.18.*Rosenth.*d.c.9.*
concl.9 nu.1.vbi hanc in sententiam plures citat.

QVÆSTIO XXXVII.

S V M M A R I A.

1 *An & quatenus vasallus prædio feudali seruitutem realem im-
ponere possit.*

2 *Et an valeat alteri concedere vsumfructum.*

NVtrumquid possit vasallus sine consensu domini constituere in re
1 *feudali seruitutem.*] Vasallum † prædio feudali serui-
tutem realem, in sui præiudicium, non item domini aut
agnatorum, imponere posse; & extincto feudo, hanc
quoque seruitutem concidere, clare dispositum est *in tit.*
8 §.res autem. vers.quid ergo. lib.2.F. Idque, vltra Clarum
nostrum, latius declarant Andreas de Isern. Beluis. Bald.
Aluarott. Petr. Rau. Præposit. Afflict. *& cæteri.in d vers.quid*
ergo,&c. Ferrariens. *in form.libelli,de feudi reuocat. verb.nec su-*
perstitibus.num.17. Wesenbec. *de feud.cap.11.num.7.* Hart-
man.Hartm, *de feud.obser.19.* Petrus Duen. *in reg.iur.40.li-*
mitat.10. Borcholt. *in Comment.ar. in consuetud.feud. cap.8.*
num 59.& 62. Rittershus. *lib.2.partit.feudal.c.2.quæst.9.* Bo-
cer. *in tractat.de iure & commodo senioris, &c.lib.2.cap.6.num.*
107.cum seq. Vult. *lib.1. de feud.cap.10. num.40.* Schrader. *in*
tract.feud.part.8.c.2.num.49.& seq. Rudinger. *libr.1.var.le-*
ction.iur.feud. cap.21. Hunn. *in tract.feud.cap.12.pag.335. aliique*
plures, quos refert & sequitur Henricus à Rosenthal. *in tract.*
feudal.cap.9 membr.1.conclus.11.num.1.& seq. Et de eo non-
nihil etiam annotauimus *ad §.ideo 3.Inst. de seruitut.prædior.*
num.27.& 28.

Sed nunquid poterit vasallus sine domini consensu constituere
alteri vsumfructum.] Quod † vasallus inscio & non con- 2
sentiente domino, citra periculum amissionis feudi, v-
sumfructum alteri in re feudali concedere nequeat, præ-
ter Clarum nostrum, tenent, probantque Iacobin. de S.
Georg. *in sua inuestit.verb.ita etiam quod ipsi vasalli. numer.13.*
Isern. Aluarott. Camerar. Balzeran. *& alii in c.Imperialem.*
de prohib.feud.alienat.per Frider. Wesenbec. *de feud.d.c.11.nu.*
*5.*Bocer. *d.lib.2.c.6.num.109.cum seqq.* Mozz. *de amiss.feud.*
*num.132.*Vult. *d.lib.1.de feud.c.10.num.41.* Sonsbecc. *in Com-*
ment.in vsus feud. part.12.num.103. Schneidevvin *in Epitom.*
*feud.part.7 num.11.*Hunn. *d.cap.12.pag.337.*Rudinger.*d.libr.*
1.cap.46 num.5.cum seqq. Rosenthal. *d.c.9.membr.1. conclus.*
10.num.1.vbi plures citat. Tametsi alii non improbabiliter
contrarium tueri conentur, Roland.à Valle *consil. 59. vo-*
lum.1. Pinel. *ad l.1. part.3. num.71.Cod.de bon. matern.* Bor-
cholt. *prædicto cap.8. num. 64. & seq.* Eadem de re vide-
antur, quæ docuimus *ad §.1.Instit.de vsufructu.num.8. cum*
seq. & quæ tradidit Andreas Fachineus *libr.7. controuers.*
iur.cap.79.

QVÆSTIO XXXVIII.

S V M M A R I V M.

1 *An & quatenus vasallus super feudo transigere queat re-
missiue.*

AN *vasallus possit sine domini consensu de feudo transigere.*]
An † & quatenus vasallus super feudo transigere 1
possit sine licentia domini, præter Clarum nostrum, *&*
alios, accurate explicant Zasius *in Epitom. feud. part.10.num.*
*1.*Borcholt. in *Commentar.in consuetud.feud. capit.8. num.44.*
Dn. Collega Bocer. *in tract. de iure & commodo seniorum sida*
domini, itemque vasalli,&c.lib.2.cap.6.nu.219 cum multis seqq.
Rudinger. *libr.1.variar.lection.iur.feudal cap.8.* Schrader. *in*
*tractat.feud.part.8.cap.1.num.43.& seq.*Rosenthal. *in tractat.*
feud.cap.9. membr.1. conclus. 21. aliique non pauci, per eum al-
legati.

QVÆSTIO XXXIX.

S V M M A R I V M.

1 *An & quatenus vasallus in arbitrum vel arbitratorem com-
promittere possit, remissiue.*

NVnquid *possit vasallus de re feudali facere compromissum.*]
An † & quatenus vasallus sine consensu domini in 1
arbitrum vel arbitratorem compromittere possit, præter
Clarum nostrum, exponunt sufficienter Andr. de Isern.
Aluarott. Præposit. Afflict. Rauennas, Frider. Schenck, &
Balzaran. *in c.1.in princ. vers.si autem inter pares. de lege Corra-*
di.tit.34.lib.2.F. Anton Capyc. *in inuestitur feudal.c feudorum*
compromissa.col.2.§ an autem in arbitratorem, &c. Zasius *in*
epit.feud.part.9 num.20. Borcholt. *in Commentar. in consue-*
*tud.feud.c.8.num.45.*Petrus Duennas *in reg.iur.36. limitat.4.*
Hanneron. *de feud.lib.3.c.6.* Mozz. *in tit.ex quib.caus. feud.a-*
mitt.num.140. Thomas Marinus *tit. 2. de feudo ex pacto &*

proud.antiq.num.26. Rittershus*in partit.feud.lib.2.c.2.q.19.*
Rosenthal. *in tracta.feud.c.9.membr.1.conclus.22.& nouissime*
Hunnius *in tract.feud.c.12.pag.343.*

QVÆSTIO XL.

SVMMARIA.

1 *Regulariter vasallus de feudo testari nequit.*
2 *Quibus casibus vasallo de feudo testari liceat.*
3 *Feudum mere hereditarium vt res allodialis seu hereditaria habetur.*
4 *Vbi alienatio permissa est, ibi & heredis institutio permissa censetur.*
5 *Legati feudi æstimatio non debetur.*
6 *Huius pronunciati ratio.*
7 *Quod ipso iure nullum est, nullum potest producere effectum.*

N*Vnquid possit vasallus in suo testamento de feudo disponere.*]
1 Etsi † regulariter vasallus de feudo in testamento
disponere non potest; adeo, vt nec pro anima quidem a-
liquid ei relinquere liceat, *per textus hic & infra numer. 4. à*
Claro nostro adductos: excipiuntur tamen nonnulli casus,
2 in † quibus vasallo testari de feudo permittitur. Primus
est, si feudum mere & absolute sit hereditarium. *cap.vn.de*
feud.non habente propr.feud.nat. tit.48.lib.2.F. Feudum † si-
3 quidem mere hereditarium iure hereditario æstimatur,
& vt res allodialis seu hereditaria habetur, *per notata Clari*
nostri hic num.2. Hartmanni Pistor. *libr.2. quæstio.1. num.61.*
Gaillii *lib.2.obser.154.num.13.* Rudingeri *lib.1.var.lection.iur.*
feud.cap.30.num.8. Henrici à Rosenthal. *in tract.feud.cap.*
2.conclus.35. & cap.7.conclus.6. & D.Collegæ Boceri *class.5.*
disput.18.th.34.lit.D.edit.2.& in tract.de iure succedendi in feud.
c.8.q.3.& cap.4.q.1.in fine. Secundus casus est, si vasallo,
& quibus ille dederit, feudum concedatur. *d.tit.48.lib.2.*
4 *Feud.& tit.26.§.feudum ea lege lib.2.F.* Vbi † enim alienatio
permissa est, ibi & heredis institutio permissa censetur. *l.*
si quis.8.§.certum.2.& §.vlt. C.de secund. nupt. Iacobin.de S.
Georg. *in verb.& quibuscunque.num.3. & in verb.in feudum.*
num.13. Roland. à Valle *cons.3.num.11. volu.1.cons.71.num.6.*
cons.79.num.30.vol.2.cons.16.volum.3.cons.34.num.84.& con-
sil.84.num.19.vol.4. D. Obrecht.*de feud. cap.3.num.105.*Bor-
cholt. *in Commentar.in consuetud.feud.cap.7 part.1.num.6.&*
cap.8.num.76. Tertius casus est, si domini & agnatorum
proximorum consensu testamentum fiat, *arg.tit.39.lib 2.*
F.item argu.l.si debitor.4 §.1.ff.quibus mod. pig. vel hypoth.soluit.
& l.cum quædam.26.C de administrat. tutor. vel curat. Schrad.
in tractat.feud.part.7.c.2.num.15.& seqq. vbi plures limitatio-
nes videre licet.

An legato feudo, debeatur saltem æstimatio.] Communis†
5 opinio est, *teste hic Claro nostro:* vasallum de feudo testari
aut legare adeo non posse, vt ne quidem relicti feudi æsti-
matio debeatur. *c.1.in princ.de success.feud. tit.8.lib.1.c.1. §.do-*
nare qualiter olim poterat feud.alien.tit.9.lib.2.F. ibique Bald.
Aluarott.& Præpositus. item Bartolus, Aretinus *& cæteri*
in l.cum seruum.39. (alias l.apud Iulianum.) §.fin.ff.de legat.1. Fe-
lin. *in c.quæ in Ecclesiarum.7.de constitution* Iacobin. de S Ge-
org.*in verb.& cum pacto, quod cum ipso feudo.num.6.*Paris.*con-*
sil.7.num.14.lib.1. Wesenbec. Vulteius, Heigius & Forster.
in §.non solum.4.Instit.de legat. Roland. à Valle *cons.41. num.*
*31.& cons.71.num.11.& cons.79.num.6.& 7.volum.2.*Francil.
Curt.iun. *in tract.feud.part.4. num 126.* Borcholt. *in d.com-*
mentar.in consuet.feud.cap.8.num.43 Nicol. Euerhard. *in To-*
pic.legal.loc.à feudo ad emphyteusin.num.16 Gail.*lib.2.obser.154.*
*num.14.*Fachin. *lib.5.controuersiar.iur.c.37.* Bronchorst.*cent.*
2.ἐναντιοφανῶν. assert.41.edit.1.& cent.2.miscellan. iur contro-
uers.assert.97. D.Bocer. *d.tract.de iure succedendi in feud.cap.1.*
quæst.8. Rudinger *d.lib.1.var.lect.iur.feud.cap.31.* Arumæus
disput.feud.6.th.3. Schrader. *d.tract.feud. part.7.cap.2. num.9.*
Hœnonius *in quæstionib.illustr.disput.10.thes.24.*Rosenthal.
d.tract.feud.cap.7.conclus.2.num.10 aliique ab eo commemora-
ti. Ratio huius opinionis euidens est: Tum † quia cum 6
legatum vel promissio alicuius rei ipso iure est nulla; sic-
ut ipsa res non debetur; ita nec eius æstimatio, *arg d.l.cum*
seruum.39.§.vlt.ff.de legat.1.& l.multum interest.34.ibique Do-
nell.*ff. de verbor. obligat.* Tum † quia id, quod ipso iure 7
nullum siue inutile est, nullum effectum producere po-
test: sed perinde habetur, ac si nunquam datum aut pro-
missum fuisset, *arg.d.§.non solum.4.ibi, si talis res sit, cuius com-*
mercium non est, nec æstimatio eius debetur.Instit.de legat.& l.non
dubium.5.C.de legib. Quæ huic sententiæ aduersari viden-
tur, abunde refutauit D.Bocer. *d.cap.1.quæstio.8.* Et ea-
dem nos quoque diluimus *ad d.§.non solum.4.Instit.de le-*
gat.num.33.& seq.

QVÆSTIO XLI.

SVMMARIVM.

1 *An & quatenus vasallus possit cum consensu domini alienare feudum in præiudicium agnatorum.*

A*N possit vasallus cum consensu domini feudum alienare in*
præiudicium agnatorum.] Vt † feudum efficaciter & 1
irreuocabiliter alienari possit: non domini solum, sed &
agnatorum feudi successorum consensus necessario exi-
gitur; si paternum siue antiquum (non item si nouum)
feudum fuerit. *tit.39.in princip. lib.2.F.* Verum ea de re,
post Clarum hic nostrum, *& ab eo allegatos*, explicatius
differtant Hartmannus Pistoris *lib.2. quæstionum iur. quæst.*
4.num.1. item quæst.6.& seqq. Mynsinger. *cent.4.obseruat.*
*85.*Borcholt. *in Commentar. in consuetud.feud.capit.8.num.*
145.& seq. Wesenbec. *in epit.feud.cap.11.num.17.* Tho-
ming.*decis.23.num.3.* Vulteius *lib.1.de feud.cap.10.num.72.*
Rosenthal. *in tract.feud. cap.9.membr.1.conclus.28.& seq.alii-*
que ab iis citati.

QVÆSTIO XLII.

SVMMARIA.

1 *An filii & agnati feudum mere hereditarium alienatum reuocare possint.*
2 *Heres tenetur approbare factum defuncti.*
3 *An & quatenus feudum ex pacto & prouidentia nouum alienatum filii vel agnati repetendi facultatem habeant, remissiue.*
4 *Feudum ex pacto & prouidentia antiquum alienatum agnati reuocare possunt.*
5 *Ecquid vasallus feudum antiquum agnato remotiori alienare queat.*
6 *Quomodo & intra quantum tempus feudi alienati reuocatio fieri debeat, remissiue.*

A*Vt enim loquimur in feudo mere hereditario.*] Indubita-
ta & recepta communi calculo conclusio est: quod
† feudum mere & absolute hereditarium, puta pro se. & 1
suis heredibus quibuscunque concessum, alienatum filii
& agnati reuocare non possint. Huiusque ratio manife-
sta est: quia hoc feudum absolute & simpliciter heredi-
tarium in omnibus & per omnia rebus allodialibus, &
aliis bonis hereditariis æquiparatur, adeo, vt non solum
ad filios, sed etiam ad penitus extraneos deuoluatur per-
inde vt reliquæ res hereditariæ *velut indicatum supra ad*
quæst.

2 *quæst.40.num.3.* Omnibus † autem notum est, quod nullus heredum contra factum defuncti venire queat, sed eius factum approbare teneatur. *Lex qua persona.* 149. *ff.de reg.iur.l.cum a matre.14.C.de rei vindicat.* Atque ita, post Clarum nostrum, tenent Ludolph Schrader. *in tract.feud.part.8.cap.8.num.9.& seq.* Hartman. Pistor *quæst.feud.14.num.1.lib.2.part.1.* Vult. *lib.1.de feud.cap.11.num.85* Pruckman. *consil.4.quæst.1.num.24.vol.1.* Michael Graff. *lib.2. recept. sentent.§.hereditas.quæst.12.num 89.* Purel. *ad l.1.C.de bon.matern.part.3.num.96 vers.infertur octauo,&c.* Rosenthal. *in tract.feud.c.9.membr.2.concl.72.nu.6.* Ernest.Cothman. *cons.2.num.176.& seq.vol.1.* *hosq; omnes referens* Matthias Berlichius *part.2.conclusio.practicabil.conclus.57.num.3.& seq.*

Aut loquimur in feudo simpliciter ex pacto & prouidentia.]

3 Feudum † ex pacto & prouidentia nouum alienatum an & quatenus filii vel agnati repetendi facultatem habeant, latissime explicant, multis adductis vtramque in partem & rationibus & auctoritatibus, Hartman. Pistoris *quæst.feud.4.lib.2.part.1.* Andr.Fachineus *lib.7.controuers.iur.cap.8.* Vulteius *d.lib.1.de feud.cap.11.num.84.* Borcholt. *in Commentar.in consuetud.feud.cap.8 num.135.& seq.* Schrader. *d. tract.feud.part 8.c.6.num.15. cum seqq. & c.7. num.31. cum seq.& c.8.num.2.& seqq.* Pruckman. *d.cons.4.q.1.num. 6.vol.1* Matth. Coler. *cons.20.num.55.& seq.volu.1.* Modest. Pistor. *cons.50.quæst.1.num.87.& seq.vol.2.* Ioan.Koppen *decis.54.num.39 & seqq.* Rosenthal. *d.tract.feud.cap.7.conclus.7.num.6.& seq.& 69.membr.1.concl.66.num.1.& seq.& nouissime* Berlichius *d.concl.57.num.15 & plurimis subseqq.*

4 *Aut est feudum antiquum seu paternum.*] Quod † feudum ex pacto & prouidentia antiquum alienatum agnati reuocare valeant, aperte decisum extat *in c.1.§.1.tit.de success.feud.cap.1.in princ.tit.de alienat.feud. patern.c.1.§.1.titul. per quos fiat inuestit.: ur.c.1.§.porro.tit.qual.olim pot.feud.alien.cap.1.§.1.tit.de inuestit.de re alien.fact.cap.1.§.Titius filios tit.si de feudo defuncti content.sit int.dom.& agnat. vasall.* Idque fusius explanant Hartman. Pistor. *quæst.feud.6.num.1.& seqq.d.lib.2.part.1.* Borcholtus *d.cap.8.num.147.& seq.* Matthæus Coler. *decis.95.num.1.part.1.& d.consil.20.num.27.& seq. volum.1.* Vulteius *d.lib.1. de feud.c.11.num.92.& seq.* Schrader. *d.tract.feud.part.8. cap. 8.num.11. & seqq.* Dominic. Cardinal. Tuschus *tom.3.practicabil.conclus.lit.F.conclus.194.num.1.& seq.*

Vasallus alienat feudum in agnatum remotiorem.] Quod

5 † vasallus feudum antiquum ne quidem agnato remotiori, in præiudicium agnati proximioris, alienare possit, quin semper illud proximior recuperare queat, patet *ex d c.1.§.Titius filios.si de feud.defunct.content.sit int.dom.& agnat. vas.* Et abunde explicant Hartman. Pistor. *d. quæstion 6. num.11.& seqq.* Ioan. Koppen. *dict.decis.54.num.53.& seqq.* Cardinal. Tuschus *d.conclus.194.num.11.cum seq.* & Berlichius *dict. part. 2. conclusion. 57. numer. 42. & seqq. vbi de isthac feudi alienati reuocatione accurate & copiose disputat.*

Si proximior agnatus taceat per annum, penitus excluditur.]

6 Quomodo † & intra quantum tempus feudi alienati reuocatio fieri possit & debeat, post innumeros fere alios, longe lateque enarrat Berlichius *d.part.2.conclusionum practicabil.conclus. 60.per tot.*

QVÆSTIO XLIII.

S V M M A R I V M.

1 *An & quatenus filii debita patris soluere teneantur, remissiue.*

1 N*Vnquid filius, penes quem est feudum paternum, vel emphyteusis, teneatur creditoribus paternis satisfacere.*] An † & quatenus filii debita patris, tam ex oneribus feudi, quam oneribus vasalli causata, soluere teneantur, post Clarum nostrum, diligenter explicant Hartman. Pistor. *quæstion.feud.2.num.39.& seq.* Mynsinger. *cent.3.obser.67.* Rosenth. *in tract.feud. cap.7.concl.20.num.23.cum seq.&* Matthias Berlichius *parte 2.conclusion.practicabil. conclus.55.nu.87. & multis sequentibus.*

QVÆSTIO XLIV.

S V M M A R I A.

1 *Feuda maiora, dignitatem regalem annexam habentia, diuidi non possunt.*

2 *Idq; propter honorem & vtilitatem Imperii.*

3 *Magnas familias conseruari, & cuique gentilitati suum splendorem retineri, Respubl.interest.*

4 *Feuda dignitatum soli primogenito acquiruntur: & reliquis filiis sustentationis nomine tantum præstandum est, quantum sufficit.*

5 *Feuda, dignitatem non habentia, diuiduntur.*

6 *De consuetudine etiam feuda dignitatum diuidi possunt.*

7 *Excipitur dignitas Electoralis.*

N*Vnquid feudum possit diuidi.*] Receptissima opinio est;
quod † feuda maiora dignitatem regalem annexam 1
habentia (cuiusmodi est feudum Ducatus, Marchiæ, Co-
mitatus, Delphinatus, Landgrauiatus, Burggrauiatus,
&c.) etiam consentientibus consortibus, diuisioni non
subiaceant, *per textum apertum in c. Imperialem.1. §.præterea
ducatus.de prohib.feud.alienat.per Frider.tit.55 lib.2.F. ibiq;* Bel-
uis.Isern.Bald.Laudens.Aluarott.Præposit.Rauenn.Afflictus,
Schenck Baro, Hotoman.& Balzaranus *num.4.5.
& 11.* Et, præter Clarum nostrum, *& ab eo relatos hic,*
testantur Zasius *in epit.feud.part.9.num.vltim.* Borcholtus
in Commentar.in consuetud.feud.cap.7.part.2.num.41. Mozz.
de diuis.feud.num.43. Bocerus *in tractat.de iur.succed.in feud.
cap.3.quæst.48.* Intrigliol. *in cent.sua feud.q.39 num.1.& seqq.*
Schrader. *in tract.feud.part.8.cap.2.num.39.* Henricus à Ro-
senthal. *in tract.feud.cap.9.membr.1.conclus.55.aliique fere infi-
niti, ab his congesti.* Ratio, cur † istiusmodi dignitatum feu- 2
da diuidi nequeant, est vtilitas, fauor & honos Imperii, vt
scilicet Principatus integri permaneant, ac per vnum sub
regula politica commodius atque tranquillius admini-
strentur, *docente hic Claro nostro.* Vnum quippe Imperii
corpus, vnius animo regendum videtur: sicuti ab vno
gubernatore, vna nauis, *vt eleganter scribit Lipsius lib.2. Po-
litic.c.2.* Schenck Baro *in capit 1.§.& quia, num.16.de his, qui
feud.dar.poss.* Deinde † Reipubl interest. magnas familias 3
conseruari, & cuique gentilitati suum splendorem reti-
neri. Nam moderatori Reipublicæ ciuium vita proposi-
ta est: vt ea opibus firma, copiis locuples, gloria ampla,
virtute honesta sit, *quemadmodum scite scriptum reliquit Cice-
ro lib.5.de Republ.* Rudinger. *lib.1.var.lection.iur feud.c.51.nu.5.
& seqq. vbi plures rationes adducit.* Prædictæ † igitur digni- 4
tates perpetua successionis serie apud vnum, primogeni-
tum nempe consistent: reliquis autem filiis natu minori-
bus, tantum à primogenito præstandum est, quantum ad
honestam vitæ sustentationem sufficiat, pro generis splen
dore & facultatibus ipsius Principatus: modo tamen pri-
mogenito supersit, quo Principis dignitatem commode
tueatur. Schenck Baro *in d.c.1.§.& quia.nu.17.de his, qui feud.
dar.poss.* Guil.Ranchin. *in tract.de suc.ab intest.§.10 num.4.*
Rudinger. *d.c.51.num.9. & 10.* Paulus Berens *disput. feud.1.
th.36.& vniuer* D. Besold. *lib.1.dissertat. 5. vbi eleganter ea de
re disput.*

Inferiora feuda, quæ non habent dignitatem annexam,

vtique

5 *vtique diuidi possunt.*] Feuda † inferiora, & dignitatem regalem annexam non habentia, inter coheredes diuidi posse, constat *ex textu in c.1.§.omnes filii. ibique Feudistæ communiter. si de feud.defunct.content. sit int.dom.& agnat.vas.tit.26.lib.2.F.& d.c.1.§.præterea ducatus tit.55.lib.eod.* Quam rem, *post plurimos à se allegatos*, plenissime explicat Henricus à Rosenthal. *d.cap.9.conclus.53.& Vulteius libr.1. de feud.cap.8.num.36.*

6 *De qua consuetudine attestatur.*] Quod † hodie vi consuetudinis, tum apud exteros, tum præcipue apud Germanos receptæ, feuda dignitatum maiorum diuidantur, non solum ratione iurisdictionis & administrationis; sed etiam ratione bonorum & dominii vtilis, præter Clarum hic nostrum, testes sunt Andreas Gail. *lib.2.obser.153.nu.1.* Zas.*d.part.9.nu.22.& fin.* Wesenb.*in addit.4.* Schneidew. *in §.quadam actiones.tit.de fam.erc.ast.nu.38.* Schurph.*cent.1.cons.17.nu.5.* Challen. *in consuetud.Burgund.de feud.rubr.3.§.6.num.11.* Tiraquell.*de iure primogenit.quæst.4.num.37.* Henning. Göd. *cons.20.num.4.* Hartman.Hartm. *2.obser.20.in princ.* Vulteius *d.cap.8.num.36 pag.337.& seq* Andreas Knichen. *in tracta. de Sax.non prouoc. iure ad verbum, Ducum.c.3.* Goldast *lib.1.de in.storat.c.21.num.7.* D. Besold. *d.lib.1.dissert.*
7 *6.num.5. aliique per hunc relati.* Excipitur † tamen Electoralis dignitas, quam Imp. Carolus IV. indiuiduam esse, & ius primogenituræ in illa locum habere voluit, *vt videre est in aurea Bulla, rubr.* Von der Ertzbischoffen Segen. §. Wiewol auch/ rc. & notant quoque Gail. *loco præællegato*, Rudinger. *dict.libr.1.cap.51.num.12.* & Bocerus *d. disput.1. th.58.*

QVÆSTIO XLV.

SVMMARIA.

1 *Quæ ad feudi præscriptionem necessario requirantur.*
2 *Triginta annis feudum in quauis re, siue profana, siue ecclesiastica, præscribitur.*
3 *Lex vbi non distinguit, nec vobis distinguendum.*
4 *Res publica & ecclesiastica, quanti temporis præscriptione acquirantur, iure communi.*
5 *Dictio, per, temporis consummationem significat.*
6 *Vasallus præscribens quo animo fundum possidere necesse habeat.*
7 *Nemo causam possessionis suæ mutare potest.*
8 *Præscriptio sine bona fide non procedit.*
9 *Possessio in præscriptione feudi qualis esse debeat.*
10 *Possessio ac tempus defuncti prodest etiam eius heredi.*
11 *Præscriptio feudi requirit seruitium vasalli.*
12 *An feudum, sine domini & agnat. vasi consensu, per vasallum alienatum, a tertio bonæ fidei emptore annis 30. præscribatur.*
13 *Feudorum alienationes nullius temporis præscriptione confirmari possunt.*
14 *Mens & interpretatio tit.9.§.donare.lib 2.F.*
15 *Quatenus glossæ testimonio standum.*
16 *Coniecturis locus esse solet in dubiis atque incertis, non item in claris.*
17 *Num dominus 30. annorum spacio libertatem aduersus vasallum præscribere possit.*
18 *Res qualibet ad suam naturam facile redit.*
19 *Seruitutem debens vrbanam, prædii sui libertatem vsucapere potest.*
20 *Vsufructuarius quanto tempore vsumfructum acquirat, & amittat.*
21 *Eodem modo quodque dissolui debet, quo colligatum est.*

1 **A***N feudum præscribi possit.*] Generaliter hic addendum: quod † ad feudi præscriptionem tria potissimum requiruntur. Primum est, quod vasallus fundum possederit per triginta annos. *c.vnic.§.si quis per 30. annos. si de feud. defunct. contentio, &c. tit 26. lib. 2.F.* Et † quidem triginta 2 annos ad præscribendum feudum in re qualibet, siue priuata sit, siue publica, & siue profana, siue ecclesiastica, siue etiam ius regale, siue non sit, sufficere probabilius videtur. Tum † quia vbi textus generaliter loquitur, & non 3 distinguit, nec nos distinguere debemus, *argu.l.3.in fin.ff. de offic.præsid.l.1 §.4.ff.de offic.præfecti vrbi.l.de pretio.8.ff.de public.in rem act.* Tum quia licet præscribens in eiusmodi aliqua re ius feudi acquirat: non tamen ipsam rem publicam & ecclesiasticam, vel ipsum ius regale acquirit: sed ea res Ecclesiæ Reiue publicæ manet, vt & ius regale Principis. *Et ita docent* Nicolaus de Neapol. *in l.fin. C.de fund.patrimonial.* Frider Schenck Baro *in d.c.vn.§.si quis per triginta annos.si de feud.defuncti content.&c. num.4.* Vulteius *lib.1.de feud.cap.9 num.8.* Hunnius *in tract feud.cap 11 pag.318. colum.2.* Dn.Collega Bocerus *class.5 disput.17.th.15.lit.C.e.dit.2.& in tract.de præscript.feudi.cap.2.num.19.& seq.* Tametsi contrarium crebrioribus Doctorum calculis sit receptum: quod † nimirum feudum in rebus publicis & ec- 4 clesiasticis non nisi 40.annorum, & in iure regali, non nisi temporis immemorialis præscriptione acquiratur: eo quod iure communi tantum temporis ad istarum rerum præscriptionem exigatur. *Auth.quas actione: C.de sacros.an.E.Eccles. Nouell.111.& Nou. 131.c.6.c.super quibusdam.26.§.præterea.extr.de verb.signif.* Andr.de Isern. Præposit. Aluarott. Laudens. *& alii in d.§ si quis per triginta annos, &c.* Bald. *in c.vnic §.fin.de feud.dat.in vicem leg.commiss.* Mynsinger. *cent. 4.obser.29.* Zasius *in Epit.feud. part.6. num.51* Duaren. *de feud.c.8.num.3.* Borcholt. *in Commentar.in consuetud.feud c.7. part.3.num.8.& alii, quos refert & sequit.* Henricus à Rosenthal.*in tractat.feud.cap.6.conclus.78.* Sed † & triginta il- 5 los annos completos esse oportet: siquidem dictio, *per, in d.§.si quis per 30. annos, &c.* vsurpata, temporis consummationem denotat, *argum.l.vrbana familia.66 §.1.ibique* Gœddæus *num 3.ff.de verb.significat.* Ideoque vltimus annus cœptus non habendus fuerit pro completo, *argum.l. In omnibus. 6.ff.de obligat.& actionib.* Præposit. & Schenck. Baro *num.1. in d.§.si quis per 30. annos, &c. &* Vulteius *d. cap.9.num.10.*

Alterum, ad † feudi præscriptionem necessarium, est: 6 quod vasallus fundum tanquam feudum possederit, *per textum in d.tit.26.§.si quis per triginta.ibi. rem aliquam vt feudum, possedit. vbi* Baldus, Aluarottus, Præpositus, *& ceteri. lib.2.F.* Quia si fundus alio possideatur siue habeatur animo: possessio ad effectum præscribendi feudi nihil prodest, *per notata* Francisci Balbi *in tractat. de præscript.part.4. quarta princip.quæst.12.num.1.pag 264.* Vulteii *d.lib.1.de feud. cap.9.num.12.&* Ioannis Borcho *t. d.1.7.part.3.num.6.* Vnde si possederit quispiam fundum iure pignoris: vt maxime cætera ad præscribendum feudum necessaria adfuerint: nihil tamen possessio triginta annorum ipsi proficiet. Tum † quod fundum possedit non animo haben- 7 di feudum, sed animo habendi pignus. Tum quod nemo possessionis suæ causam mutare potest. *L.3.§. illud.19. ff.de acquir.vel amitt.possess.l. non solum 33. §.1.ff.de vsurp.& vsucap.l.2. §.1.ff. pro herede.* Tum † etiam quod ne in feudis 8 quidem præscriptio sine bona fide, ex dispositione iuris Canonici, in Camera Imperiali in doctrina præscriptionum approbari, procedit. *c.vlt.extr.de præscriptionib.* Mynsinger. *cent 4.obser.6.* Atque hanc, tanquam communiorem, sententiam amplectuntur etiam Iacobus de Beluiso, Martinus Laudens. Nicol. de Neap. Petrus Rauenn. & Schenck Baro *in d.§.si quis per 30 annos.* Kirchouius *in thesaur.commun.opin. lit.F.in verb.feudi præscriptio. &* D. Bocer. *d. tract. de præscript.feud.cap.3.num.10.* Sane † possessio 9 illa non solum iusta, bonaque fide suffulta; sed & continua,

ι̃ua, sicque non interrupta esse debet. Quemadmodum enim possessionis continuationem ius commune exposcit. l.3. l.si is. qui. 15. l.possessio.20. l. nunquam. 31. §.1. l.non solum 33.§. qui pignori. 4.ff.de vsurp. & vsucap. l.2. Cod. de præscript.long.tempor.c.sicut illud 8.in fin.cap. auditis.15. extr.de præscriptionib. ita eandem quoque ius feudisticum desiderat, sicuti arguit particula illa. per, posita in d.tit.26.§.si quis per 30.annos.lib.2.F. vbi Bald.num.2.& Frideric.Schenck num. 3.

10 Et † quemadmodum possessio ac tempus defuncti iure communi prodest etiam eius heredi. §. diutina. 12. Institut. de vsucapionib. l. Pomponius.13. §.sed & legatario, 10. ff.de acquir. vel amitt. possess. l. cum miles. 30. in princip ff. ex quib. caus. maiores, &c. l. vnic. post medium. ibi, vt continuetur ei possessio. Cod. de vsucap. transform. ita etiam idem in feudi præscriptione obtinere creditur, docente accuratius Dn. Bocero dict. tract. de præscript. feud.cap.3.num. 5.& seqq.

11 Tertium † præscriptionis feudi requisitum est: vt vasallus domino seruitium exhibuerit. d.tit.26.§.si quis per triginta. ibi, seruitium domino exhibuerit. libr.2.F. Et quoniam textus dicit seruitium, & non seruitia: recte inde Doctores colligunt communiter, quod sufficiat, semel intra 30. annos vasallum domino seruitium præstitisse: nec necesse sit. vt singulis id annis exhibuerit, Andreas de Isernia, Petrus Rauennas, Laudens. Aluarott. Præposit.& Schenck Baro num 6.in d.§.si quis per triginta. Borcholt. prædicto cap 7.part 3.num.7. Rolandin. à Valle consil. 3.num.79. volu.1. Alexand. cons.70. volu.3.Balbus d tract.de præscript. 5.part.quartæ princip.quæst.12.num.1.pag.265. Vult. d.lib.1.de feud.cap.9.num.15. D. Obrecht. disput.26.th.210. & seqq.

Si autem quæritur de præscribendo vtili dominio contra domi-

12 num.] Valde controuersia quæstio est: an † feudum, absque domini agnatorumque consensu per vasallum alienatum, à tertio bonæ fidei emptore triginta annis præscribatur? Quidam opinantur; bonæ fidei possessorem (qui videlicet putat, domini & agnatorum consensu feudum in se alienatum esse) triginta annorum cursu tam contra dominum ipsum, quam contra agnatos feudum istud præscribere; malæ vero fidei possessorem (qui nimirum scit, vasallum hoc feudum citra domini agnatorumque consensum alienare haud posse) ad præscribendum desiderare tempus immemoriale, Gloss. in c.1.§. præterea de capitulis Corradi. tit. 40. libr.2.F. ibique Iacob. de Belviso, Nicol de Neapol. Baldus, Præposit. Aluarottus, Petrus Rauenn.& Cuiacius. item Schraderus in tractat.feud.part. 5.c.4.num 9. Wesenbec. de feud. cap.11. Tiraquell. lib.1. retract.§.1. gloss.10. num 9. Ferrariens. in forma libell. ad reuocat. feud. Wurmbser. obser. pract.15.titul. de feud. Borcholt. d. Comment.ar. in consuetud. feud.cap.7. part.3. num.13. Gail. lib.2.obseru. 160.num.1 & 2.eosque cum aliis referens Henricus à Rosenthal.in synops.iuris feud.c.6.conclusio. 150.& c.9.conclus.132.ad lit. A. item in tract.feud. c.9.membr.2. conclus.97. num.19.sub lit.H. Alij † ex aduerso existimant:

13 triginta annorum præscriptionem domino, bona feudalia per vasallum in extraneum aliquem alienata vindicare volenti, nequaquam nocere, per textum in tit.40. §.præterea,& tit.55.§ vnde Imperator Lotharius.lib.2.F.& tit. 83.in extraordinar. capp. quibus in locis expressum est, feudorum alienationes nullius, ac proinde nec longissimi temporis præscriptione confirmari posse.

14 Cum † non obstat textus in c.1.§ donare.vers. præscriptione autem. Qualiter olim poterat feudum alienari. tit.9. libr.2.F. vbi habetur, quod præscriptione triginta annorum tam sciens, quam ignorans submouebatur. Nam totus ille titulus historicam duntaxat delationem complectitur iuris veteris, non eius iuris, quod Feudista per omnia obseruari voluit, vti perspicue indicat inscriptio tituli, qualiter olim poterat, &c. & verba in ipso textu, poterat olim vasallus, &c. hoc licebat ei, &c. culpa amittebat, &c. nullius curia poterat, &c. & maxime verbum illud submouebatur. Nec ad rem pertinet, quod regeritur, rem allodialem annis triginta etiam hodie, vt feudum, plene præscribi; atque ideo videri rursum rem feudalem, vt allodialem, præscribi posse, prædicto tit.26 §.si quis per triginta.lib.2.F. Quia hæc longe diuersa sunt, nec eadem vtrinque militat ratio. Siquidem in nostro casu (vbi scilicet feudum præscribi videtur, vt fiat allodium) Reipublicæ magnum infertetur præiudicium: propterea quod ei periret seruitium à vasallo præstandum. Ast in casu dicti §.si quis per triginta (vbi allodium præscribitur, vt fiat feudum) non patitur Respublica damnum, sed potius percipit commodum: cum vasallus domino seruitium præstare, sicque Reipublicæ prodesse teneatur. Ratio namque, quæ Imperatores mouit, vt prohiberent, ne triginta annorum lapsu feuda præscriberentur, non parua fuit. Videbant quippe, Reipublicæ ingens imminere detrimentum, nisi illud prohiberetur. Vasalli etenim distractis feudis, adeoque bonis exuti seniorum seruitia subterfugiebant: per quod Imperii vires valde attenuari constabat, dum proceres milites suos, hoc est, vasallos, ad expeditionem Principis traducere non poterant, vt arguit textus in c.1.de prohib feud. alienat.per Lothar.tit.52.& c.1. de prohib. feud.alien. per Frider. tit. 55.libr.2.F.

15 Nihil † quoque refragatur Glossa in d.tit.40 §.præterea.lib.2.F. vbi Doctores plerique autumant, glossam ordinariam in dubiis esse testem firmissimum. Primo enim glossæ isti opponimus aliam glossam contrariam, ex qua satis euidenter apparet, feudo nullam, ne quidem longissimi temporis obstare præscriptionem, in cap.1.§.1. vers.quid ergo. in verbi per longa tempora. de inuestit.de re al.fact. tit.8. libr.2.F. & sic glossa vna per alteram confunditur. Deinde libenter largimur, non esse firmiorem testem, quam glossam ordinariam, quando scilicet res anceps & dubia est: quoniam † in dubiis ac in incertis, non i- 16
tem in claris & certis locus esse solet coniecturis. l.continuus.137.§.cum ita stipulatus. in fine.ff.de verb.obligat. Cum ergo textus in dict. titul.40. §.præterea. & d.titul. 55. §.vnde Imperator, libr.2.F. & in d. titul. 83. in cc. extraordin. pro confirmatione nostræ sententiæ supra in medium adducti, clarissime disponant, feudum vllo tempore præscribi non posse: coniecturandum hic, aut dubitandum minime esse, quiuis vel communi sensu præditus intelligit. Neque enim à claris & indubitatis textus verbis recedendum est, etiamsi mille glossæ & Doctores contrarium teneant. Atque ita, vltra Clarum nostrum, & ab eo memoratos, hanc sententiam defendunt Franciscus Sonsbeccius in Commentar. ad vsus feudor. part. 12.num 156. cum multis seqq. Decian. consil.24.num.108. volum.1. Vulteius libr.1.de feud.cap. 9. num. 20. Rosenthal. sibi contrarius in d.tract.feud. cap.9. membr.2. conclusio.97.num.37.cum seq. & D. Bocerus dict. class.5. disputat. 17. thes.23. edition. 2. & dict. tractat. de præscription. feudor. capitul. 2. num. 99. & seqq.

Non prætereunda hoc loco & illa quæstio est: vtrum
† dominus contra vasallum triginta annorum spatio 17
libertatem præscribere valeat? Et merito receptum est: quod, si dominus rei feudalis possessionem nactus, eam 30.annis pro allodiali & libera, sine contradictione vasalli seu agnati, tenuerit; vtilis dominii cum proprietate consolidationem præscripsisse censeatur. Tum † quia 18
res quælibet ad naturam suam facile redit. can.ab exordio. 35. & ibi gloss.ad lit.L. dist.35.§.cum in suo solo.29.in fine. Instit.de rer. diuis.l.si vnus.27.§.pactus ne peteret.ibique Iason num.5.& seqq. ff.de pact.l.hac consultissima.21.§.si quis autem.3. C. de testamen-

tis.

19 *in.* Tum † quia in simili ille, qui seruitutem debet vrbanam, prædii sui libertatem vsucapere potest, *l. sequitur. 4. §. vlt. ff. de vsurpat. & vsucap. l. hac autem iura. 6. ff. de seruitutib.*
20 *prædior. vrbanor.* Tum † quia vsufructuarius, cui vasallus similis est, *argu. tit. 23. § vlt. lib. 2. F.* longo tempore vsumfructum acquirit. *l. vlt. in fin. C. de præscript. longi temp.* & acquisitum non vtendo tempore eodem amittit. *l. placet. 25. & l. si vsusfructus. 28. ff. quib. mod. vsusfruct. amitt. l. fin. C. de seruitutib. & aqua.* Quare & vasallus, qui feudum longissimi temporis præscriptione acquirit, acquisitum non vtendo, eodem temporis cursu perdit. Nihil † quippe tam
21 naturale est, quam eodem modo quodque dissoluere, quo colligatum est. *l. nihil tam naturale. 35. ff. de regul. iur.* & omnia, quæ iure contrahuntur, contrario iure pereunt. *l. omnia. 100. ff. eod.* Atque isthanc sententiam suffragiis consentientibus approbant Baldus, Præposit. Rauennas, Aluarott. *num. 5.* & Schenck Baro *num. 6. in fin. ad d. tit. 26. §. si quis per 30. annos. lib. 2. F.* Panormitan. *in c. ad audientiam. 13. in fin. ext. de præscript.* Zasius *in Epito. feud. part. 6. num. 33.* Mynsinger. *cent. 4. obs. 28.* Borcholt. *in d. Comment. in consuet. feud. cap. 7. part. 3. num. 11.* Vulteius *d. lib. 1. de feud. c. 9. num. 17.* Rosenthal. *d. synopsi feud. capit. 6. conclus. 155. & d. tract. feud. c. 6. conclus. 83.* Hanneton. *lib. 2. feudor. cap. 1.* Schneidevvin. *de feud. par. 4. num. 53.* D. Hun. *d. tract. feud. cap. 11. pag. 3.8 & D. Bocer. d. class. 5. disp. 17. th. 18. & d. tract. de præscript. feud. cap. 2. num. 46. & multis seqq.* vbi plures vtiles quæstiones, feudi præscriptionem concernentes, diligenter explicat. Videri quoque poterunt, quæ annotauimus *ad principium tit. inst. de vsucap. num. 115. & seqq.*

QVÆSTIO XLVI.

SVMMARIVM.

1 *An & quatenus feudum filio in legitimam imputetur, remissiue.*

1 N*Vnquid feudum imputetur filio in legitimam.*] An † & quatenus feudum in legitimam filius imputetur, post Clarum nostrum, *& alios complures ab ipsis recitatos,* latissime declarant Hartmannus Pistoris *in quæstionib. iur. lib. 2. part. 2. quæst. 38.* Ludolph. Schrader. *in tractat. feud. part. 7. cap. 5. num. 43. cum seqq. &* Henricus à Rosenthal. *in tract. feudal. cap. 7. conclus. 13.*

QVÆSTIO XLVII.

SVMMARIA.

1 *An & quatenus vasallus arbores fructiferas incidens feudo cadat.*

2 *Vasallus alias arbores in locum succisarum substituens, feudum non amittit.*

N*Vnquid vasallus possit incidere arbores fructiferas.*] Quod
1 † vasallus arbores fructiferas incidens feudo cadat; ita tamen, si eo ipso feudum notabiliter & insigniter deterioretur, post Clarum nostrum, *& alios*, tradit prolixe Henricus à Rosenthal. *in tract. feud. cap. 10. conclus. 33. num.*
2 *2. & seqq.* Si † tamen vasallus alias arbores in locum succisarum substituat, eum feudum non amittere verius putant, *arg. l. agri. 18. ff. de vsufruct.* Paul. de Castro, Alexander & Iason *in l. si vt certo. § si fundum. ff. soluto matrimon.* Schrader. *in tract. feud. part. 9. c. 6. num. 71.* Quos refert & sequitur Dn. Collega Bocerus *class. 5. disput. 20. th. 67.*

QVÆSTIO XLVIII.

SVMMARIA.

1 *Vtrum vasallus, cum vidua domini defuncti stuprum committens, feudo suo mulctetur.*

2 *Vasallus feudum perdit, si cum vxore domini viuentis concubuerit.*

3 *Ablatiuorum absolutorum natura & proprietas.*

4 *Conditione deficiente, deficit etiam dispositio.*

5 *Vasallus grauem iniuriam domino inferens, feudo priuatur.*

6 *Patrono tam viuo, quam mortuo, semper reuerentia exhibenda.*

7 *Ratio diuersitatis, cur facilius legatarius legato, quam vasallus feudo priuetur.*

8 *Vasallus, intra luctus tempora viduam domini vitians, feudum amittit.*

Q*Vid, si post mortem domini committat stuprum cum eius vxore vidua.*] Ardua quæstio est: vtrum † vasallus, cum 1
vidua domini defuncti stuprum committens, feudo suo mulctetur? Et mulctari, communiter Feudistæ affirmant, Andr. de Isern. Nicol. de Neapol Matth. de Afflict. Aluarott. & Præposit. *in c. 1. §. item si fidelis. quib. mod. feud. amitt. lib. 1. tit. 5. F. Clarus noster hic, & infra lib. 5. sent. § stuprum. num. 8.* Zasius *in Epito. feud. part. 10. num. 27.* Curt Iunior. *in tract. feud. in 4 parte principal. num. 16. vers. secundo casu, &c.* Ioan. de Gattonib. *in l. 1. num. 35. C. de secund. nupt.* Tiraquell. *in tract. de nobilitate c. 18 num. 9.* Conrad. Rittershus. *lib. 2 partition. iur. feudal. q. 103. pag. 458.* Schrader. *in tracta. feud. part. 9. c. 2. num. 5.* Henricus à Rosenthal. *in synopsi iur. feud. cap. 10. conclus. 55. & tract. feud. cap. 10. conclus. 27. num. 3. & seqq. aliique ab his laudati.* Sed † contraria sententia veritati ma- 2
gis consona videtur, *per textum in c. . §. fin. de feudo sine culpa non amitt.* vbi diserte dicitur: vasallum beneficium suum amittere, si concubuerit cum vxore domini sui, *domino viuente.* Quibus posterioribus verbis, *domino viuente*, apertissime ostenditur: vasallum, qui vxorem domini stupro maculat, ita demum beneficio suo priuari, si domino viuente, non autem si eo mortuo, istud admiserit. Nam † 3
verba hæc, *viuente domino*, sunt duo ablatiui absoluti: quorum eam naturam esse omnibus in confesso est, vt conditionem inducant, siue conditionalem dispositionem faciant. *l. ab emptione. 58. ff. de pact. l. creditor. 13. in princip. ff. qui potior. in pign. vel hypoth. hab. l. cuiclu agris. 18. & l. lite contestata. 35. ff. de vsur. l. fructus. 7 §. diuortio facto. ff. solut. matrim. l. acceptis. 93. ff. ad leg. Falcid. l. facta. 63 §. rescripto ff. ad SC. Trebellian.* Gomez *tom. 1. var. resolut c. 11. num. 4. vers. qui artus effectus, &c.* Atqui † conditione deficiente, deficit etiam dispositio. *l. hæc 4
venditio. 7. in princ. ff. de contrah. empt. l. necessario. 8. ff. de peric. & commod. rei vend. l. legata. 41 & l. quis heredi. 44. in fine. ff. de condit. & demonstrat.* Crauett. *consil. 170. num. 8.* Atque huic suffragantur sententiæ Baldus *in d. c. 1. §. fin. de feud. sine culp. non amitt.* Schenck. Baro *ad d. tit 5. § item si fidelis. lib. 1. F.* Eguinarius Baro *lib. 3. de benefic. c. 3.* Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 11 num 31. vers. quid de vidua, &c.* D. Bocer *class. 5. disput. 10. th. 56. lit. C. edit. 2.* Niellius *disput feud 8. th. 5 lit. B.* Gothofredus Anton. *disput feud. 11 th. 5 ad lit. B.* Arithmæus *disput. 9. Collegii criminal. th. 6. ad lit. D. circa finem. & nouissime* Hunn. *in tract. feud. cap. 14. pag. 385.*

Non obstat, quod † vasallus grauem offensionem siue 5
iniuriam domino suo inferens, feudo sit priuandus, *tit. 23. in princ. vers. de illa tamen. ibi, egregia ingratitudinis causa tit. 24. §. præterea. § item si delator. & § denique vers. si vero. lib. 2. F.* Ad hoc enim, vt vasallus feudo priuetur, ob iniuriam domino illatam, necesse est, istam iniuriam domino viuenti esse

esse factam. Ast in proposita quæstione iniuria mortuo iam domino est irrogata: quam longe leuiorem esse, quam si viuenti imposita fuisset, certum est. *Tum* quia facile obliteratur & extinguitur: *tum* quia nullo doloris sensu à defuncto percipitur: *tum* denique quia vasallus, domino mortuo, alium confestim dominum habet, defuncti scilicet successorem: vt huic tantum, non etiam amplius defuncto domino fidem debeat. Quamobrem placitis feudalibus decisum est: vasallum stuprando vxorem domini viuentis, iniuriam ei fecisse grauiorem, quam si viduam domini defuncti stupro violasset: & propterea priore casu, non vero posteriore, feudo priuandum esse.

6 Nihil item obstat, quod † semper reuerentia patrono exhibenda est, tam viuo, quam mortuo. *l. apud Celsum. 4 §. aduersus parentes. vers. semper enim ff. de doli mali & met. except.* & quod libertus, cui legatum aut fideicommissum patroni testamento relictum est, quasi indignus eo carere iubetur, si patronum suum post mortem eius, quasi illicitæ mercis negociatorem detulerit. *l. 1. ff. de his, quæ vt indignis auferunt.* Illud namque vtrumque, quod his legibus affertur, respicit duntaxat probrosum patroni factum, quod libertus, ne mortuo quidem patrono, manifestare debet: ne, eo detecto, etiam mortuus patronus infamiæ macula notetur. At defuncti domini viduam stupro contaminare, non est turpe aliquod eius factum manifestare: neque inde vlla infamia ad ipsum defunctum dominum redundat. *Adhæc* ingratitudo, quæ ex dictis legibus colligitur, indignum quidem legatarium legato vel fideicommisso, à testatore sibi relicto, reddit: verum illud ad beneficium feudale porrigendum non est, vt ob easdem omnes causas, propter quas legatarius legato priuatur, etiam vasallus feudo exui debeat: cum grauior ingratitudinis causa, ad priuationem feudi,
7 quam ad priuationem legati requiratur. Ratio † differentiæ, cur facilius legatarius legato, quam vasallus feudo, propter ingratitudinem priuetur, hæc est: quia legatum mere est lucrosum & gratuitum. Feudum autem, quamuis beneficium sit, *tit. 23. circa finem. libr. 2. F.* attamen non mere gratuitum censetur: quoniam vasallus pro feudo accepto, ad seruitia militaria, aliaque multa onera, domino obligatur, *per textum in c. vnic. vers. & si contigerit. de noua form. fidelit. & in c. vnic. in princ. hic finitur lex tit. 28. lib. 2. F.* Borcholt. *in Commentar. ad consuetud. feud. capit. 2. num. 22. & seqq.*

8 Enimuero † vasallum, qui intra luctus tempora viduam domini vitiat, dignum esse amissione feudi, recte statuitur. Tum quia vidua, quæ intra luctus tempus alium veneris causa marem admittit, suspicionem de se mouet adulterii, viuo marito cum altero illo mare commissi. *Nouell. 39. cap. 2. vers. si enim illas, &c.* Tum quia mas, qui intra luctus tempus cum vidua concumbit, occasionem præbet turbando sanguini defuncti mariti. *l. liberorum. 11. §. 1. in fine. ff. de his, qui not. infam.* Atque hisce rationibus moti, hanc sententiam tuentur Rolandus à Valle. *consil. 86. num. 40. & 47. volum. 2.* Molin. *ad consuetud. Parisiens. tit. 1. §. 30. num. 143.* Borcholt. *d. Commentar. in consuetud. feud. cap. 8. num. 97. hosque laudans* D. Bocer. *prædicta class. 5. disput. 20. th. 57.*

QVÆSTIO XLIX.

SVMMARIA.

1 *Quando inuestitura sit petenda in feudo nouo.*
2 *Vasallus, tribus vicibus ad accipiendam nouam inuestituram citatus, si non venerit, dominus ipsum inuestire amplius non cogitur.*
3 *Inuestitura feudi veteris intra quod tempus petenda.*
4 *Militi vasallo, ad petendam renouationem inuestituræ, annus & mensis competit.*
5 *Ex quo tempore vasallo currat tempus petendæ inuestituræ.*
6 *Et quando currat pupillo.*
7 *Et quid, si dominus intra legitimum tempus inuestire vasallum nolit.*
8 *Et quid, si vasallus feudum non possideat.*
9 *An & quatenus vasallus moram purgare queat.*
10 *Et quid, si dominus, post incursam caducitatem, ad seruitia solita receperit.*
11 *Et quid, si dominus reliquerit plures heredes: an teneatur vasallus ab omnibus petere inuestituram, remissiue.*
12 *An & quatenus iuramentum fidelitatis per procuratorem præstari possit, remissiue.*

P*Etere ab eius successore renouationem inuestituræ.*] Cum tempus † petendæ nouæ inuestituræ placitis feudalibus definitum non sit: poterit dominus pro commodo & arbitrio suo diem dandæ inuestituræ, vasallo nouo constituere: ad quem vasallus citatus comparere, & petere hanc inuestituram, & accipere tenetur. Quod † si tribus vicibus, inter singulas septem aut decem dierum spacio interposito, citatus non venerit: dominus eum inuestire amplius non cogitur, *per textum in tit. 14. §. est & alia ingratitudo. ibique* Iacob. de Beluiso, Aluarott. Bald. Schench Baro *& alii. iuncto tit. 22. in princip. lib. 2. F.* Wesenbec. *de feud. cap. 8. num. 2.* Borcholt. *in Commentar. in consuetud. feud. cap. 7. num. 29.* Henricus à Rosenthal. *in tract. feud. cap. 6. conclusio. 43.* Sonsbecc. *in Commentar. in vsus feud. part. 11. num. 5. & 6.* Nicol. Mozz. *de substant. feud. num. 53.* D. Bocer. *class. 5. disput. 16. thes. vltim. adn. 2. & in tract. de inuestitura feudi. cap. vltim. num. 1. & 2.* Cæterum † tempus petendæ inuestituræ feudi antiqui scitis feudalibus expressum est. Quoties enim vel domini, vel vasalli persona mutatur: necesse habet vasallus, vel eius successor, à domino vel eius successore, intra annum & diem, sub pœna priuationis feudi, inuestituræ renouationem, petere. *d. tit. 24. in princ. tit. 40. in princip. tit. 52. §. vltim. & titul. 55. in princip. vers. præterea si quis. libr. 2. F.* Et notant, præter Clarum nostrum, D. Bocer. *d. tract. de inuestit. feud. cap. vltim. num. 6.* Zasius *in epitom. feud. part. 7. num. 1. & part. 10. num. 16.* Hanneton. *lib. 3. de feud. cap. 1.* Vulteius *libr. 1. de feud. cap. 7. num. 61.* Syluanus *de feudi recognit. quæst. 7. num. 1.* Duaren. *de feud. c. 14. num. 2. & 3.* Schrader. *in tract. feud. part. 9. cap. 1. num. 2.* Menoch. *consil. 1. num. 42. volum. 1.* Schurff. *cons. 66. num. 14. cent. 2. & consil. 74. num. 1. cent. 3.* Rosenthal. *d. tractat. feud. cap. 6. conclusion. 30. num. 1. aliique plurimi, ab eo cumulatim adducti.*

Milites autem vasalli habent annum & mensem.] Quod † vasallo militi, reuera militanti, ad petendam inuestituræ renouationem, annus & mensis integer adhuc hodie competat, communiter (*teste Claro hic*) Scribentes non absque ratione concludunt, Hartma. Hartmanni *in pract. obseru. tit. de feud. 54. obser. 11.* Schneidevvin. *de feud. part. 5. numer. 3.* Mynsinger. *cent. 5. obser. 9. num. 1.* Zasius *d. part. 7. num. 1.* Sonsbecc. *d. part. 11. num. 7.* Wesenbec. *d. capit. 8. num. 3.* Borcholt. *d. cap. 7. in princ. num. 32.* Bocer. *d. cap. vltim. num. 7.* Rosenthal. *d. cap. 6. conclus. 30. num. 7. & seqq. aliique per eum citati.* Tametsi alii aliter sentiant, Andr. de Isern. Eguinar. Baro, Cuiacius & Hotomannus *ad tit. 22. in princ. lib. 1. F.* Vulteius *d. lib. 1. c. 7. nu. 61. vers. sed non vsquequaque. pag. 221.* Rudinger. *lib. 1. var. lection. in feud. cap. 6. num. 6. &* Hunnius *in tract. feud. cap. 11. pag. 302. & seq.*

Hoc tempus non incipit currere, nisi à die scientiæ.] Quod † tempus

O

tempus illud petendæ inuestituræ currat vasallo ex eo tempore, quo primum compertt, aut feudum sibi delatum esse, aut domino defuncto alium successisse, apparet ex tit. 9. §. *donare. vers. porro. ibi, ex quo scmerit. lib. 2. F. l. 2. ibi; ex quo eum defunctum scisti. C. qui admitti ad bonor. possess. poss. l. 2. in princ. vers. caterum quacunque die nesciertt. ff. quis ordo in bonor. poss. seruet.* Hartman. Hartmanni *d. tit. 54. de feud. obser.* 11. Gail. *lib. 2. obser. 48.* Mynsing. *d. cent. 5. obser. 9. num. 1.* Wesenbec. *d. c. 8. num. 6.* Bocer. *d. tract. de inuestitura feud. c. vlt. nu.* 8. Rudinger. *d. lib. 1. cap. 7.* Rosenthal. *d. c. 6. conclus. 46. num. 2. vbi plures recenset.*

6 *Quod hoc tempus non currat impuberi.*] Quod † pupillis tempus petendæ inuestituræ non currat intra annum decimumquartum, etiamsi fœminæ sint, post Clarum nostrum *& alios*, tenent Ludolph. Schrader. *in tractat. feud. part. 6. cap. 2. num. 25.* Vulteius *d. lib. 1. de feud. cap. 7. numer.* 65. Schneidevvin. *de feud. part. 5. num. 29.* Borcholt. *d. Commentar. in consuetud. feud. cap. 8. num. 17. &* Rosenthal. *d. cap. 6. conclusio. 41.*

7 *Dominus autem illam facere noluerit.*] Quod † dominus ius suum in feudo perdat, si intra legitimum tempus petentem inuestituræ renouationem vasallum inuestire malitiose differat, tradunt *post alios* Ludolphus Schrader. *d. tract. feud. part. 6. cap. 2. num. 7. &* D. Bocerus *d. tract. de inuestitura feud. cap. vlt. num.* 11. vbi hanc crebriorem sententiam etiam feudorum legibus probari autumat: vt oggranniat Antonius Contius *in tract. de feud. cap. quib. mod. feud. acquiratur. vers. sed si dominus pag. 35.*

8 *Non possideat feudum.*] Quod † tempus petendæ renouationis inuestituræ non currat vasallo possessione destituto, modo diligentiam in auocanda ea, penes alium existente, adhibeat, & lata sua culpa non amiserit, vltra Clarum nostrum *& alios*, scribunt Hartman. Hartmanni *d. tit. de feud. 54. obser. 11. lib. 2. practic. obseruat*, Schneidevvin. *d. part. 5. num. 36.* Borcholt. *d. cap. 8. num. 22.* Schrader. *d. part. 6. cap. 2. num. 21.* Rosenthal. *d. cap. 6. conclus. 49.* Syluan. *de feudi recognition. q. 76.* Mozzius *de substant. feud. num.* 50. Tiraqu. *de retract. lignag. §. 1. gl. 10. nu. 38.* Roland. a Valle *cons. 18. num.* 17. *vol. 1.* Goden *cons. 13. num. 19. & cons. 105. num. 23. &* Vult. *lib. 1. de feud. cap. 7. num. 81.*

9 *Poterit breui tempore purgare moram.*] An † & quatenus vasallus moram, circa petitionem inuestituræ commissam, purgare possit, *post plures alios à se cumulatos* declarat Henricus à Rosenthal. *d. cap. 6. conclus. 59. &* D. Bocer. *class. 5. disput. 20. th. 112.*

10 *Recipit vasallum ad soluta seruitia.*] Si † dominus vasallum, post incursam caducitatem, ad seruitia feudalia receperit, vel ei inuestituram contulerit: caducitatem commissam illi ignoscere, iurique suo renunciare censetur. Ita, præter Clarum hic nostrum, *& ab eo allegatos*, docent Iacobus de Belleuiso, Petrus de Ceruo, Nicol. de Neapoli, Andr. de Iser. Bald. Martinus Laudens. Præposit. Afflict. & Petrus Rauennas *in c. 1. quo tempore miles, &c. pluresq. alii, quos refert & sequitur* Rosenth. *d. c. 6. concl. 61.*

11 *Omnibus præstare iuramentum fidelitatis.*] An † & quatenus vasallus, si dominus defunctus plures heredes reliquerit, ab omnibus petere inuestituram, & omnibus præstare iuramentum fidelitatis teneatur, post Clarum nostrum, *& alios*, diligenter exponunt Schrader. *d. tracta. feud. part. 6. c. 1. num. 13. cum seq.* Rosenthal. *d. c. 6. concl. 38. &* Hartmannus Pistoris *lib. 1. quæst. 47.*

12 *Per procuratorem.*] An † & quatenus iuramentum fidelitatis domino præstari possit per procuratorem, post Clarum nostrum, explanant Schrader. *d. tract. feud. part. 5. c. 3. num. 11. & part. 6 cap. 4. num. 30. & seq.* Hartman. Pistor. *d. quæst. 47. num. 28. cum seq. &* Rosenthal. *d. cap. 6. conclus. 37. aliique per hunc*

citat.

QVÆSTIO L.

SVMMARIVM.

1 *An & quatenus vasallus, feudum sine consensu domini alienans, illud perdat, remissiue.*

AN † *vasallus alienans feudum, sine domini consensu, priuetur feudo.*] De hac quæstione abunde dictum est supra *ad quæst. 31.* & de eadem plenissime dissertant, *post innumeros fere alios à se laudatos*, Ludolphus Schrader. *in tractat. feud. part. 8. cap. 1. cum aliquot seqq.* & Henricus à Rosenthal. *in tractat. iuris feudal. capit. 9. membr. 1. conclusion. 1. & seqq.* 1

QVÆSTIO LI.

SVMMARIA.

1 *Ecquid vasallus cessans per triennium à solutione canonis, feudo priuetur.*

2 *Censuarius à iure suo non cadit, licet per longissimum tempus censum non soluerit.*

3 *Sententia tit. 26. §. licet vasallus lib. 2. F.*

4 *Emphyteuta, ob non solutum intra præfinitum tempus canonem, amittit emphyteusin.*

5 *Pœnalia extendi non debent.*

NI *Vnquid si cessauerit per biennium.*] Vasallum, † si annuum censum seu canonem, quem ex feudo debet, intra biennium vel triennium domino suo non præstiterit, feudo minime priuari (vtcunque dissentiant Innocentius *in cap. ad apostolica. 2. de sentent. & re iud. lib. 6.* Bald. *in cap. qua in Ecclesiarum. 7. ext. de constitutionib.* Laurent. Syluan. *cons. 42. num. 9. vers. tertius casus. & t.* Sonsbecc. *in Commentar. ad vsus feud. part. 12. num 64.* & D. Collega Bocer. *class. 5. disput. 20. th. 124. sub lit. B.*) verius est, & receptius. Tum quia nulla feudali lege cautum est; vasallum ob non solutionem canonis iure suo cadere: cum tamen aliæ causæ priuationis feudi diligenter enumerentur, *in titul. 24. quæ fuit prima causa benefic. amitt. lib. 2. Feud.* Ergo nec à nobis statuenda erit, *per textum in Nouell. 2. cap. 3.* Tum † quia in censuario receptum est. vt non cadat à iure suo, licet per longissimum tempus soluere censum neglexerit, *vt notatur in c. constitutus. 6. extr. de religios. domib.* Ergo idem statuendum de vasallo, qui feudum tenet, & censum annuum non soluit. Tum † etiam quia *in tit. 26. § licet vasallus. lib. 2. F.* diserte dispositum est; quod si vasallus seruitium domino non offerat; quantocunque tempore steterit, dummodo domino petenti seruire paratus sit, beneficium non amittat. Igitur & idem respondendum est de annuo censu: si non fuerit ad soluendum interpellatus vasallus, eum non amittere feudum, licet in solutione cessauerit. Tum † postremo quia tametsi emphyteuta, ob non solutum intra præfinitum tempus canonem, emphyteusin amittit. *l. 2. C. de iure emphyteut. c. potuit. 4. extr. de locato.* id tamen, cum † pœnam contineat, extendi non debet ad vasallum. *cap. statutum. 22 de electione. lib. 6. & odia, 15. de regul. iur. eod.* Atque hanc sententiam ita propugnant, post Clarum nostrum, *& ab eo memoratos hic*, Ludolphus Schrader. *in tractat. feud. part. 9. c. 6. num. 75. & seq.* Borcholt. *in Commentar. in consuetud. feud cap. 3. num. 26. in fin. & num. 44.* Cardinal. Zabarel. *in d. cap. potuit. de locat.* Grass. *lib. 2. recept. sentent. c. 3. verb. feudum. q. 6.* Villalob. *in communib. opin. lit. F. num. 24.* Bertachinus *in suo repertor. verb. feudatarius.* Gribald. *in communib. opin. sub lit. F. verb. feudum. in princip.* Rosenthal. *in tract. iuris feud. cap. 10. conclus. 34. &* Fachin. *lib. 7.*

lib.7.controuerſ.iur.cap.87. vbi diſſentientium argumenta reſoluit.

QVÆSTIO LII.

SVMMARIA.

1 *An & quatenus vaſallus dominum inopem alere, vel incarceratum redimere teneatur, remiſſiue.*

2 *An & quatenus vaſallus, dominum ſuum ab hoſtibus captum non redimens, feudo cadat.*

1 N*Vnquid vaſallus non præſtans alimenta domino egeno, &c.*] An † & quatenus vaſallus dominum inopem alere, vel incarceratum redimere teneator, vberrim explicatum eſt ſupra *ad quæſt. 23. & 24.*

2 *Captiuitate exiſtentem.*] Si † vaſallus dominum ſuum ab hoſtibus vel latrunculis captum non redemerit, feudum ſuum amittit, *argum Nouell. 15. & 3. §. ſi vnum. 13. iuncto tit. 24. §. 2. verſ. prædicto modo. lib. 2. F.* Quod tamen ita demum verum putatur, ſi dominus captus ab hoſtibus vel latrunculis ſe proprio ære, ſiue propriis omnis, vel non abſque maxima diminutione bonorum & patrimonii ſui, vel nullo modo ſe ab hoſtibus redimere poſſit. Secus autem eſt, ſi dominus habeat patrimonium ſufficiens ad redimendum ſe ab hoſtibus vel latrunculis. Tunc enim vaſallus ad redimendum ipſum nihil contribuere tenetur. Nam dominus, in neceſſitate conſtitutus, prius à ſe ipſo incipere, & burſas ſuas euacuare, nec aliter, quam in ſubſidium, à vaſallo ſuo quid exigere debet. *Ita notant,* Cynus, Alberic. de Roſat. & Baldus *in l. nemmem. 11. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Guido Pap. *deciſion. Delph. quæſt. 113. & 551. in fin. & ſingul. 13.* Præpoſit. *in prælud. feud. num. 79.* Socin. iun. *conſil. 98. num. 10. & 11. lib. 3. hoſque referens* Schrader. *in tract. feud. part. 9. c. 8. num. 8.* Quibus addantur Weſenbec. *de feud. cap. 10. nu. 8.* Schneidewin. *de feud. part. 5. num. 121.* & Paulus Berens *diſp. feud. 7. th 80.*

QVÆSTIO LIII.

SVMMARIA.

1 *Vaſallus, contra iuramentum fidelitatis delinquens, feudo priuatur.*

2 *Niſi dominus feudi prius peccauerit contra contenta fidelitatis.*

1 F*Acit contra contenta in iuramento fidelitatis.*] Vaſallus, † contra iuramentum fidelitatis, & eius contenta peccans, feudo cadit. Ita, teſte hic Claro, Doctores communiter tenent, Bald. Aluarott. Præpoſit. & Schenck. *in c. 1. de form. fidelit.* Petr. Rauen. *in c. 1. §. illud enim in fine. Quæ fuit prima cauſa benefic. amitt.* Schrader. *in tract. feud. part. 9. c. 9. num. 12. cauſ. 43.* Petrus Iacob. *in pract. aur. libellor. rubr. 59. num. 16 & 40.* Ioan Petr. Ferrar. *in form. libell. quo agitur ad reuocat. feud. §. vel ſuperſtitibus. num. 24 cau. 8.* Aym. Crauetta *in tract. de antiquit. temp. par. 4. § tranſeamus ad quartam, & c. num 155.* Henricus a Roſenthal. *in tract. iuris feudal. cap.*
2 *10. concluſ. 15. num. 1. aliique ab eo congeſti.* Quod † tamen non procedere videtur, ſi dominus feudi prius deliquerit contra fidelitatem reciprocam vaſallo debitam. Tunc enim vaſallus, poſtea delinquens contra capitula fidelitatis, feudo priuari nequit. Gloſſ. *penult. in c. 1. §. fin. de nou. form. fidelit. eamque citans* Schrader. *d. part. 9. cap. 9. num. 14. verſ. tertio hæc concluſio, &c.*

* *
*

QVÆSTIO LIV.

SVMMARIA.

1 *Num vaſallus cum inimicis domini amicitiam contrahens, feudum amittat.*

2 *Vtrum in dubio præſumatur vaſallus in domini perniciem contraxiſſe amicitiam cum inimicis domini: an vero huius rei probatio domino incumbat.*

3 *Amicitia per ſe res honeſta eſt.*

A*N vaſallus poſſit priuari propter amicitiam contractam.*] Si † vaſallus cum hoſte aliiſque inimicis domini contraxerit amicitiam, in perniciem ſiue damnum, odium, aut contemptum domini: feudum merito amittit, *per textum in tit. 57 lib. 2. F.* Et, poſt Clarum noſtrum, *aliosq;* notant Ludolphus Schrader. *in tract. feud. part. 9. capit. 5. num. 23. & ſeqq.* Zaſius *in Epitom. feud. part. 10. num 32.* Boreholt. *in Commentar. in conſuetud. feud. cap. 8. num 121. & ſeqq.* Sonſbecc. *part 12. num. 43. & ſeq.* Schneidewin. *de feud. part 8. num. 55. cum ſeq.* Intrigliol. *in cent. feud 7. 89. num. 71.* Roland. à Valle *conſ. 1. num. 81. & ſeq. volum. 3.* Menochius *conſil. 102. num. 14. & ſeqq.* Soarez *in theſaur. commun. opin. lit. F. num. 79. & ſeq.* Vulteius *lib. 1. de feud. capit. 11. num 29.* Weſenbec. *de feud. cap. 15. num. 5.* Mozz. *ex quib. cauſ. feud. amitt. num. 66.* & Henricus a Roſenthal. *in tract. iuris feud. cap. 10. concluſ. 12. num. 14.* Cæterum † in dubio vaſallus in 2
domini offenſionem & perniciem ſeſe aggregaſſe ad amicitiam hoſtis, alteriusve inimici domini ſui, haud præſumitur: ſed huius rei probatio domino incumbit. Eſt † etenim amicitia res per ſe honeſta, *argum l. lata culpa. 223. §. 1. ff. de verb. ſignificat.* ac proinde ad facta turpia ſe non 3
extendit. *l. filius. 15. ff. de conditionib. inſtitut.* Atque ita tenent Andr. de Iſern. Aluarott. & Præpoſit. *in c. ſi capitanei. quib. mod. feud. amitt.* Iacobin. de S. Georg. *in tractat. de feud. in verb. dictique vaſalli promiſerunt. num. 14.* Albert. Brunus *conſil. 114. num. 325. hoſque allegans* Schrader. *d. part. 9. cap. 5. num. 30.* Quibus accedit quoque D. Collega Bocerus *claſſ. 5. diſput. 20. th. 31. edit. 2.* vbi diſſentientes citat Matthæum de Afflict. *ad titul. 24. §. porro ſi dominum. lib. 2. F. num. 21.* Zaſium *dict. part. 10. numer. 32.* Socin. iunior. *conſil. 134. num. 36. lib. 3. &* Menochium *dict. conſil. 102. num. 11. & 12. lib. 1.*

QVÆSTIO LV.

SVMMARIA.

1 *Vaſallus relinquens dominum in prælio, non lethaliter vulneratum, feudum perdit.*

2 *Pœnitentia vaſallum non excuſat.*

3 *Miles punitur, qui agmen exceſſit, vel arma amiſit.*

4 *Pœna delicti ex pœnitentia delinquentis non remittitur.*

A*N vaſallus relinquens dominum in prælio, priuetur feudo.*] Quod † vaſallus, dominum in prælio ſeu acie peri- 1
clitantem, non lethaliter vulneratum, deſerens, feudo mulctetur, relucet *ex tit. 5. in princip. & titul 21. §. vltim. lib. 1. F. tit. 24. §. item qui dominum. 2. & tit. 57. libr. 2. F.* Idque adeo verum eſſe creditur: vt, etiamſi poſt fugam pœnitentia ductus ſtatim ad dominum reuertatur, nihilominus feudo priuetur. Tum † quia feudorum placita ob id 2
ſolum feudo priuant vaſallum, quod hic dominum ſuum in bello dimiſit. *d. tit. 5. in princ. & d. titul. 21. §. vltim. lib. 1. F. cum ſimilib. modo allegatis.* Tum quia illo ipſo momento, quo abfuit vaſallus, periculum imminere domino potuit.

3 Tum † quia punitur miles, qui duntaxat agmen excessit. *l.3.§.sed qui agmen.16.ff.de re milit.* quique saltem arma in bello amisit, vel alienauit: *d.l.3.§ miles, qui.13.ff.eod.* Tum quia nemo fugæ peccato pœnitentia sua nocens esse de-
4 finit *l.quid sit fugitiuus.17.§.1.ff. de adilit. edict.* Tum † denique quia pœna delicti ex pœnitentia delinquentis non remittitur. *l.qui ea mente.65.ff.de furt.l.penult.ff. vi bonor rapsor.* Atque his argumentis hanc sententiam defendunt Martinus Laudens. *ad d.tit.5.lib.1.F.* Curtius iunior *in tract. de feud.part.4.num.12.* Sonsbeccius *in Comment. in vsus feud. part.12.num.14.* D.Bocer. *class.5.disp.20.th.115.sub lit.C.* Moz. *ex quib.caus.feud.amitt.num 87.* Vult. *lib.1.de feud.cap.11.num.19.* & Berens *disp.feud.8.th.70.& seq.*

QVÆSTIO LVI.

SVMMARIA.

1 *Quæ requirantur ad hoc, vt ex causa deteriorationis vasallus feudum suum amittat.*

2 *Quæ modica, vel insignis deterioratio sit, iudicis arbitrio relinquitur.*

1 SI *vasallus notabiliter abutatur re feudali.*] Ad † hoc, vt ex causa deteriorationis feudo suo exuatur vasallus, duo præcipue coniunctim requiruntur. Prius est, vt dolo malo, vel culpa sua rem feudalem fecerit deteriorem, *per tit.21.de feudo sine culpa non amitt. tit. 22.§.vltim.ibi, nisi commissa culpa.lib.1.F.tit.22.in princ.ibi, cum in culpam incidisse. tit.24.§.præterea.vers.quod si non fecerit dolo, vel negligentia sua.tit.52.§.vltim.lib.2.F.* Bald. & Dec. *in auth.qui rem.C.de sacrosanct. Eccles.* Iason *consil.17.lib.1.* Schrader. *in tractat.feud.part.9.cap.6.num.68.* Alterum, vt deterioratio illa insignis, adeoque notabilis quantitatis fuerit. *d.tit.24.§.præterea.ibi, grandem iacturam.& §.item si delator.ibi, graue dispendium.& §.denique versi.si vero.ibi, grauiter deliquerit, & graue quid commiserit.& tit.23.in princ.vers.de illa.ibi, egregiæ ingratitudinis causa.lib.2.F.* Zasius *in Epit.feud.part.10.num.54.* Borcholt. *in Commentar.in consuetud.feud.cap.3 num.33.* Wesenbec.*de feud.cap.15.num.6.* Schneidevvin. *de feud.part.8.cap.1.num 3.* Schrader. *d.part.9. cap.6.num.66.* Vulteius *lib.1. de feud.capit.11.num.39.* Bocer. *class.5.disput.20.th.64.edit.2.* Roland.à Valle *cons.1.num.103.volum.3.* Rosenthal. *in tractat.iuris feudal.*
2 *cap.10.conclus.33.num.1.* Quæ † autem sit dicenda modica, vel magna siue insignis deterioratio, iudicis arbitrio relinquendum est. Bald. *in l.3.C.de locat.* Tiraquell. *in l.si vnquam.8.in verbo,omnia.num.31.C.de reuocat.donat.* Molin. *in consuetudin. Paris. titul.1.§.1.gloss.8.num.54.in fin.* Menoch. *lib.2.de arbitr.iudic.quæst.cent.1.cas.78.bosque citans* Borcholt. *d.cap.3.num.33.*

QVÆSTIO LVII.

SVMMARIA.

1 *An vasallus sciens imminere periculum domino, si eum non certiorauerit, à feudo cadat.*

2 *Et quid, si potuit obsistere periculo domini, & non fecit.*

NVnquid vasallus sciens imminere periculum domino.] Quod
1 † vasallus, sciens dominum periculo vel damno magno obnoxium non admonuit, aut certiorauit, feudo priuandus sit, patet *ex tit.24.§.præterea.& tit.26.§.licet vasallus.& tit.28.§.ad hoc quantocunque lib.2.F.* & tradunt, præter Clarum nostrum, Sonsbeccius *in Commentar. in vsus feud.part.12.num.15.* Brunus *cons.28.num.2.* Roland.à Valle *consil.1.num.96.* Cephal.*consil.95.num.31.& consil.76.num.61.* Borcholt. *in Comment.in consuetud.feud.c.8.num.106.* Soarez *in thes.recept.sent.lit.F.num.80.* & Vulteius *lib.1.de feud.cap.11.num.47.*

Et non fecit.] Si † vasallus dominum certiorem reddere nequeat; periculo tamen illi obsistere possit, non autem obsistat, eo casu etiam vasallum feudo priuandum esse, vltra Clarum nostrum, disertè scribunt Sonsbeccius & Vulteius *locis allegatis.* Hucque accommodari poterunt, quæ annotauimus *ad §.item lex Cornel. de sicar.5 Inst. de publ.iudic.num.133 & seqq.* 2

QVÆSTIO LVIII.

SVMMARIA.

1 *Vasallus, sibimetipsi manus violentas inferens, feudum non amittit.*

2 *Pœna mortuo regulariter inferri non potest.*

NVnquid vasallus occidens se ipsum, priuetur feudo.] Quod † vasallus, si sibimetipsi manus violentas inferat, 1
propterea feudum non perdat, merito Doctores plerique statuunt. Quia † nullius post mortem culpæ amplius argui potest vasallus: ac pœna mortuo delinquenti 2
regulariter inferri nequit *l.si pœna 20.ff.de pœnis.* Ita, præter Clarum, & Baldum *ab eo hic laudatum,* docent, Aluarott. *num.5.* Laudens. *num.3.in fin.* Præposit. *num.3. in fin.* Affhict. *num.5.* Schenck. *num.7.& Balzaran. num.17.in c.t. An ille, qui interfecit fratrem domini, &c.* Eadem de re videantur Sonsbeccius *in Commentar.in vsus feud. part.12. num.57.* Zasius *in Epitom.feud.part.10.num.105.* Schneidevvin. *de feud.part.8.cap 1.num.106.& seq.* Schrader. *in tractat.feud.part.9.cap.3.num 62.& seq.* Hunnius *in tract. feud.cap.12.pagin.388.* & Henricus à Rosenthal. *in tractat. iuris feud. cap.10.conclus.37.num.11.*

QVÆSTIO LIX.

SVMMARIA.

1 *Vasallus non nisi iusta ex causa feudum amittit.*

2 *An & quatenus Princeps alicui ius suum auferre possit, remissiue.*

3 *Vasallus scienter negans feudum, eo priuatur.*

4 *Et quid, si neget saltem partem feudi.*

AN vasallus possit feudo priuari sine causa.] Vasallum † 1
non nisi iusta ex causa feudo priuandum esse, constat *ex c.1.de feud.sine culpa non amitt. titul 21.cap.1.de natura feud.tit.7 cap.1.in princip.quo temp.mil.inuestit.per.deb.titul.22.lib.1.F.* Roland.à Valle *consil.1.num.43.volum.2.* Hartman. Hartmanni *in practic.obseruat.tit.de feud.obser.24.* adeo, vt ne Princeps quidem sine legitima causa alicui feudum eripere queat; ne quidem sub potestatis absolutæ vmbra, *arg.l.meminerint.6. C.vnde vi.* Principi quippe tantum honesta possibilia putantur, *arg.can.scelus.21.cau.2.q.1.can.Regum.21.caus.23.q.5.* Laudens. *in c.vn.§.notandum.nu.7. de his, qui feudum dare poss.* Tiber. Decian. *resp.23.num.1.volum 1.* Borcholt. *in Commentar. in consuetud feud.cap.8.num.1.& 2.* Paul. Berens *disput.feud 8.th 9.* Cæterum † an & quatenus Princeps alicui ius suum auferre possit, explicatius 2
persecutus sum *ad principium tit.Instit.de rer.diuis.& acqu.ipsi.dom.à n [illegible].78.& multis seqq.*

Vasallus negans tenere feudum à domino, amittit feudum.] Si † vasallus feudum, sciens feudum esse, negauerit; id est, 3
rem feudalem non esse feudalem, vel se eam ab illo domino in feudum nō tenere, vel se vasallum esse inficiatus [illegible]

fuerit recte feudo mulctatur, *per textum manifestum hic à Claro allegatum, in c.1. §. vasallus, si feudum. & §. vasallus feudum, si de feudo defuncti content. sit inter dom. & agnat. vas. titu. 26. lib. 2. F. & in cap. 1. §. fin. de Lege Corradi. titu 34. lib. eod. & vtrobique* Gloss. Beluslo, Petrus de [illegible]ruo, Nicol. de Neapol. Itern. Bald. Aluarott. Laudens. Præposit. Afflict. Rauenn. Schenck, Balzaran. Hotoman. Eguin. Baro. *& alii,* Zasius *in Epit. feud. part.* 10. *num.* 51. Duaren. *de feud. cap.* 14. *num.* 33. P[illegible]l. de Put. *de feud. redintegrat. cap.* 52. *num.* 5 *cum seqq.* Sonsbecc. *in Commentar. su vsus feud. part.* 12. *num.* 63. Borcholt. *d. c.* 8. *num.* 115. Wesenbec. *de feud. cap.* 15. *num* 6. Mozzius *de feud. tit. fin. num* 74. Intrighiol. *in cent feud. quæst.* 91. *num.* 82. Schrader. *in tract. feud. part.* 9. *cap* 6 *num* 19. Rosenthal. *in tract. iuris feud cap.* 10. *conclus.* 32. *num.* 1. *& seqq. aliiq; non pauci, ab his memorati.*

4 *Si vasallus neget tantum partem feudi.*] Quod † vasallus, qui non totum feudum, sed partem eius tantum abnegauit, non toto feudo, sed parte abnegata duntaxat, vtpote circa quam deliquit, exuatur, vltra Clarum nostrum, alii sexcenti fere affirmant: quos referendo sequitur Rosenthal. *d. c.* 10. *conclus.* 32. *num.* 7. *& seq.*

QVÆSTIO LX.

SVMMARIA.

1 *Quot testes ad probandam feloniam requirantur.*
2 *Probatur felonia etiam facti siue rei euidentia.*
3 *Probatio, quæ fit per rei euidentiam seu aspectum, præ aliis priuilegiata, validissima, nulla lege vel statuto exclusiua, post attestationes publicatas, & sententiam latam, ac contra instrumentum guarentigiatum admittenda.*

1 QVot testes requirantur ad probandum ingratitudinem.*] Quamuis † regulariter in ciuilibus & criminalibus causis duo testes idonei plenam faciant probationem: attamen ad probandam & conuincendam vasalli siue clientis feloniam seu ingratitudinem, aut tale quid, ob quod vasallus feudo siue beneficio priuari meretur, ac potest, testes quinque summæ atque integræ opinionis, sicque omni exceptione maiores requiruntur, *per totum rotundum in c.* 1. *quot testes sint necessarii ad probandam feudi ingratitud. tit.* 57. *in fin. libr.* 2. *F.* hic à Claro nostro *adductum, ibique* Aluarot. *num.* 1. Præposit. *numer.* 1. Afflict. *num.* 4. *&* 5. Schenck. *num.* 1. Balzaran. *num* 19. *aliique communiter.* Iacobin. de S. Georg. *in tractat. de feud. in verb, dictique vasalli promiserunt non committere felon. num.* 55. Zasius *in epito. feud. part.* 10 *num.* 108. Anton. Capyc. *in inuestit. feud. cap. feudatariorum excusatione* §. *probatio pag.* 92. Duaren. *de feud. tit.* 21 *num.* 7. *in fin.* Wesenbec. *de feud. cap.* 17. *num.* 11. Mozz. *de natur. feud. num.* 53. Schrader. *in tract. feud.* 2. *part.* 4. *princip. sect.* 13 *num.* 10. Mascard. *in tract. de probationib. conclusio.* 761. *num.* 1 *& conclus.* 897. *num.* 28. *volum.* 2. Vulteius *lib.* 1. *de feud. cap.* 1. *nu.* 54. *& plures alios referens* Henricus à Rosenthal. *in tract iuris feud. c.* 12. *conclus.* 19. *num.* 4. *&* 5. *vbi & dissentientes nonnullos citat.*

2 Addendum [illegible]c loco illud est: feloniam † priuatione feudi dignam absque omni dubio per euidentiam rei, & aspectum [illegible] posse. Tum † quia isthæc probatio, 3 quæ fit per rei euidentiam & aspectum, omnium est optima, & validior quacunque [illegible] probatione, & cuiuscunque generis probatio[illegible]tur. Bald. *in l. Deo nobis.* 56. *C. de Episcop. & cleric. & in contra negantem.* 4. *num* [illegible] *C. ad l. Aquil.* Barbat. *consil.* 7. *colum.* 4. [illegible] Tiraquell. *in tract. de vtroque retract. part.* 1. §. 4. *gloss.* 1. *num* 6. Tum quia illa probatio est multum priuilegiata, & omnes alias probationes excedit. Roman. *consil.* 104. & Hippolit. de Marsil. *in rubr. C. de probationib. num.* 169. Tum quia ista probatio per nullam legem, statutum vel consuetudinem exclusa censetur: sed semper & quandocunque, & in quibuscunque causis recipi debet, etiam ante litem contestatam & tempore feriato: item post attestationes publicatas, nec non post sententiam latam; & contra instrumentum guarentigiatum, executionem paratam habens; vt, *multis relatis auctoritatibus*, censent Schrader. *d. part.* 2. *nona partis princ sect.* 13. *num.* 108. *&* Rosenthal. *d. c.* 12. *conclus.* 19 *num.* 49. *& seq.*

QVÆSTIO LXI.

SVMMARIA.

1 *Vasallus vi, metuue iusto coactus, dominum feudi offendens, an feudo priuetur.*
2 *Statutum irrogans certam pœnam præstantibus auxilium bannitis, non extenditur ad illos, qui coacte bannitis auxilium præstiterunt.*

NVnquid si illud fecit coactus.*] Si † vasallus vi, vel metu 1 iuste coactus, dominum feudi læserit seu offenderit; feudo priuandus haud venit, *argum c. sacris.* 5. *vbi Canonistæ. extr. de his, quæ vi metuue caus. fiunt. & argum. can. presbyteros.* 29. *distinct.* 50. Et, præter Clarum nostrum, tradunt Schneidevvinus *de feud. part.* 8. *capitul.* 1. *num.* 111. Schrader. *in tractat. feud. part.* 9. *cap.* 4. *num.* 94. *&* Rosenthal. *in tractat. iur. feudor. cap.* 10. *conclusio.* 20. *num.* 61. Quæ † sententia ex eo confirmari videtur, quod statutum irrogans certam pœnam præstantibus auxilium bannitis, 2 vel receptantibus bannitos, non extendatur ad illos, qui coacte bannitis vel auxilium præstiterunt, vel bannitos receptarunt; vt, post Bartolum *in l. post legatum.* 5. § *in vero. ff. de his, quib. vt indign. &* Florianum *in l. in omnibus* 3. *ff. de noxal. actionib.* annotauit Schraderus *dict. part.* 9. *cap.* 4. *num.* 95.

QVÆSTIO LXII.

SVMMARIA.

1 *Vasallus priuandus ob feloniam, vtrum feudum ipso iure, an per sententiam amittat.*
2 *Rixæ occasio non præbenda.*
3 *Interpretatio tit.* 24. *lib.* 2. *feudor.*

PRiuetur feudo ipso iure.*] Quoties † feudum propter 1 feloniam & culpam à vasallo commissam amittitur, toties regulariter non ipso iure, sed per sententiam iudicis, de causa atque delicto agnoscentis, reumque vasallum condemnantis, amitti verius putatur, *per textus apertissimos in tit.* 21. *in princip. & tit.* 22 §. *sancimus. lib.* 1. *F.* Quibus textibus accedit manifesta iuris ratio: quod † nempe si daretur domino facultas propria auctoritate vasal- 2 lum expellendi, eo quod culpam diceret commissam, negante id vasallo, & sese domino opponente, sæpe ad rixas, ad manus, & ad arma veniretur. Hoc autem prætor permittere minime debet, *argum l. non est singulis.* 176. *ff. de regul. iur.* Atque ita, vltra Clarum nostrum, *& ab eo relatos hic*, censent Iacobin. de S. Georg. *in tractat. feud. verb. dictique vasalli. num.* 9. *&* 11. Rimnos *consil.* 57. *num.* 4. *libr.* 1. Pract. Papiens. *in form. l b. ll. qua a[illegible] ad reuocat. feud verb. nec superstitibus ex eo liberis. num.* 8. [illegible]uid. Papiens. *decis. delph.* 164. Matth. de Afflict. *deci. Neapolit* 385. *numer.* 70. Paris. *consil.* [illegible] *num.* 18. *& consil* 101. *numer.* 116. *libr. primo.*

Anton.

Anto. G[illegible]. Roman. *in tract. regul. lib.* [illegible] *de criminum* [illegible] *cap. 9. num.* [illegible]. Sonsbecc. *in Commentar. in* [illegible] *feud. part. 13. num.* 4. Hanneton. *lib.* [illegible] *de feud. cap. 13.* Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 11. num.* 59. Mozz. *de feud. tit. final. num.* 40. *& num.* 105. Schneidevvin. *de feud. part.* 8. [illegible] 2. *num.* 10. Duaren. *de feud. cap.* [illegible] *num.* 14. Hunnius *in* [illegible] *cap.* 4. *pagin.* [illegible] Gail. *lib. 2. obser.* [illegible] *num.* [illegible] *& lib. 2. de pace pub. l. cap. 3. num.* 10. Hartm. Hartmann. [illegible] *quæstion. lib. 2. tit. 54. de feud. obs.* 23. Schurff. *consil.* [illegible] *num.* 22 *cent.* 3. Schrader. *in tract. feud. 2. part. 9. partin princip.* [illegible] 8. *num.* 4. & Rosenthal. *in tractat. iuris feud. cap. 10.* [illegible] *num.* 4. *num. 1. & seqq. aliique compluris, ab his allegati.*

Hinc verissimæ & receptissimæ sententiæ non obstat, 3 quod † textus *in titul.* 24. *lib. 2. F.* vtatur verbo præsentis temporis *amittit*: adeoque significet, quod si vasallus intra annum & diem non petierit inuestituram, ipso iure feudo priuetur. Nam quod vasallus ex dicta causa non ipso iure feudum amittat, colligitur *ex d. tit.* 24. vbi textus loquitur per verbum futuri temporis *carebit*. At quando lex loquitur per verba futuri temporis, non importat ipso iure priuationem: sed requirit sententiam priuatiuam. Proinde præcedens verbum *amittit*) quod est præsentis temporis, explicationem recipit ex verbo *carebit*, futuri temporis. perinde ac si Feudista dixisset: *vasallus ob non petitam inuestituram* [illegible] *amittit feudum, quando deprehensum & iudicatum fuerit, non habuisse causam non petendæ intra legitimum tempus renouationis.* Hunnius *d. c.* 14. *pag.* 391. Reliquæ ratiunculæ, quibus dissentientes nonnulli nituntur, propter sui leuitatem, confutatione non indigent. Cæterum prædictæ regulæ exceptiones non contemnendas, post alios, referunt Vulteius *d. cap. 11. num.* 60. & Schrader. *d. part. 2. nona partis princip. sect. 8. num.* 22. *& seqq.*

QVÆSTIO LXIII.

SVMMARIVM.

1 *An & quatenus dominus, qui intra legitimum tempus seruitia a vasallo, inuestituram non petente, recepit, vasallo ingratitudinem remisisse videatur, remissine.*

1 CEnseatur illi [illegible] ingratitudinem.] An † & quando dominus, q[illegible] post annum & diem seruitia a vasallo, qui inu[illegible]stituram non [illegible] receperit, vasal[illegible] [illegible] ingratitudine [illegible] commissam remisisse censeatur, monitu[illegible] lu[illegible] ad qu[illegible] 49. num. 10. & latius dec[illegible] tant, [illegible] Clarum [illegible] nostrum, Ioanne Borcholt. *in Commentar. in consuetud. feud. cap.* 8. *num.* 24. [illegible] *seqq.* Lauren[illegible] *feud. recognit. quæst.* 80. Thomas de Marin. [illegible] Schneidevv. *feudor.* [illegible] *part. 2.* [illegible] *ex p*[illegible] Schneidevv. *de feud. part. 9. num.* 32 Nicol. M[illegible] *feud. num.* 18. Sonsbecc *in Commentar. ad vsus feud. part.* [illegible] *al. exto.* Aurel. Corbul. *in tract. emphyt. cap. 5. num.* [illegible] Decia. *consil.* [illegible] *num.* [illegible] *vol. 1.* Schrader. *in tract.* [illegible] *part. 6. cap. 2. num.* [illegible] 8. *& seqq.* Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 11. num.* 63 *& seqq. aliique ab his* [illegible]

QVÆSTIO LXIV.

SVMMARIVM.

1 [illegible] *in* [illegible] *priuationem contra vasallum, si dominus* [illegible] *in vita* [illegible]

1 N[illegible] *ad heredes* Heres [illegible] † [illegible], si dominus [illegible]

[illegible] *ctionem contra vasallum viuus, cum* [illegible], non intentauerit, [illegible] illum actione [illegible] conueniri non potest, *per gl.* [illegible] *in cap.* 1 *§ porro qui fuit prima caus. benef. amitt. vbi* Bald. *num.* 3. Aluarott. *in* [illegible] *& præposit. num.* [illegible] notant quoque præter Clarum [illegible] nostrum, Syluanus *de feud. recogn.* [illegible] *& seq.* P[illegible] de Put[illegible] *de redintegra.* [illegible] *feud. capit.* [illegible] *num.* [illegible] *& seq.* Petrus Lico[illegible] *in practic. in forma libelli de condict. ex* [illegible] *pro feudo aperto. sub cap. de cau. ex quib. feud. am* [illegible] *num.* 5. Ferrarien. *practic. in form.* [illegible] *ad reuocat. feud. super verb. vita eiusdem infitiatum num.* 2. Zasius *in Epitom. feud. part.* 10 *num.* [illegible] 8. *versic. e diuerso.* Wesenbec. *de feud. cap. 15. num.* 10. Vulteius *libr. 1. de feud. cap. 11. num.* 68. & Borcholtus *in Commentar. in consuetud. feud. cap. 8. num.* 154. *& seq. aliique per hos adducti.*

QVÆSTIO LXV.

SVMMARIA.

1 *Si vasallus, qui ob culpam commissam feudo priuandus erat, moriatur, cum dominus aduersus ipsum actionem ad priuationem feudi nondum instituisset an & quatenus contra heredes illius vasalli actio ad priuationem feudi institui possit.*

2 *Feudi ipso iure commissi* [illegible] *quatenus contra heredem vasalli agi queat, etiam non conuento vasallo viuo.*

NVnquid poterit dominus huiusmodi querelam proponere contra heredem.] Si † vasallus, qui ob culpam commissam feudo priuandus erat, moriatur, cum dominus aduersus ipsum actionem ad priuationem feudi nondum instituisset: contra heredes istius vasalli [illegible] priuationem feudi intentari haud potest: si modo dominus vasallo adhuc viuente sciuerit, culpam eiusmodi, ex qua feudo priuandus sit, commissam esse, & præterea aduersus ipsum agere potuerit, neque tamen egerit, *per gloss. in c. 1. §. insuper. in verb. non succedit. de prohibit. feu. alienat. per Frider. ibique* Baldus *num.* 5. Aluarott. *num.* 4. & Afflict. *num.* 15. Zasius *in Epit. feud. part. 10. num.* 76. Borcholt. *in consuetud. feud. c. 8. num.* 155. Wesenbec. *de feud. cap. 15. num.* 1[illegible]. Sonsbecc *ad vsum feud. part. 12. num.* [illegible] Menoch *cons.* 99. *num.* 8[illegible]. Mynsin. *cent.* 3 *obs.* 9[illegible] *cuique cum aliis refert* Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 11. num.* 66.

1 *In quibus vasallus priuatur feudo ipso iure.*] Si † culpa à vasallo commissa sit eiusmodi, vt vasallus ipso iure feudo priuetur: tum, etiamsi aduersus vasallum viuentem dominus actionem non instituerit: heres tamen vasalli defuncti nihilominus [illegible] domino conueniri poterit, & aduersus ipsum ad priuationem agi [illegible] *post plures alios*, docent Borcholt. *d. cap. 8. num.* 55. Menoch. *consil.* [illegible] *num.* 47. & Rosenthal. *in synop.* [illegible] *feud. c. 10. conclus.* 106. Huiusque doctrinæ ratio in eo posita creditur: quod glossa *in* [illegible] *§ quod autem* [illegible] *num.* [illegible] & affirmat. qu[illegible] illis casibus, quibus pœna ipso [illegible] incurritur, actio in heredes delinquentis [illegible] aduersus ipsum delinquentem [illegible]. Quam doctrinam co[illegible] & [illegible] tradit Hartman[illegible] Pistor[illegible] *quæstio* 3 *num.* 5 *lib.* 1. Tamen non desunt, qui [illegible] actionem aduersus heredem [illegible] statuant: eo quod illis [illegible] opus sit sententia iud[illegible] [illegible]. Vbi autem [illegible] pœna [illegible] heredes non [illegible], *per notata Bartoli in l. eius, qui delatorem.* 29 [illegible]. Q[illegible] pugnat [illegible] hic Clarus [illegible] & [illegible] *d. quæst.* 5. *nu.* 11. [illegible] eum [illegible] tius *d. c.* 11. *num.* 67.

QVÆSTIO LXVI.

SVMMARIA.

1 *Feudum vasalli delicto amissum, cui aperiatur, remissiue.*
2 *Cui etiam feudum ob alienationem, a vasallo illicite factam, commissum cedat, remissiue.*

1 Q*Vando feudum finitur delicto.* Feudum † vasalli culpa siue delicto, amissum, ad quem pertineat, post Clarum nostrum, latissime & accuratissime explicant Hartmannus Pistoris *lib. 2. quæst. 15. & 16.* Sonsbeccius *in Commentar. ad vsus feud. part. 13.* Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 11. num. 69. & seqq.* Borcholt. *in Comment in consuetud. feud c. 8. num. 150. cum seqq.* D. Bocer. *class. 5 disput. 2* [illegible] *th. 14* [illegible] *& seqq.* Hunnius *in tra l. feud cap. 14. pag. 392. & seq.* Henricus à Rosenthal *in tract. iuris feud c. 11. conclus. 1. & aliquot seqq. aliiq; plurimi, per eum recensiti.*

Vel alienatione.] Cui † feudum ob alienationem, a va-
2 sallo illicite factam, commissum cedat, post Clarum nostrum hic *num* [illegible] *& ab eo relatos*, abunde declarant Ioann. Borcholt. *d. cap. 8 n* [illegible] *m. 142. cum* [illegible] Hartman. Pistor. *d. lib. 2. quæst. 17* G [illegible] *l* [illegible] *lib. 2. obser* [illegible] *at. & 12.* Vulteius *dict. cap. 11. nu* [illegible] *4. & seqq.* Ro[illegible]thal. *dict. tractat. feud. cap. 9. membr. 2. conclus. 64. & multis seqq. aliique innumeri, ab eo congesti.*

QVÆSTIO LXVII.

SVMMARIVM.

1 *An & quatenus propter ingratitudinem Prælati, feudum reuertatur ad dominum.*

1 A*N propter ingratitudinem prælati, &c.*] Feudum † ad Ecclesiam prælati pertinens felonia ipsius committitur; & domino, saltem quamdiu is prælatus in viuis & administratione est, applicatur: eo vero mortuo siue remoto, ad successorem eius in prælatura reuertitur. Ita, præter Clarum nostrum & Molineum *hic citatum*, scribunt & sentiunt Gloss. Beluis. Isern. Bald. Laudens. Aluarott. Præposit. Rauenn. Afflict. Schenck Baro, Hotom. Balzaranus *& alii in c. 1 §. fin. de capitulis Corradi. tit. 40. lib. 2.* Iacob. Ardizon. *in sum tit. quib mod. feud. amitt. rubr. 63.* Capycius *in inuest. feudal. cap. feudatariorum delicta. colum. 2. §. prælati delictum pag. 156.* Duaren. *de feud. cap. 15. num. 6.* Zasius *in Epit feud. part. 1* [illegible] *num. 70* Hanneton *de feud. lib. 3. c. 10 & alii, quos refert* Rosenthal. *in tracta. iuris feud. c. 10. conclus. 3. vbi illud explanatius pertractat.*

QVÆSTIO LXVIII.

SVMMARIA.

1 *Quibus ex causis vasallus priuatur feudo, ex iisdem dominus priuatur proprietate.*
2 *Statutum in vno correlatiuorum extenditur ad aliud.*
3 *Dominus proprietate priuatur, si vasallo non fecerit iustitiam.*

N*Vnquid dominus, qui non facit iustitiam vasallo, priuetur*
1 *proprietate.*] Illud hoc l[illegible] notandum, quod † quibus ex causis vasallus feud[illegible] ,ex iisdem a parte domini contingentibus, dominus [illegible]oprietate priuetur, *per textus in c. 1. §. domin. si de feudo def* [illegible] *contentio sit int. dom. & agnat. vas. tit. 26. & in cap. 1. qualit. domin. proprietate feudi priuet. tit. 47. lib. 2. F.* Borcholt. *in Comment. in consuetud. feuda. 8. num. 133.* Sunt † etenim dominus & vasallus relatiua ac correlatiua & statutum in vno correlatiuorum, extenditur ad aliud. *l vlt. C. de indict. viduit. tollend. l. 1. C. de inpressu.* Hu[illegible] c[illegible] [illegible]te affirmatur: dominum † feudi proprietate 3 quam in feudo habet, priuari, si non faciat iustitiam vasallo. *c. 1. in fin. de milit. vasall. qui contum. est gl* [illegible] *in c. 1 § 2. versic. porro, vel iustitiam qua fuit prim. caus. benefi. amitt. titul 24. lib. 2. F.* Q[illegible] in gloss. [illegible] [illegible]rum: & sequuntur post Clarum hic, Borcholt. *d. cap. 8 num 138.* Zasius *in Epitom. feud. part. 10. num. 82.* Vulteius *libr. 1 de feud cap. 11. num 52. pag. 767. & alii.*

QVÆSTIO LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Sicuti vasallus feudum amittit, qui inuestituram intra annum & diem non petit: ita dominus proprietatem feudi perdit, si vasallum, inuestituram petentem, intra legitimum tempus non inuestierit.*

A*N dominus denegans inuestire vasallum, &c.*] Quod † sic- 1
uti vasallus feudum amittit, qui inuestituram intra annum & diem non petierit; ita dominus quoque proprietatem feudi amittat, si vasallum, inuestituram petentem. intra annum & diem non inuestierit, arguit gloss. *in c. 1. in fine. per quos fiat inuestit. & ibi* Bald. Iacob. de Beluiso, Aluarott. *& alii.* Syluan. *de feud. recognit. quæst. 30.* Wurmbser. *in practic. obseru. tit. de feud. obseruat. 30.* Hartman. Hartmanni *in pract. obseru. tit. de feud. obseru. 9. circa medium.* Roland. à Valle *cons. 18. num. 22. volum. 1.* Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 11. num. 52. versic. hinc est. pag. 767.* Borcholt. *in Commentar. in consuetud. feud. cap. 8. num. 135. & monitum supra ad quæst. 49. num. 7.*

QVÆSTIO LXX.

SVMMARIA.

1 *An dominus vasallo fidelitatem iurare teneatur.*
2 *Libertus patrono suo iurat: non item patronus liberto.*

N*Vnquid dominus teneatur iurare fidelitatem vasallo.*]
Quod † dominus ad præstandum vasallo suo fideli- 1
tatis iuramentum, obligatus non sit, crebrior veriorque est sententia. Tum quia feudorum placitis cautum non extat, vt & dominus fidelitatem vasallo promittat, teste hic Claro nostro. Tum † etiam, quia licet patrono suo 2
iuret libertus: huic tamen ille iurare non tenetur. *l. qui bona. 13. §. penultim. ff. de dam. infect.* Atque ita sentiunt Petrus Rauennas, Martinus [illegible]udens[illegible], & [illegible]ricus Schenck. *in tit. 6. de form. fidelit. lib. 2. F.* Iacobin. de S. Geor[illegible] *in tracta. de feud in verb. qui quidem inuestit. num. 10.* Matth. de Afflict. *decis. 165. num 3. & 4.* Euerhard. in Top[illegible] *legali. in loco, à correlatiuis num. 1*[illegible] *eo que referens* D. Coll[illegible]ga Bocer. *in tract. de inuestitura feudi. cap. 4. num 4*[illegible] N[illegible] [illegible]agatur textus *in d. tit. 6 §. vltim. lib 2. F.* vbi e[illegible] pre[illegible] domi-
nus vasallo suo fide[illegible] esse deb[illegible]at *intelligitur* enim dominus eo loco fidelis [illegible] vasallo suo [illegible] at [illegible] tamen inuitet pro[illegible] fidelitatem, non cauetur. D. Bocerus *d. cap. 4. numer. 48.*

QVÆSTIO LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Dominus alienans vasallos inuitos, proprietatem feudi amittit.*

1 AN *dominus alienans vasallos inuitos, &c.*] Quod † dominus alienans vasallos inuitos in alium, proprietate feudi priuetur, satis constat ex iis, quæ dicta sunt supra *ad quæst.28.num.*1. Eaque de re, *post plures alios a se citatos*, latissime disserat Henricum a Rosenthal. *in tract. iuris feud. cap 9.memb.1.conclus.*62.

QVÆSTIO LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Domino proprietatem amittente, cui nam ea applicetur.*

1 CVi illa applicetur.] Domino † delinquente, & proprietatem amittente, cui nam ea sit applicanda & concedenda, post Clarum hic nostrum, *& alios, quos referunt*, exquisite & copiose explicant Ioannes Borcholt. *in Commentar. in consuetud. feudor. capit.8. num.*153. *&* Rosenthal. *in tract feud.cap.11.conclus.1.& multis subsequentib.*

QVÆSTIO LXXIII.

SVMMARIA.

1 *Iure feudali regulariter masculi tantum succedunt.*
2 *Fœmina ab omnibus ciuilibus officiis remota, munera militaria obire nequit.*
3 *Mulier virorum cœtibus se immiscere non potest.*
4 *Eadem mulier ob sexus fragilitatem secreta sibi commissa retinere haud valet.*
5 *Feudi successio pendet à domini concedentis voluntate.*
6 *Vasallus inter pares eiusdem curiæ officio iudicis fungitur.*
7 *Filia vasalli, quantumuis armis adsueta, in feudum non succedit.*
8 *Idem iuris est, etiamsi feudum generaliter primo acquirenti, & eius heredibus fuerit concessum.*
9 *Appellatione heredum in feudis qui intelligantur.*
10 *Fœmina a feudi successione excluditur, licet illud alicui, & heredibus eius quibuscunque, datum fuerit.*
11 *Dictio*, quibuscunque, *ad personas habiles restringenda.*
12 *Quod feudum dicatur hereditarium, secundum communem opinionem.*
13 *An fœminæ in ecclesiasticum feudum succedant.*
14 *Quibus casibus etiam fœminæ ad feudi successionem admittantur.*
15 *Quorundam inclusio est aliorum exclusio.*
16 *Fidelitatis capitula fœminis non conueniunt.*
17 *Quo casu ecclesia indigeat auxilio virorum.*
18 *Ius succedendi in ecclesiasticum feudum per consuetudinem fœminis tribui pote[illegible].*
19 *Ecquid mulier in feudum emptitium succedat.*
20 *Feudum in vna sui parte alteratum, in cæteris suam naturam retinet.*
21 *Nunquid fœmina succedat in feudum f[illegible] ancum.*
22 *An fœmina pat[illegible] uo succedat [illegible] feudum, pro quo seruitium e-tu, modo est pr[illegible] andum, quod fœmina non minus decenter, ac masculus, [illegible] are [illegible] est.*

1 AN *fœmina* [illegible] *feudo.* Iure † feudali regulariter masculos tantum, non e[illegible] fœminas succede-
re indubitatum est. *tit.1.§.hoc autem notandum.3.& tit.8.de*
successione feudi.§ filia vero. lib.1.F. tit.11. de successione fratrum.
§.1.vers.ad filias vero. & tit.5[illegible]. de natura successionis feudi.lib.2.
F. Huiusque ratio varia & multiplex afferri solet. I. Quia
† fœmina ab omnibus ciuilibus officiis remota est. *l.1.§.1.* 2
& l.2.§.1.ff.ad SC.Velleian. l.2.ff.de reg.iur. nec militaria munera
siue seruitia (ob quæ concedi feuda solent. *tit.24.§.*
item qui dominum. lib.2.F.) obire & dominum armis in
pugna iuuare & defendere potest, *iuxta* Baldum *in l.vltim.*
num.1.& 7.C.de sun & legit. Rolandum a V[illegible] le *cons.41.num.*
11.vol.4. Iacobum de S.Georg. *in tract.de feud.in verb.Marchio*
in Italia. num.4. Alexandrum *cons.10.num.2. vers.sed præmissis.vol.5.* Crauett. *consil.6.num.77.volu.1.* Borcholt. *in Commentar.in consuetud.feud.c.1.num.19.&* Vulteius *lib.1. de feud.*
c.4.num.3.& cap.9. num.26. II. Quia [illegible] ratione verecun- 3
diæ naturalis, ac honestatis publicæ, mulier cœtibus virorum,
maxime si illustris fuerit, immiscere se non potest,
arg.l.1.§.secundo loco.5.ff.de postuland.l.si qua illustris.5.C ad SC.
Orfician.l.optimam.14.vers.cum itaque.C.de contrah.& commit.
stipulat. Bald. *in d.l.vlt.num.7.C.de sun & legit.* Borcholt. *d.c.*
*1.num.*19. Schurer. *in tract.de hered.quæ ab intest. defer.titul.9.*
III. Quia † ob sexus imbecillitatem seu fragilitatem 4
(propter quam multis casibus supposita & obiecta est. *d.*
l.2.§.verba.ff.ad SC.Velleian. [illegible] tilitatem naturalem, secreta
domini sibi com[illegible] retinere, adeoque ea præstare
nequit, quæ fidelitatis forma, feudorum iure præscripta,
à vasallo exigit. *tit.5.6. & 7. lib.2.F.* Curt. iun. *de feud.*
part.3.membr.1.num.1. Decian. *cons.58.num 45.& 48.* Sonsbecc.
in Comment.ad vsus feud. part.9.num.32. Vult. *d.lib.1 de*
feud.cap.9.num.26. Gregorius Rotbag. *in certamine masculo-fœminei aciei virili.cap.13.num.13.& cap.23.num.9.* IV. Quia
† feudi successio pendet a domini concedentis volunta- 5
te; quæ verisimiliter hæc est, vt soli masculi in feudum
succedant. Quam rationem, cæteris reiectis, latius explicat
D. Bocer. *in tract. de iure succedendi in feudum.c.3.quæst.*
3.pag.124.& seq. V. Quia † vasallus inter pares eiusdem 6
curiæ iudicare debet. *cap.vnic.de controuers.feud.ap.par.term.*
tit.16.lib.2.F. & c.vnic.an apud iudic. vel cur. domini quæstion.
feud.deb.termin. tit.46 lib 2.F. à quo tamen officio fœminas
publica lege remotas constat. *d.l.2 ff. de regul.iur. l.fin.*
C.de recept.arbitr. Wilhelm.Fornet. Aurel. *in Commentar.*
feud. sub tit.diuersa filior.parent. succed. genera. vers. iure ciuili filia, &c. De illis & similibus rationibus videatur *etiam*
Hunnius *in tractat.feud.cap.10.pag.217. &* Henricus à Rosenthal.
in tractat.iuris feud.cap.7.conclus.31.num.1.aliique per hunc allegati. Quamuis † ergo filia vasalli armis adsueta; 7
& militiæ dedita sit: in feudum tamen succedere nequit,
sicuti *contra* Andream de Isernia *ad tit.8.de success.feudi.§.hoc*
quoque lib.1.F. eiusque asseclam, Hieronymum Gattzonium
in tract. de fœminis ad feuda recipiend.col.24.vers. vigesimoprimo,&c. statuunt Doctores communiter, Martinus Laudens.
Matthæus de Afflict. Loriottus & Aluarott. *in §.&*
quia.de his, qui feud.dar.poss.tit.1.lib.1.F. Petrus Rauennas *in*
§ hoc autem notandum.eod.tit. Zasius *in Epit.feudal. part. 8.de*
feudi success.num 36. Ioan. Thomas de Marinis. *tit.11.de feudo*
fœmineo. num.22. Hartman.Pistoris *lib.2. quæstion.iur.qu.*
34.num.3. D. Bocer. *d.tract.de iure succedendi in feud.c.3.quæst.*
31 Rosenthal. *d.c.7.conclus.34.num 14.& alii quos hic laudat.*
Licet † item feudum generaliter sit concessum primo ac- 8
quirenti, & eius heredibus, siue descendentibus: attamen
filia primi acquirentis, vt quæ hac concessione non comprehenditur,
in feudum non succedit. In † feudi enim
appellatione heredum aut descendentium intelliguntur 9
tantum heredes feudales, qui mares sunt, non fœminæ,
per textus expressos in tit.13.de alienat. feudi. §.etsi clientulus. lib.
1.F.& tit.34.de lege Corradi.§ similiter lib.[illegible] F. Valentin. Forster.
lib.3.de successionib.c.24.num 4 cum seqq. F[illegible] chin. *lib.[illegible] controuersiar.iur.c.43.4.7.42.& seq.* Mynsinger. *cent.5. obseru.72.*
num.

num.6. Hœnon. *disput.12. sub controuers.3.* Zasius *consil.11.num.*
9.& consil.13.num.25.volum.1. Decian. *consil.45. num.14. vo-*
lum. . Hunnius *d t a.2.feud.cap.10.pag.219.* Rosenthal *d.cap.*
10 *7.conclus.31.num.4.* Præterea † in tantum à feudi succes-
sione fœmina excluditur: vt neque illo casu, quo feudum
alicui, & heredibus eius quibuscunque datum fuit, ad-
mitti videatur: cum appellatio heredis, iure feudorum
ad filios duntaxat vasalli pertineat, vt modò ostensum: &
11 † dictio, *quibuscunque*, restringenda sit ad personas habi-
les, & intelligenda iuxta materiam subiectam, *argum.l.vl-*
tim.& ibi gloss.Cod.sine censu vel reliquis feudum comparari non
posse.l.1.ibi,vnusquisque.C.de SS.Eccles.l.3.ibi,quibuscunque. vbi
gl.C.de fide instrumentor.cap.1. §.vltim.de iureiur.in 6 Bald. *in*
c.1.§.donare.num.4. qualiter olim poterat feud. alienari.titul.9.
lib.2.F. & ibidem Martin. Laudens. Præposit. & Schenck
Baro, Alexand. *consil.30 num.11. vol.1.* Corneus *consil. 199.*
num.69.volum.. Rubeus *consil.110. num.9.* Decius *consil.*
17. num.6.& consil. 185 vers secundo respondetur. & consil.193.
num.5.in fin. & consil.208.num.11. Beccius *consil.101.num.*
38. Cephal. *consil.1.num 15.* Barbat. *consil.6. num.11.libr.1.*
Menoch. *consil.1 num.456* Zasius *in epit. in feud.part. 8.nu-*
mer.62.versic.quod autem si feud.cu,&c. Vulteius *lib.1.de feud.*
12 *cap.9.num 29.in fine.* Quia † vero longo vsu, commu-
nique applausu recepta est opinio eorum, qui feudum
hereditarium esse volunt, quoties in inuestitura heredis
facta est mentio: ac proinde illud etiam ad fœminas, &
quoscunque alios heredes transire asserunt: certe ab illa-
hac opinione in praxi recedendum non erit. Eamque
comprobarunt: Baldus *sibi non constans in l.1.quæst.45.& 48.*
ff.de ver.diu s.& in c.1.in præsentia.num.20 de probat. Curt iu-
nior *in tractat.feud.part. 3.num.92.* Iason *in l.2.num 198.C.*
de iur.emphyteut. Albert.Brunus *consil.16.vers.quæritur est et-*
iam casus. Socin.senior *cons.297.volum.2.* Socin.iunior *con-*
sil.72.num.23.volum 1. Gozadin. *cons.6.num 43 & consil.8.*
num.25. Roland à Valle *cons.3.num 65. & consil 60 num.*
49.& consil.96.num.37.volum.1.& cons.79 num 34.volum.2.
& consil.1.numer.47.volum.3. Riminald *consil. 65. num.19.*
Crauett. *consil.256.* Bursatus *cons. 22. volum.1.* Molineus *in*
addit.ad Alexand. *d.consil.30.num.15. volum 1. & consil.195.*
num.4.volum.6. Fachin. *lib.7.controuersiar iur.c.6.* Villalobos
in communib.opinionib.lit.F.num.2.& Soarez *in thesaur.recept.*
sentent.lit.F.num.99. aliique plures, quos referunt & sequun-
tur Schraderus *in tract feud.part.7.c.3.num.1. &* Hartman.
Pistoris *lib.2.quæstion iur.qu.1.num.39.* Sed & communis,
13 eaque vera Dd. conclusio est: fœminas † regulariter nec
in ecclesiasticum succedere feudum. Tum quia textus
iuris feudalis generaliter definiunt, fœminas in feudum
non succedere. *d.tit.1.§.3.& d.tit.8.in princip.& §.filia vero.*
lib.1.F. & tit.11.§.1.versi.ad filias vero.& d.tit.50.lib.2. F. Tum
14 † quia in feudorum iure duo tantum nominatim expri-
muntur casus, quibus fœminæ in feudum succedunt:
quorum prior est, si fœmineum sit feudum, vt quod pri-
mitus fœminæ datum est: alter, si hoc tenore datum sit
feudum masculo, vt in illud fœminæ quoque succedant.
d.tit.8.§.filia vero.lib.1.F.& d.tit.1 .§.1.vers. proles enim. ibi,nisi
eius conditionis sit feudum, vel eo pacto acquisitum & d tit.50. in
15 *princ.ibi,nisi ex pacto, vel nisi sit fœmineum lib.1.F.* Inclusio †
autem quorundam, est aliorum exclusio, *arg.l.cum prætor.*
12.in princ ff.de iudic.& quæsitum 12.§.idem respondit.43.ff. de in-
struct.vel instrum.legat. & l.si cum dotem.22. ibique Dd.ff.solut.
16 *matri.* Menoch. *cons.158.num 29.* Tum quia † fidelitatis ca-
pitula, *in tit.5.6.& 7.lib 2.F.expressa,* fœminis non conue-
17 niunt, etiam in ecclesiasticis feudis. Tum † postremo
quia licet Ecclesia aliis bellum non intendat: si tamen
bello ab aliis prematur: opus habet virorum auxilio, quo
aduersus vim hostis defendatur. Et ita tradunt Martinus
Laudens. *in tit.1.§ & quia vidimus, nu 13.lib.1.F.* Curt.iun. *in*
tract.de feud.part. 3.membr.1.num.4. Schrader. *in tractat.feud:*
part.7.c.4.num 36. Menoch. *de adipisc. possess.remed.4.nu.372.*
Fichard. *consil. 15.num. 8.tom.2.* Vulteius *lib.1.de feud.cap.9.*
num.48.pag.426. Rosenthal. *d.tract feud cap.7.conclu .31.nu.*
6.& 7. hosque referens Dn. Bocer. *d.tract.de iure succedendi in*
feud.cap.3.quæst.25. vbi circa finem rectè subiicit; ius † suc- 18
cedendi in ecclesiasticum feudum fœminis consuetudine
tribui posse, *per textum in tit.1.lib.2.F.* cum per eiusmodi
consuetudinem ad naturæ ius redeatur. *l.maximum vitium*
4.C. de liberis præterit. vel exheredat. §.item vetustas 1. versic.
Diui autem Principes. & §.seq. Instit. de heredit. quæ ab intestat.
deferunt.

Sed quid in feud empto.] Etsi † multi existimant: fœmi- 19
nam in feudum emptitium succedere posse, Odofredus
hîc à Claro *relatus & approbatus,* Iason *in l.1.num.51.C.de iur.*
emphyteut.& consil.57.num.3. vol.1. Roman. *cons.367.num.*
12 & ibidem Mandos. *in addit.& singul.184.* Ruinus *cons.18.*
num.18.vol.1. Gozadin. *cons.9.num.55.& consil 56.num.19.*
Campeg. inter Bruni *consil.11.num.7.* Bolognet. *cons.9.nu.*
55.& consil.10.num.47. Natta *cons.216.num.3.& seq volu.1.&*
cons.393.num.8.volum.1. Rolan d à Valle *cons. 2.num.3.& 33.*
consil.48.num.7.& cons.90.num 13. volu 4. Anton. Rubeus
cons.110.num 3. Decius *cons.208.num 2.& cons.269.num.4.*
& cons.424.num.14 & cons.498.num.14. Cephal. *cons.3. nu-*
mer.115.& consil.173 num.8. Decian. *cons.58.num.50.* Mat-
thæus Gribald. *in thesaur. commun.opin. lit.F. in verb.in feudo*
empto. Schurerius *in tract.de hered.quæ ab intest.defer. titu.9.*
limitat.5. Menoch. *cons.498 num.17.cum seqq.lib.5.&* Andr.
Gail. *lib.2.obser. 159. num.3. & seqq.* attamen contrarium,
videlicet fœminam in feudum emptitium nullo modo
posse succedere, longe verius & receptius esse censeo.
Tum quod generaliter fœmina in feudum succedere iu-
re feudorum vetatur, duôbus casibus exceptis, quorum
superius *num.14.* mentio facta est: inter quos hic non re-
peritur. Tum quod fœmina præstare ea nequit, quæ for-
ma fidelitatis à vasallo desiderat atque exigit, sicuti arguit
textus *in d.titul.5.6. & 7.libr.2.F.* Et licet feudum pecunia
comparatum, ob id, quod contra communem feudorum
naturam gratuitum non est, improprium videri possit: in
reliquis tamen, quæ de natura feudi esse dicuntur, sicque
etiam, si de eius successione quæratur, propriam suam
naturam retinet, per tritam illam ac vulgarem regulam:
quod † feudum in vna sui parte alteratum, in cæteris suam 20
naturam retineat. *tit.48.de feudo non habente propriam feudi*
naturam.lib.2.F. Socin. *in l.Gallus.29.§. & videtur.12.in verb.*
etiamsi parente.colum.2.vers. quam conclusionem limita.ff.de li-
ber.& posthum.heredib.instit. Quod autem Doctores præ-
allegati pro confirmatione suæ opinationis asserunt: feu-
dum emptum esse instar bonorum allodialium, atque in
eo succedi iure contractus emptionis-venditionis, non
iure feudi: id ipsum est, de quo quæritur, (*vt Logici vo-*
cant) petitio principii, & probatur incertum per æque
incertum: imo vero iam non feudum, sed allodium
dicendum esset. Et hanc sententiam ita defendunt &
amplectuntur Andreas de Isern. Martinus Laudens. &
Præposit. *in capit.1.§.& quia.de his,qui feud.dare poss. in vsib.*
feud. Zasius *in epitom.feud.part.8.num.37.& part.12.num.21.*
Hanneton. *lib.2.de feud.cap.8.* Sonsbece. *in Commenta.*
ad vsus feud.part.9.num.122. Pistoris *lib.1. quæst.34.num.8.*
& quæst.38.num.47. Molin. *in consuetud. Paris.tit.1. §.30.*
num.100. Alciat. *respons.170.num.3.* Wesenbecius *con-*
sil.2.num.91. Mynsingerus *cent.5.obseruat.73.* Borcholtus
in Commentar.in consuetud.feudor.cap.7.num.65. Garzon. *in*
tractat. de fœmin. ad feud. recip. restrict. 6. Kirchouius *in*
thesaur. commun. opin. cent.3. conclusion.46.num.14. Schra-
derus *d.tractat.feud.part 7.cap.4. num.5.* Vulteius *d.lib.1.de*
feudor.cap.9.num.44. D.Bocer. *d.tractat.de iure succed.in feud.*
cap.3.quæst.16. Fachin. *lib.7.controuers.iur.cap.37.* Gotho-
fredus Antonius *disput.feudal.6.th.1.lit.f.* Niellius *disput.*
feud.

feud.3.tit.3.sub lit.A. Rudinger. *libr.1.variar. lection.iur. feud. cap.32.num.3.& seq.* Hunnius *in tracta.feud.cap.10 pag.224.* Rosenthal. *d.cap.7.conclusion.34. num.7.sub lit.K. aliique per eum citati.*

21 *Pro quo nullum præstatur seruitium.*] Tametsi † in feudum francum, id est, a seruitiis liberum, fœminam succedere, præter Clarum hoc loco nostrum, *& ab eo relatos,* censent Roman *singular.178.incipiente, hodie fœmina & consil.33.& consil.367.num.12.* Alexand. *consil.29. num.1. & consil.30. num.24. volum.1.* Wurmbser. *de feud. obser.14. vers. sicut etiam videmus.* Paris de Puteo, *de redintegrat feud cap.108 num.7.* Ruin. *consil.24 num 9. vers. & similiter. & consil.48.num.7.volum.1.* Grat. *consil.9 num 153.volum.1.* Vulteius *d.lib.1. de feud. cap.9.num 41.pag.410.* Hartman. Pistor. *d.lib. 2.quæstio.34. num.29.33.& seqq.* Rudinger. *d.lib.1 cap.33.* Iohan. Campeg. *in tract. de dot. lu.quæst.42.* Anto. Gabriel. Roman. *lib.6.commun opin tit.de verb.signific.at.conclusio 4.num 59. & ceteri ab his memorati:* contrariæ tamen sententiæ, vtpote veriori, subscribunt Martinus Laudens. *in d.c.1.§.& quia. num.29.& ibidem Præposit.num.6. vers.vos tenete contrarium. de his, qui feud.dar. poss.* Iacobin. de S.Georg *de feud. super verb.& fœminis.num.5.* Duaren. *de feud. cap.10.num.7.* Hanneton. *lib.2.feud.cap.8.* Zasius *d.epitom.feud.part 8.num.44.* Schrader. *d.tract feud.part. 7.c.4.num.11.* Bocholt. *d Comment.c.7.num.68* D.Bocerus *d.cap.3.quæst.19.* Schneidevv. *de feud. part.6.num.18.* Rosenthal. *d.c.7.conclus 34.num.11.& alii, quos hic recitat.* Qui is potissimum mouentur argumentis, quibus paulo ante ostensum est, quod etiam ab emptitii feudi successione fœminæ repellantur. Quæ argumenta, vt & resolutiones obiectionum quarundam, latius exposuimus *ad principium tit. Inst.de heredit.quæ ab intest.defer.num.121. & seqq.*

Quid, si feudum concessum sit pro certo seruitio.] Quod † fœ-
22 mina patri suo succedat in feudum, pro quo seruitium eiusmodi est præstandum, quod fœmina non minus decenter & commode, quam masculus, explicare potest, vltra Clarum hic, *& ab eo citatos,* tenent Decius *consil.169. num.4.* Cuman. *consil.164.* Roman. *consil.367.num.12.* Corn. *consil.16.num 9. & consil.139.num.4. vol.1.* Gazadin. *consil.56. num.11.* Paris. *consil.4.num.18.vol.1.* Roland. à Valle *consil.23. num.7.vol.1.& consil.41.num.8.vol.4.* Menoch. *consil.65.num.19.volu.1.* Decian. *consil.58.num.39. vol.2.* Vulteius *d.lib.1.de feud.cap.9 num.42.&* Hartmannus Pistoris *d.lib.2.quæst.34. num 37.* Sed contrarium defendunt Andreas de Isern. *ad tit.23.in quib caus.feu. d amitt. libr.1.F.* Curtius Iunior *in tract. feud.part.3. num.12.* Zasius *in epit feud. part.8.num.49* Duaren. *d.c.10.num.7.* Schrader. *d.tract.feud.part.7.c.4.num 10.* Idemque & nos probauimus *ad d.principium tit.Instit.de heredit.quæ ab intest.defer.num.131.*

QVÆSTIO LXXIV.

S V M M A R I A.

1 *An filius exheredatus succedat in feudum.*
2 *Nulla ordinatio defuncti in feudo valet.*

1 AN *filium exheredatum possit in feudo succedere.*] Quamuis † filium iuste exheredatum ad feudi successionem minime admittendum esse, opinentur Iacobin. de Ardiz. hac à Claro relatus, Blancus *in summa sua feud.lib.3.c.1.num.31.* Iacobin. de S.Georg. *in tractat. de feud in verb. præsentes. num 9 & seq.* Petrus Rauennas *in tit 1. §. & quia vidimus. ibidemque* Frider Schenck. *num.19. lib.1.F.* Zasius *in Epito. feud.part.8.num.8.* Mozzius *de substantialib. feudi.num. 72.* Loffred. *consil.1.num.178.& seqq.* Schneidevvin. *in Epito.feud. part.6.tit.de success ab intestat. num.27.cum seqq. &* Fortcat. *de feud.capit.5.num.17.* opinionem tamen contrariam, tanquam veriorem, sequi malunt Andr. de Isern. *in tit.1.de feudi cognit.§.similiter.num.5. lib.2.F.* Parisius *consil.1. num.7. & consil.2. num.29.vol.1.* Schrader. *in tract. feudal.part.7.cap.11 num.36.& seqq.* Botholt. *in Comment.ad consuetudin. feud. cap 7.part.2.num.61.* D. Bocer. *in tract. de var.suc. in feud. cap.3.quæst.11.* Vult. *lib.1.de feud.cap.9. num.96.* Hunnius *in tract. feud. cap.10.pag 202. cum seqq. &* Rudinger. *lib.1.var.lection.iur feud.cap.14.num.6.& seq.* Tum † quia regula iuris 2
feudalis expressa est; quod nulla ordinatio defuncti in feudo manere & valere debeat. *tit 8 de successione feudi. in princ.lib.1.F,* Tum quia licet per patris operam ad filios quoque feudum pertineat, *arg.tit.14.de feudo Marchiæ. §.1. lib.1.F.* attamen domini beneficio id maxime accepto ferendum est; qui illud etiam in filios collatum voluit. *tit.23.in quib.caus. feud. amitt. §.vltim. libr.2.F.* Huc referenda sunt, quæ annotauimus supra *ad quæst.40.* Eaque de re vberius disputant, *post alios,* Henricus à Rosenthal. *in tractat. feud.cap.7. conclusion.10.* & Bocerus *dict.cap.3. quæstio.11.12.& 13.*

QVÆSTIO LXXV.

S V M M A R I A.

1 *Filii fratrum cum patruo in stirpes succedunt.*
2 *Quomodo filii fratrum soli succedant.*
3 *Textibus, iure nouissimo specialiter non correctis, merito statur.*

N*Vnquid isti filii fratrum succedent in capita.*] Illud expeditum esse videtur: si † vasallus moritur relictis fra- 1
tribus, & alterius fratris filiis, hos fratris filios in locum patris eorum in stirpem simul cum patruo in feudum antiquum succedere, & tantam assequi portionem, quantam eorum pater, si in humanis esset, consequeretur, *per textum in titul.14. §.1.vers.si vero. & tit.19.§.1.lib.,in patris vicem succedit. lib.1.F. & titu.11.§.his vero deficientibus.libr.2.F.* Borcholt. *in Comment.in consuetud. feud.cap.7 part.2.num.82.* Curtius Iun. *de feud.part.3 membr.3 num.60.* Sonsbecc. *in Commentar.in vsus feud.part.9 num.98.* Zasius *in epito. feud. part. 8.num.17.* Duaren. *de feud. cap 11.num.13.* Rudinger. *libr.1. var.lection.iur feud. cap.54.num.1.* Wesenbec. *de feud.c.6 num. 16.* Mynsinger. *cent.3 obs.94.* Vult. *lib.1.de feud.c.9.nu.109. Et latius exposui ad prin.tit.Instit.de heredit.quæ ab intest.deferunt. num.50. & seqq.*

Quando remanent sine patruo.] Si † vasallus defunctus 2
nullum fratrem, sed vtriusque fratrum filios diuerso numero reliquerit, an huiusmodi fratrum filii in stirpes, an vero in capita patruo succedant, valde controuersum fuit? Quæ quæstio cum iure feudorum decisa non reperiatur: in ea expediendâ ius commune sequendum erit, *per textum in tit.1.§.firmum autem. libr.2.F.* Iure autem communi duorum vel plurium fratrum prędefunctorum liberos, cum soli extant, in feudum paternum patruo suo, sine legitima prole defuncto, in capita succedere, non in stirpes, constat ex *l.2.§.2.ff.de suis & legit.heredib.l.1.§.fin.ff.si pars heredit.petat l penult.in fin. C.de legit.heredib.& §.hoc etiam 4.Instit.de legit.agnator.success.item* Vlpiano *in fragment.titul. 26.§.agnatorum.& Caio lib.2.Instit. tit.8. §.item si moriatur qui, &c.* Qui † textus cum non sint nominatim corre- 3
cti per Nouell. 118.c.3. merito illis adhuc standum erit. *argumento l.præcipimus.32. §.vltim. C. de appellationib. & l.sancimus.27.ibi, quod enim non mutatur, quare stare prohibetur.C. de testament.* Quinimo eadem sententia non difficulter euincitur *ex d.Nou.118.cap.3. vers. huiusmodi vero priuilegium. cum vers.sed cum ipsi, &c.* vbi Iustinianus de nepotibus ex

fratre

fratre, qui cum patruis in successione concurrunt, duntaxat loquitur, disponitque, vt fratrum filii cum patruis in stirpes succedant iure repræsentationis. Ergo argumento à contrario sensu ducto, si fratrum filii cum patruis non concurrant, sed soli existant: in capita, non in stirpes, patruo defuncto succedent, argu. l. 1. ibi, huius rei fortissimum ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd. & l. qui testamento. 20. §. mulier. 6 ff. de testament. qui testam. fac. poss. Atque hanc decisionem non solum Galliæ Parlamenta receperunt: sed & Caroli V. Imp. constitutio Germanica, in Comitiis Spirensibus Anno 1529. promulgata, expresse confirmauit. Porro tum auctores huius sententiæ fere innumeros, tum argumenta, quæ eidem obstare videntur, recensuimus ad d. principium tit. Instit. de hæredit. quæ ab intestat. defer. num. 368. & seqq.

QVÆSTIO LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *An & quatenus filius vel agnatus, retento feudo, hereditatem vasalli defuncti repudiare queat, remissiue.*

1 RETINERE *feudum, & repudiare hereditatem.*] An † & quatenus filius vel agnatus repudiare possit hereditatem vasalli defuncti, & retinere feudum, post Clarum nostrum, & plures alios, diligenter exponunt Ioannes Borcholtus in Commentar. in c. consuetud. feudor. cap. 7. part. 2. num. 94. Hartman. Pistor. lib. 2. quæst. 2. Herman. Vulteius lib. 1. de feud. cap. 9. num. 114. Alexand. Trentacinquius var. resol. lib. 3. resol. 1. de feud. Henricus à Rosenthal. in tract. iuris feud. cap. 7. conclus. 20. cum seq. & D. Collega Bocer. in tract. de iure succedendi feud. cap. vlt. quæst. 1.

QVÆSTIO LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *An & quatenus ius accrescendi in feudis locum habeat, remissiue.*

1 AN *in successione feudorum locum habeat ius accrescendi.*] An † & quatenus in feudis ius accrescendi locum sibi vindicet, post Clarum nostrum, & ab eo huc relatos, plenissime declarant Ludolphus Schraderus in tractat. de feud. part. 1. cap. 1. Herman. Vulteius lib. 1. de feud. cap. 9. num. 119. & Henricus à Rosenthal. in tractat. iuris feudal. cap. 6. conclus. 73. & seq.

QVÆSTIO LXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Num [illegible] succedant in feudum.*
2 *An & [illegible]tenus equites Hierosolymitani ad feudorum successionem admittantur.*

1 AN *Clericus succedat in feudo.*] Clericos † in feudis regulariter non succedere, exploratì est iuris feudalis: adeo, vt etiam feudum, quod prius habuerunt, per ingressum religionis amittant, per textum apertum in titu. 26. §. qui clericus. & tit. 30. de feudo fœminæ. versic. ex hoc illud. lib. 2. F. & similes, quos adducit D Bocerus in tractat. de iure succed. in feud. cap. 3. quæst. 14. & class. 5. disput. 18. th. 9. lit. A. edit. 2. vbi non solum hanc communiorem Dd. conclusionem esse asserit: verum etiam eandem suffragiis Dominorum Assessorum Cameræ Imperialis approbatam, testatur cum Mynsingero cent. 5. obseruat. 48. num. 8. Eadem de quæstione fuse dissertant Iohannes Rudinger. lib. 1. variar. lection. iur. feud. cap. 86. Vulteius lib. 1. de feud. capit. 9. num. 67. Rosenthal. in tractat. iuris feud. cap. 7. conclusio. 29. cum seq. Berlichius ad constit. Elect. part. 3. conclusion. 39. per tot. & Do. Besold. libr. 1. dissert. 10. num. 5. & seq. Sed † quid de militibus siue equitibus Hierosolymitanis seu cruciferis dicendum? Suntne & illi à feudali successione arcendi? Negantium partes sequuntur Franciscus Sonsbecc. in Commentar. in vsus feudor. part. 12. numer. 115. Schrader. in tractat. feud. part. 7. cap. 5. num. 30. Valentinus Forster. de success. ab intest. cap. 32. num. 39. Henricus à Rosenthal. d. c. 7. conclus. 30. num. 9. & seqq. aliique per eos citati. Ast affirmantibus adstipulantur non sine ratione Menochius libr. 2. de arbitr. iud. quæstio. cas. 231. num. 5. Alciat. respons. 29. num. 6. volum. 1. Fachin. lib. 7. controuers. iur. cap. 36. D. Bocer. d. tractat. de iur. succed. in feud. cap. 3. quæst. 16. & Rudinger. d. lib. 1. cap. 87. num. 3. & seq. Quia & istæ personæ sunt religiosæ, Deoque dicatæ, & certo cuiusdam religionis ordini sacro mancipatæ, cap. quamuis de decimis. ac proinde neque domino iuramentum fidelitatis, neque fidelitatem obsequii, neque obsequium seruitii, pro forma feudorum tradita in libr. 2. F. tit. 5. & duob. seqq. præstare possunt. Si qua tamen consuetudo in contrarium extat: ea omnino obseruanda est, per notata Hartmanni Pistoris lib. 2. quæst. 33. num. 23. Vulteii lib. 1 de feud. cap. 9. num. 76. vers. verum valde. pag. 499. & Niellii disput. feud. 5. th. 5. lit. A. 2

QVÆSTIO LXXIX.

SVMMARIA.

1 *Collaterales an & quatenus in feudum succedant.*
2 *Cur agnati sibi inuicem in feudum antiquum succedant, non itidem in feudum nouum.*
3 *Quibus casibus etiam nouum feudum ad vasalli defuncti agnatos transeat.*
4 *Natura cuiusq. feudi potest pacto inuestiturae immutari.*
5 *Quisque rei suæ legem dicere potest; & quilibet rei suæ moderator est & arbiter.*
6 *Donatio mortis causa ita potest fieri, vt nullo casu eius sit repetitio.*
7 *Quod nouum est, aliquando habetur pro antiquo.*
8 *Num pactum istud, vt feudum nouum censeatur iure paterni feudi, rei veritatem immutet.*
9 *An agnati succedant vsque in infinitum, remissiue.*

QVOD *collaterales in feudo succedant.*] Collaterales † seu transuersi ordinis agnati, in feudum duntaxat antiquum, non etiam in feudum nouiter acquisitum, succedunt. titul. 11. de success. fratrum. §. his vero deficientibus. titul. 14. 15. & 26. in princip. tit. 45. 49. & 50. lib. 2. F. titul. 1. §. cum vero. vers. sin autem vnus. tit. 8. §. vltim. titul. 12. & tit. 20. libr. 1. F. Et, post Clarum hic nostrum, aliosque plures, tradit Forsterus lib. 2. de success. ab intest. cap. 1 num. 3. & D. Bocerus in tractat. de iure succed. in feud. cap. 5. quæstio. 1. Et in tantum agnatus agnato suo defuncto in feudum nouum non succedit: vt, licet cum eo communiter & simul feudum illud acceperit; ad eius tamen portionem non admittatur. d. tit. 1. §. cum vero. vers. sin autem. & tit. 14. §. si duo fratres. lib. 1. F. & tit. 12. in princ. lib. 2. F. sed eiusmodi feudum, vt apertum, ad dominum reuertitur. d. tit. 20 lib. 1. F. d. tit. 11. §. his vero. vers. si enim Titius. d. tit. 14. d. t. 15. & d. tit. 26. in princip. libr. 2. F. 1

Ideo † autem agnati, ex primo acquirente descendentes, 2
sibi

sibi inuicem in feudum paternum seu antiquum succedunt: quia beneficio dantis & accipientis pro his quoque primitus acquisitum fuit. *titul.14. de feudo Marchiæ.§.si capitanei, sibi, prædicti fratres vel nepotes per inuestituram patris & aui in beneficium succedunt.lib.1.F. & tit.23. in quib.caus.feud. amittat.§.vltim. lib.2.F.* Cæterum in nouum feudum frater fratri, aut alius agnatus suo agnato idcirco non succedit: ne dominus forte inuitus alium, quam quem voluerit, vasallum acquirat. *d.tit.12.in fin. vers.ne forte.libr.2.F.* D.
3 Bocer. *d.cap.5.quæst.*1. Enimuero † certi perhibentur casus, quibus etiam nouum feudum ad vasalli defuncti agnatos transit. I. est, si pacto inuestituræ nominatim conuenerit, vt frater ad noui feudi fraterni successionem admittatur. *d.tit.1.§.cum vero. vers. fit autem.ibi, nisi hoc nominatim dictum sit.& d.tit 8.§.vltim.ibi, nisi hoc fuerit dictum expressim.& d.tit.10.ibi, nisi per inuestituram, lib.1.F. & d tit.12. ibi, nisi facta fuerit eo pacto inuestitura, & tit.18 ibi, vt quomodo ipsi, &c.iuncto vers.vlt.lib.2.F.* II. Casus est: si vnus fratrum, qui simul habitant, feudum nouum ex communibus bonis vtriusque nomine acquisierit, domino conditionem fratrum haud ignorante. *d.titul.20.ibi, vel nisi beneficium de communibus bonis. lib.1.F.* Quod si vero vnus ex fratribus feudum quidem nouum acquisierit, sed non & communi pecunia & domini consensu: illo mortuo feudum ipsius ad fratrem alterum non pertinet, sed ad dominum reuertitur: tametsi viuo fratre fructus feudi, si simul ipsi fratres habitauerint, communes sint, *per textum in d. tit.12. §.si duo fratres. libr.2.F.* Vulteius *libr.1.de feud.capit.9.num.106. vers.tertio, si fratres, &c.* Eaque de re videantur Henricus à Rosenthal. *in tract.iuris feud.cap.7.conclus.59.num.6.* & Bocerus *d.cap 5.quæstio.2.* III. Casus est: si duo fratres feudum aliquod communiter in hostem domini acquisierit: vt scilicet communibus equis & armis dominum contra hostem iuuent, *per textum in d. tit. 20.in fine, lib.1.F.* Quod si vero simpliciter vnus fratrum acquisierit feudum in hoc, vt equis & armis dominum iuuet; licet cum fratre suo equos & arma illa communia habeat; ei tamen sine filiis mortuo, alter frater in feudum illud non succedit: ne forte dominus alium, quam quem voluerit, sibi acquirat vasallum. *d.tit 12. §.quod si cum equis, lib.2.F. consule ea de re* Bocetum *d.cap 5. quæst.3.* & Rosenthal. *d.capit.7. conclus.59.num.5.* IV. Casus est: si consuetudine vel statuto cautum sit, vt transuersales etiam in feudum nouum succedant, *argum. tit.1.in princip. lib.2.F. & l. de quibus.32.ff.de legib.* Schradet. *in tractat.feud.part.7.cap.*
4 *7.num.5.* V. & vltimus casus est: si † in inuestitura noui feudi adiectum fuerit, vt hoc feudum iure antiqui siue paterni feudi censeatur. Hac siquidem specie omnes transuersales illius, qui feudum acquisiuit, in feudum succedere, multiplex ratio suadet. Tum quia natura cuiusque feudi pacto inuestituræ immutari potest. *titul 18. & tit.48.lib.2.F.* Tum quia dominus, quando iure paterni feudi, nouum alicui concedit feudum, ius suum remittit:
5 quod ei plane liberum & integrum est: cum † quisque rei suæ legem dicere possit. *l.in traditionibus.48.ff. de pact. l.legem, quam dixisti.10.C.eod.* & quilibet rei suæ moderator & arbiter intelligatur. *l.in re mandata.21.Cod.mandat.*
6 Tum quia † donatio mortis causa ita fieri permittitur, vt nullo casu eius sit repetitio: quæ donatio quoad effectum, vt scilicet reuocari nequeat, perinde habetur, atque alia quæuis donatio inter viuos. *l.si alienam.13.§.1.&*
7 *l.vbi ita donatur. 27.ff.de mort.caus. donationib.* Tum † denique quia illud etiam, quod nouum est, pro antiquo haberi potest. *l.quicunque desertum.7.in princip.ibi, & velut domesticum, & antea successione quæsitum. C. de omni agro deserto, &c. lib.11.*

8 Neque obstat huic assertioni, quod † pactum istud, vt videlicet feudum nouum censeatur iure paterni feudi, rei veritatem non immutet, *argum.l.si forte.8 in fin. ff. de castrens. pecul.l.non nudis.14.C.de probationib.& l.si donatione.13. C.de collationib.* Quamuis enim eiuscemodi feudum nouum, si rei naturam spectes, reuera antiquum siue paternum feudum non sit: effectum tamen iuris si consideres, pro paterno feudo habetur, eademque illius hoc casu qualitas reputatur. *Et ita tradunt* Bald. *in cap.1. in princ. de alienat. paterni feudi.* Præposit. *in c.1.de grad.succed.in feud.* Alexandr. *consil.10.lib.3. cons.55. num.17.libr. 4.* Matth.de Afflict. *decis. Neapolit. 282.* Paris. *consil.17.lib.1.* Schraderus *in tractat.feud.part.7.cap.7.num.5.in fin.* Mynsinger. *cent.4. obseru.84.* Gail. *libr.2.obser.50.* Menoch. *cons.160. num.25. & seqq. libr.2.& lib.3.de præsumptionib.præsumpt.93.num.16.* Fachin. *lib.7.controuers.iur.cap.58.* Bocer. *d.tract.de iur.succed. in feud cap.5.quæst.10.* Rosenthal. *d.tract.feud.cap.2.conclus.13. pluresq; alij, ab eo recensiti.*

An † succedant solummodo vsque ad septimum gradum.] Adde 9
de hac quæstione accurate dissertantem D. Henricum Bocerum, *d.c.5.quæst.20.* & Iohannem Rudingerum *lib.1. var. lection. iuris feudal. c.35.*

QVÆSTIO LXXX. 1

S V M M A R I A.

1 *Fœmina semel ob masculi defectum, ad feudi successionem admissa, quamdiu viuit, feudum retinet, etiamsi postea masculus aliquis nascatur.*
2 *Quod alicuius factum est, id ei inuito auferri non potest.*
3 *Ius semel quæsitum, perpetuum esse censetur.*
4 *Multa fieri impediuntur, quæ tamen facta tolerantur.*
5 *Effectus iam consummatus non cessat, causa eius cessante.*
6 *Sententia & intellectus tit.17.lib.2.F.*
7 *Si vasallus defunctus prægnantem vxorem reliquerit, & ea postea filium pepererit; huic filio fœmina cedere cogitur.*
8 *Qui in vtero est, pro iam nato habetur.*
9 *Cœptum habetur pro perfecto.*
10 *Ecquid fœmina, semel per masculum à successione feudi remota, perpetuo exclusa maneat.*
11 *Referuntur Doctores, qui in proposita quæstione negatiuam opinionem amplectuntur.*
12 *Exhibetur catalogus Interpretum, contrariam aientem sententiam defendentium.*
13 *Interpretatio tit.6.§.quinetiam. lib.1.F.*
14 *Quæ sit vis & potestas vocis,* vlterius.
15 *Qualitas adiuncta verbo, quatenus secundum tempus verbi exaudiri debeat.*
16 *Explicatio dicti tit.6.§. vlt.lib.1.F.*
17 *Remoto subiecto, remouetur etiam necessario eius adiunctum.*
18 *Qui in defectum alterius vocatur ad successionem: is, succedente eo, cuius in locum vocatur, in tantum excluditur, vt postea nunquam amplius admittatur.*
19 *Quicquid sub conditione datur, sub contraria conditione non dari intelligitur: & contra.*
20 *Ablatiuorum absolutorum natura & proprietas.*
21 *Qui aliquo modo à successione excluditur, is nulla ratione ad eam admittitur amplius.*
22 *Ius semel extinctum, amplius haud reuiuiscit.*
23 *Fœmina, quæ vigore statuti per masculum à successione bonorum semel fuit remota, licet deinde masculus ille fuerit mortuus; tamen ad successionem amplius non admittitur.*
24 *Vnumquodq; ad naturam suam facile reuertitur.*

Sed

Sed communis opinio est in contrarium.] Hanc † opinio-
1 nem (quod ſcilicet fœmina, ſemel ob maſculi defe-
ctum admiſſa ad feudi ſucceſſionem, ſi poſtea maſculus
aliquis naſcatur, non repellatur a feudo) præter Cla-
noſtrum, *& ab eo citatos*, approbant & tuentur Baldus,
Iacobus de Beluiſo, Petrus Rauennas & Fridericus
Schenck *ad tit.17.lib.2.F.* Ioan. Thomas de Marin. *tit.11.
de feud fœmin.num.37. verſic.nono quæritur, &c.* Guerrinus
Piſo *in præl.ud.feud. ſub tit.propria & impropria feuda quænam
ſint.verſ.quarta ſpecies feudi impropr. &c.* Hanneton.*lib.2.de
feud.cap.9.*Schrader. *in tract.feud.part.7.c.4.num.82.*Hartm.
Piſtoris *lib.2.quæſt.35.num.9.* Sonsbecc. *in Comment.in vſus
feud.part.9.num.140.* D.Bocer. *in tract.de iure ſucced, in feud.
cap.3.quæſt.6.* Schneidewin. *in epit.feud.part.6.tit.de ſucceſſ.
ab inteſt. num.48.* Mozz. *in tract.de feud.cap.de natur.alib.feud.
num.101.* Vult. *lib.1.de feud.cap.9.num.49.in fine.* Ruin. *conſil.
151.num.4.& conſ.154.num 3.vol.2.*Menoch. *conſ.568.num.15.
vol.2.*Fachineus *lib.7.controuerſ.iur.c.41. & nouiſſime* Hun-
nius *in tract.feud.c.10 pag.239 & ſeq.* Idque per ſubſequen-
tia præcipue argumenta. Primo enim feudorum placita
fœminam, extante maſculo, à feudo per ſucceſſionem
acquirendo repellunt: non etiam illam a feudo iam ac-
quiſito remouent. *titul.6.§.quin etiam.tit.8.in princip.§.filia
vero.lib.1.F. tit.11.§.ad filias.tit.17.18.& 50 in princ.lib.2.F.* &
conſequenter hunc caſum deciſioni diſpoſitionis iuris
communis relinquunt, *arg.tit.1.in princ.verſ.ſtrenuus autem*
2 *lib.2.F.& l.præcipimus.31.§.vlt.C.de appellationib.* Iure † ve-
ro communi, quod alicuius factum eſt, id ab eo inuito ad
alium non tranſit. *l.id, quod noſtrum.11.ff.de reg.iur.l.ſi pro-
curator.35.ff.de acquir.rer.dom.* & ne quidem actio, quæ ali-
cui ſemel quæſita eſt, eo inuito reſolui, eique auferri po-
3 teſt. *l.habere.57.in fine.ff.de euictionib.* cum † ius ſemel quæ-
ſitum, perpetuum eſſe cenſeatur, *arg. l.fiue poſſidetis.16.C.*
4 *de probationib.* Deinde † quia multa fieri impediuntur;
quæ tamen, ſi facta ſint, tolerantur. *l. patre furioſo. 8. ff.de
5 his,qui ſui vel alieni iur.ſunt.* & † quia effectus iam conſum-
matus, non vitiatur aut ceſſat, cauſa eius ceſſante. *l.qui res.
98.§ aream 8.ff.de ſolutionib.l.tutelæ.7.in princ.ff.de capitis di-
minut.late* Tiraquell. *in tract regulæ,ceſſante cauſa ,ceſſat effect.
limitat.12.num.1.& ſeqq.* Præterea certi ſunt modi, quibus
6 feudum amittitur. Hiſce † autem modis nuſquam in
feudorum libris ſuperueniens maſculi natiuitas connu-
meratur. Non ergo putandum eſt: quod hoc etiam
modo fœmina feudum antea acquiſitum rurſus amit-
tat.

Huic veriſſimæ ſententiæ non obſtat, quod obiicitur
à diſſentientibus (nimirum Iſernia, Laudenſem & Affli-
cto *in d. tit.17. libr.2.F. item* Hugone Celſo *conſil. 26. num.
47.& 56 nec non* Burſato *conſ. 63.num.16.* fœminam in ca-
ſu deficientis maſculi ad feudi ſucceſſionem conditiona-
liter tantum admitti, ſi ſcilicet maſculus poſtea non ſu-
peruenerit. *d.tit.17.ibi, non patet locus fœminæ in feudi ſucceſ-
ſione, donec maſculus ſupereſt. lib. 2.F.* ac proinde nato poſt
maſculo, repelli fœminam antea admiſſam. *Id namq,* pla-
niſſime falſum eſt. Siquidem in ſcitis feudalibus traditum
quidem reperitur, quod pacto inueſtituræ fœminæ ius
ſuccedendi in feudum deferatur ſub hac conditione: *ſi
maſculi deficiant defuncto vaſallo, de cuius ſucceſſione agitur.* At
nuſquam ſcriptum extat, quod fœmina, deficiente ma-
ſculo, ad feudi ſucceſſionem ſub aliqua iſtiuſmodi condi-
tione admittatur. Non igitur vt illud receptum; ita &
hoc ſine lege feudali recipi debet, vt in ſimili loquitur
Africanus IC. *in l.eius,qui.41.ff.de reb.credit.* Cæterum quod
attinet ad dictum *tit.17. lib.2.F.* quem aduerſarii pro ſua
opinione ſtabilienda allegant: loquitur is de ſuccedcn-
do in feudum, id eſt, de futura ſucceſſione, non de ſuc-
ceſſione iam facta: quemadmodum ipſamet verba per-
ſpicue oſtendunt. Reliqua argumenta, quæ contra-
riari videntur, abunde refutauimus *ad principium tituli
Inſtitut. de hereditatib. quæ ab inteſtat. defer. numer. 190. &
ſequentib.*

Verum † enimvero ſi vaſallus, fato functus, præ- 7
gnantem vxorem reliquerit, & ea poſtea filium pepere-
rit. huic filio fœmina, quantumuis in feudum ſucceſ-
ſerit, cedere cogitur. Huiuſque ratio expedita eſt: tum
quia is, qui † in vtero eſt, pro iam nato habetur in his, 8
quæ ad eius commodum pertinent. *l.qui in vtero.7.& 26.
ff.de ſtat.homin.l.ſi quis.23.ff.de captiu.& poſtlim. reuerſ. l.cum
vir.25.ff.de condit.& demonſtrat.* Tum † quia cœptum etiam 9
pro perfecto & completo habetur. *l.cum aurum.19.§.inſe-
ctis.11.ff.de aur. & arg.legat.l.cætera.41.§.ſed ſi parauit.14. ibique*
Bartol. *ff.de legat.1.* Atq, ita docent Matthæus de Afflict. *ad
d.tit.17.lib.2.F.* Hartm. Piſtoris *d.lib.2.q.35.nu.11.* Vult. *d.lib.1.
de feud.c.9.nu.49.pag.436.ibiq, referens* D.Bocer. *d.tract.de iu-
re ſuccedendi in feud.c.3. quæſt.8.*

Nunquid fœmina ſemel excluſa, &c.] Etſi † multi, iique 10
Clariſſimi Iuriſconſulti (præter Clarum noſtrum *hic in
verſ.quæ tamen mihi ſemper*) exiſtimant; fœminam per ma-
ſculum à feudo ſemel excluſam, non perpetuo intelligi à
feudi ſucceſſione remotam. Iacobus † de Beluiſo, Mar- 11
tinus Laudenſ.& Cuiacius *in tit.6.§.quin etiam.lib.1.F.* Ia-
cobus de Ardizone *in ſumma feud.part.3.tit. de feudi ſucceſſ.
verſ.inde videtur, &c.* Sonsbecc. *in Commentar. in vſus feud.
part.9.num.130.& ſeqq.* Guerrin.Piſo *in præl.ud feud cap.40.
verſ.quarta ſpecies.num.17.* Weſenbec. *de feud.cap.6.num 23.*
Ioan.Fichard. *in addit.ad* Ioannem Baptiſtam à Villalobos
lib.commun.opin.lit F.num.60. Hartman. Piſtor. *lib.2. quæſt.
36.num.5.cum ſeqq.* Vult. *lib.1.de feud.c.9.num.52.& ſeq.*Myn-
ſinger. *cent.5.obſerv.74. num.8.* Forſter. *libr.3.de ſucceſſionib.
c.14.in fine.* Heigius *part.1.quæſt.16.* Lorior. *in tit. de his, qui
feud.dar.poſſ.§.& quis.verſ.ſed dubium.* Matth. Stephani *cent.
3.quæſt.6.ad lit.E.* Hœnon. *diſput.12.ſub controuerſ.5.ad fin.*Ni-
ellius *diſput.feud.5.th.4.lit.C.in fine* Rudinger. *libr.1. var.le-
ction.iur.feudal.num.10.cum ſeqq.* Anton. Peregrin. *de fidei-
commiſſ. art.29. num.18. & artic.27.num.24.* Roſenthal. *in
tract.iuris feud.c.7.concluſ 44.num.3.* Valentin. Voltzius *in
conſilio ſuo, quod* D. Collega Beſoldus *ſuis diſſertationib. No-
micopoliticis ſubiecit pag.245.cum ſeqq. edit.2.& ipſe* Beſold.*lib.
1.diſſertat.11.num.17.& ſi qui ſint alij, ab his allegati:* Contra-
riam tamen, tanquam † veriorem, & receptiorem, ſen- 12
tentiam amplectuntur Andreas de Iſern. Bald. Aluarott.
Præpoſit. Afflict. Schenck Baro & Paulus Picus *num.12.
in d.tit.6 §.quin etiam lib.1.F.* Ioan. Blanc. *in ſumma. ſub titul.
de ſucceſſ.feud. verſ.vel dic, quòd maſculus,&c.* Odofred. *in ſum.
ſub tit.qui poſſ.in feud.ſucced.* Zaſius *in epit.feud.part.8.num.58.*
Graſſ. *lib.1.recept.ar.ſentent.§ ſucceſſio ab inteſtato. quæſt.4.num.
2.* Hanneton. *lib.1.de iur.feud.c.9.ſub fin.* Tiraquell. *in repeti-
tione l.ſi vnquam.8. ad verb.ſuſceperit liberos. num.193. & ſeqq.
C.de reuocand. donat.* Gail. *lib.2.obſeru.148.* Franciſcus Curt.
iun. *in tract.feud.3.part. princip.in princ.num.32. verſ. vigeſimo ſe-
ptimo.* Duaren. *de feud.c.10. num.11.* Ioan. Thom. de Marin.
in tract. feud.tit.11.de feud.fœmin.num.18.& ſeq. Raphael.Cu-
man. *conſ.99.col.1.* Angel.de Peruſio *conſ.321. col.5.* Franciſ.
de Aret. *conſ.50. & conſ.158. col.fin.verſ.circa ſecundum.* Ste-
phanus Wermandus *conſ.276.* Hugo Celſus *prædicto conſil.
26.num.48.*Ioa de Imola *conſ.27.poſt medium.*Ioan.Rubeus
*conſ.57.num.2.*Burſat. *conſ.80.num.9.*Claud. Cantinus *conſ.
35.num.42.*Cephalus *conſ.20.* Tiber. Decian. *conſ. 98.num.
21 vol.1.* Iacob.de Rimmald. *conſ.678.num.17.vol.4.*Ludou.
Zunchus Parmenſ. *in conſiliis ſuis pro vxore. conſ.2.num.948.*
Anto.Henrichman. *conſ.37.tom.3.* Grammat. *deciſ.63.* Ma-
rani. *diſput.10.num.15.*Adrian. Gylmannus *tom.2* Sympho-
rematis *ſupplicationum.part.1.vot 21.num.16.& ſeq.*Borcholt.
*in Comment.in conſuet.feud.c.7.part.2.num.36.*Schrad. *in tract.
feud.part.7.c.4.nu.83.*Mozz. *de natur.feud.num.99.*Menoch.
*conſ.num.458.vol.1.& conſ.400.n.15.vol.4.*Fachin. *lib.7 contro-*

*uerſ.iur.c.*45.D.Collega Bocer.*in tract.de inuestitura feudi.c.*5.*num.*62.*cum multis ſeqq.& in tract.de iur.ſucced.in feud.cap.*3 *q.*4.Andreas Knichen *part.*1.*de veſtiturarum pactionib.cap.*3.*num.*23.*cum ſeqq.* & Gothofredus Antonius *diſput.feud.*5.*th.*6.*ad lit.A.*

Rationes & fundamenta huius ſententiæ varia afferri
13 ſolent. Primum † ſumitur ex textu *in tit.*6. *Epiſcopum vel Abbatem,&c.§.quinetiam.lib.*1.*F.* vbi IC. Feudiſta, *Quinetiam,ait,ſi quis eo tenore feudum acceperit,vt eius deſcendentes maſculi & fœminæ illud habere poßint: relicto maſculo, vlterius fœminæ non admittuntur.*
14 Quo † in textu per dictionem *vlterius* aperte oſtenditur, quod relicto & ſuccedente maſculo,fœmina nunquam amplius admittatur. Eſt etenim iſta dictio *vlterius* aduerbium temporis perpetuo excluſiuum vt arguit *c.cum acceßiſſent.*8.*verſ.fuit in ſuper.ibi,ne primiceriatus dignitas eſſet vlterius in Eccleſia.* vbi Bald. *extr.de conſtitutionib.& l.*3.*in fin.C.de præſcript.* 30.*vel* 40.*annor.* atque adeo eandem continet poteſtatem ,quam vox *amplius* aut *deinceps*: & denotat priuationem ſeu ſummotionem perpetuam, non ſuſpenſiuam aut moratoriam: ſicuti dicitur de ſtipulatione amplius vel deinceps non agi vel peti.*l.eadem dicemus.*4.*§.Cato.ff.de verb.obligat.l.amplius non peti.*15.*& l.procurator.*23.*ff.rem ratam haberi.* Nec mouet quicquam,quod cum verbum illud , *admittuntur*, in textu poſitum ſit præſentis ,non futuri temporis : ſecundum huius verbi tempus accipiendum quoque ſit aduerbium, *vlterius* : proindeque de præſenti ,non vero de futura ſucceſſione in feudum,textus ille intelligendus ſit : eo † quod qualitas ad-
15 iuncta verbo, ſecundum tempus verbi exaudiri debeat. *l.in delictis.*4.*§.ſi extraneus.ff.de noxalib.act. l.Titius.*25.*ff.de teſtamento milit.* Alexand. *conſ.*83 *num.*11.*vol.*3 *conſ.*5.*num.*3.*& conſ.*101.*num.*14.*vol.*5.*conſ.*29.*num.*6.*conſ.*139.*nu.*3. *conſ.*143.*in princ.conſ.*198.*nu.*12.*conſ.*207.*nu.*10. *& conſ.*227.*num.*8.*vol.*6. Nam quoties qualitas verbo adiuncta non patitur ,vt ſecundum tempus verbi illius intelligatur : toties fallit iſta regula, quæ habet , quod qualitas verbo adiecta , ſecundum tempus verbi illius ſit intelligenda , *argu.l.in ſubſtitutione.*31.*ff.de vulg. & pupill.ſubſtit.c.vltim.§.item opponitur.*22.*quæſt.*2.*c.Raynutius.*16.*extr.de teſtam.* Petrus Duennas *in fallentiis regular.iur.ſub lit.Q.regul.*556.*verſ.ſecundo fallit.& verſic. quinto.&c.* Menoch. *conſ.* 225.*num.*16.*& conſ.*227.*num.*25.*&* 60. Quare aduerbium *vlterius* cum ſit futuri temporis, propria eius natura inſpecta: iuxta eius genuinam proprietatem , verbum quoque illud *admittuntur* cenſendum erit.

16 Secundum † fundamentum ſuppeditat clauſula generalis *dicti tit.*6.*§.vlt.lib.*1.*F.* vbi Feudiſta inquit : *Et his omnibus caſibus feudum amittitur, & ad dominum reuertitur.* Ex quibus verbis indubitate conſtat : quod *in iſto titu.*6. (*vt & in proxime præcedenti*) de caſibus agatur,quibus feudum amittitur , & ad dominum reuertitur. Vnus proponitur *in princ.& §.*3.*eiuſdem tituli*: duo autem *ind. § quinetiam. & §. vlt.* Primus caſus eſt , quo feudum non iure datum redit ad dominum: vt quia Prælatus Eccleſiæ in feudum res Eccleſiæ dedit , quæ antiquitus dari in feudum non conſueuerunt. Alter eſt,quo ſine liberis decedit vaſallus,per quem fœmina prius excluſa fuit. Tertius eſt , quo vaſallus,quod natura mutus eſt , feudum retinere non poteſt. Cum igitur his caſibus omnibus feudum amittatur,& ad dominum reuertatur : pluſquam manifeſtum inde fiet , quod fœmina per maſculum prius excluſa,eo mortuo,ad feudi ſucceſſionem in locum maſculi nunquam amplius admittatur. Qui † enim feudum amittit; ius ſucceden-
17 di in illud , ſaluum amplius habere nequit : cum remoto ſubiecto ,feudo ſcilicet & iure ſuccedendi in illud , remoueatur etiam neceſſario eius adiunctum, ipſa nimirum ſucceſſio. Adhæc ſi feudum, à quo per maſculum fœmina fuit repulſa,eo maſculo ſine liberis defuncto,ad dominum reuertitur: haudquaquam vere dici poterit,quod fœmina iſta excluſa,ad illud regreſſum iure habeat.

Tertium argumentum tale eſt : Quicunque † in defe- 18
ctum alterius ad ſucceſſionem vocatur : is,ſuccedente eo, cuius in locum vocatur , eo tantum excluditur , vt poſtea non admittatur amplius; licet ille, per quem remotus ſemel fuit, poſtea deceſſerit, aut iure,in quod ſucceſſit ,abſtinuerit.*l.*3.*& l.quamdiu.*69.*ff.de acquir. vel omitt.heredit.l.ait Prætor.*7.*§.ſed quod.*10.*ff.de minorib. l.verbis ciuilibus.*7.*l.in pupillari.*14.*& l.ex facto.*43.*in princ.ff.de vulg.& pupill.ſubſtitut.§.maſculo igitur.*8.*Inſtit.de pupillari ſubſtitut.& l.poſt aditam* 5.*C.de impuber.& aliis ſubſtitutionib.* Atqui vero fœmina,quando inueſtituræ pacto ad feudi ſucceſſionem vocatur; in defectum ſaltem maſculorum vocari intelligitur. *tit.*17.*in princ.ibi, vel his deficientibus.titul.*18.*ibi,& maſculis deficientibus. & tit.*30.*ibi,deficientibus filiis maſculis. lib.*2.*F.* Ergo maſculo ſuccedente, fœmina, quæ pari gradu cum eodem maſculo extat , ſed per ipſum feudo excluditur, nunquam poſtea ad idem feudum , mortuo quantumuis eo maſculo, admittitur.

Quartum argumentum huiuſmodi eſt : Quicquid † 19
ſub conditione datur , ſub contraria conditione non dari cenſetur : & contra , quicquid ſub conditione adimitur, ſub contraria conditione dari intelligitur. *l.quibus diebus.*40.*§.quidam Titio. & l.aliquando.*107. *ff.de condit, & demonſtrat.* Crauett. *conſ.*344.*num.*4. Sed ius ſuccedendi in feudum pacto inueſtituræ datur fœminæ ſub hac conditione,*ſi maſculi deficiant*. Verba namque, *deficientibus maſculis, in d.tit.*17.*d.tit.*18. *& d.tit* 30. *lib* 2.*F.* conditionem impor-
tant : cum † ſint duo ablatiui abſoluti : quorum ea natura 20
eſt, vt conditionem inducant , vel in conditionem reſoluantur. *l.ab emptione.*58.*ff.de pact.l.creditor.*13.*in princip.ff.qui potior.in pign.hab.l.eusctis.*18. *in princ. & l.lite conteſtata.*35.*ff.de vſur.l.fructus.*7.*§.diuortio facto.ff.ſolut. matrimon. l.acceptis.*93.*ff.ad leg. Falcid.l.facta.*63.*§.reſcripto.ff.ad SC.Trebellian.* Rolandin.à Valle *conſ.*65.*num.*23.*vol.*3. Quocirca ſub contraria conditione , ſi ſcilicet maſculi non deficiant , ſed extent , & in feudum ſuccedant, non cenſetur fœminæ datum ius ſuccedendi in feudum. Cui autem ius ſuccedendi non competit: ei nec ſucceſſio competere dicitur:cum ſucceſſio ipſius iuris ſuccedendi effectus perhibeatur.

Quintum argumentum ita habet : Quicunque † ali- 21
quomodo a ſucceſſione excluditur , is nulla ratione ad eam amplius admittitur,*arg.l.ſi pon.is.*23.*§.*1.*ff.de inoffic.teſtament.l.*2.*in princ.& §.*1.*&* 2.*ff.de exceptionib.* Atqui fœmina, à feudi ſucceſſione per maſculum remota,excludi dicitur, *per textum in titul.*104. *caſus, quibus fœmina in feudo ſuccedit.§.item ſi quis eo tenore.ibi.fœminæ excludantur. in extraord.capitu. in vſib.feudor.* Igitur fœmina , à feudi ſucceſſione ſemel per maſculum remota, nulla ratione ad eam amplius admittitur.

Sextum argumentum hoc eſt : Ius † ſemel conſopitum 22
ſiue extinctum amplius haud reuiuiſcit. *l.*3.*§.ſi capitis* 9. *verſic. etiamſi omiſerit. ff.de bonis libertor. l.in tantum.*6.*§. ſacra autem. verſ.ſemel.ff.de diuiſ.rer.l.ſed ſi meis.*26. *§.arbor ff.de acquir.rer. dom.l.inter ſtipulantem.* 83.*§.ſacram.ff.de verbor.obliga. l.qui res.*98. *§.aream.* 8.*ff. de ſolutionib.* Sed ius ſuccedendi in feudum , fœminæ ex pacto inueſtituræ competens, extinguitur extante & ſuccedente maſculo , *per d.tit.*194. *§.item ſi quis. in extraord. cap. & alia iura ſupra adducta.* Illud ergo ius , mortuo poſtmodum eodem maſculo, haud reuiuiſcit.

Septima ratio, à ſimili petita , eſt illa· Fœmina, † quæ 23
vigore ſtatuti per maſculum a ſucceſſione bonorum ſemel fuit remota , licet maſculus ille deinde ſine defunctus, ad ſucceſſionem tamen amplius non [illegible]ttitur , *vt docent* Bartol.*in l.vlt ff.ad SC.Tertyllian.* Bald *in l. quis poſthumos.*9. *§.ſi plurium.ff.de liber. & poſthum. & in leg.poſthumus.*

6.in princip.ff.de inoffic.testam. Francisc. Aretio. consil.144. Alexand. consil.43.volum.3. Socin. consil.92.volum.1. & consil. 50.volum.3. Paris. cons.22.num.16. Gail. lib. 2. obseruat. 148. num.4. Anton. Peregrinus in tractat. de fideicommiss. artic. 27.num.17. Quapropter fœmina, etiam à feudi successione per masculum remota, eo masculo defuncto, amplius non admittitur: quippe cum ius feudorum regulariter fœminas à feodis pœnitus repellat. tit.1.§.hoc autem. 3.& tit.8.§.filia vero. lib.1. & tit.50. lib.2.F. & latius expositum supra ad quæst 73.num.1.& seqq.

24 Octaua denique ratio patescit ex trita illa iuris regula, qua dicitur: quod † vnumquodque ad naturam suam facile reuertatur. d.l.in tantum.6.in princ.ff.de diuis. rer. l.si vnus. 27.§.pactus, ne peteret. vers.quotiens enim. vbi Iason. ff.de pact. l.hac consultissima.21.§.si quis autem. C.de testament. can. ab exordio.2. & ibi gloss. super verb. reuoluit. distinct.35. Cum ergo feudi natura ea sit, vt ad eius successionem fœminæ non admittantur: certe ad hanc naturam reuertitur feudum, si fœmina per masculum semel à feudi successione repulsa, in perpetuum exclusa maneat. Quæ contra hactenus confirmatam sententiam opponi solent argumenta, ea post Dn. Bocerum in locis supra citatis, nos copiosissime confutauimus ad princip.tit.Instit.de hered. quæ ab intest.defer.num.139. & seqq.

QVÆSTIO LXXXI.

S V M M A R I A.

1 *In feudis dignitatum an & quatenus locum habeat successio; remissiue.*
2 *Primogenitum in successione feudi regalis, cæteris suis fratribus præfertur.*
3 *Vtrum nepos ex filio primogenito, patruo suo secundogenito in iure primogenituræ præferri debeat.*
4 *Nepos in patris sui mortui locum & communi & feudorum iure succedit.*
5 *Pater & filius eadem fere persona reputantur.*
6 *Vox patris, tanquam vox filii est.*
7 *Pater & filius vna caro habentur.*
8 *Pater, cui commissa est legatio, filium substituere potest.*
9 *Filio primogenito ius suum primogenituræ fratri vendere & cedere licet.*
10 *Heredes in omne ius defuncti succedunt.*
11 *Quod cessibile est, ad heredes quoq; est transmissibile.*
12 *Feudum semel stirpi alicui quæsitum, quatenus in ea perseueret.*
13 *Ius ordini & loco alicui tributum, cui debeatur.*
14 *Iura magis succurrunt de damno vitando certanti, quam lucrum captanti.*

1 AN in feudis dignitatum, &c.] An † & quatenus in feudis dignitatum, puta Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Baroniæ, &c. locum habeat successio, post alios, fusius explicant Henricus à Rosenthal. in tractat. iur. feud. cap.9.membr.1.conclus.55.num 7.cum seqq. Hunnius in tracta. feud.cap.10.pag 199.colum.1.& D.Bocer. in tract.de iur. succed. in feud cap.3 q.48. Hucque referri poterunt, quæ annotauimus supra ad quæst.44.

2 Vt transeat ad primogenitum tantum.] Quod † primogenitus in successione feudi regalis, & dignitatem annexam habentis, cæteris suis fratribus præferri debeat, tam in confesso est, & ostendimus etiam ad principium tit. Instit. de hereditatib. quæ ab intest. defer. num.102. & seqq. Idque accuratius, post alios, demonstrat D. Besoldus libr. 1. differ-
3 tat. 4. edit.2. Ecquid † vero nepos ex filio primogenito, patruo suo secundo-genito in iure primogenituræ sit præferendus, maior dubitatio est? Et huic illum præferendum esse, multiplex suadet ratio. Tum † quia 4
nepos in filii ius & locum succedit, vt iure communi. l.si nepotes.7.ff.de collat.bonor.l.1.§.si filius.4.ff.de suis & legit. heredib. sic & feudorum iure. tit.8.de success. feud. in princip. ibi, nepotes ex filio loco sui patris, lib.1.F. Imo nepos mortui patris sui locum adeo repente occupasse dicitur, vt ne momento quidem vllo vacasse patris locus intelligatur, argum.l.2.in fine princip.ff.de bon libertor.& l.9.§.vltim.ff. de donat.inter vir. & vx. Ergo merito nepos eodem, quo pater, iure vti iubetur. l qui in ius.177. ff.de regul. iur. Tum
† quia natura pater & filius eadem fere persona reputantur. l.vltim.C.de impuber.& al substitut. Vnde † vox patris, 5 6
tanquam vox filii est, auctore Iustiniano in §.si quis alii.4. vers.et vero. Instit. de inutilib. stipulat. & † vna caro haben- 7
tur pater & filius. can.contradicimus.21.§.hac authoritate.caus. 35.quæst.3.

Hinc † pater, cui commissa est à Republica legatio, fi- 8
lium legationi expediendæ substituere potest. l.sciendum. 4.§ legati.ff.de legationib. Quare vt pater primogenitus, sic & eius filius ad primogenituræ ius admitti, & in eo patruo suo præferri debet. Tum † quia filius primogeni- 9
tus viuo quoque patre, ius suum primogenituræ perfecte acquisitum habet: quippe cum illud fratri suo, etiam viuente adhuc patre, vendere & cedere possit, vt ius diuinum & canonicum testantur, Genes. 25. v.31.can.quam periculosum.8. caus.7. quæstio.1. Quod † autem perfecte cu- 10
iusque est, id ad suos quoque transmittit heredes, vt qui in omne ius defuncti succedunt. l.heredem 59. & l. hereditas.62.ff.de regul. iur. Quocirca primogenitus filius ius suum primogenituræ ad propriam suam sobolem transmittit: præsertim cum illud (vt modo dictum) alij cedere possit: & id, quod † cessibile est, ad heredes etiam sit 11
transmissibile, argum.l.ex pluribus. 42. vbi Bartol. num.1.& alii.ff.de administrat. & peric. tutor. Tum † item quia feu- 12
dum semel stirpi alicui quæsitum, perseuerat in ea, quamdiu successor in illa superest, & non de vna stirpe in aliam desilit, titu.8. de success.fratr.& tit 50.de natura success.feud.lib.2.F. Tum † etiam quia ius ordini & loco ali- 13
cui concessum, ei tantum, qui ordinem & locum illum occupat, debetur. l. immunitates.4.& l.semper.5. §.quibusdam.12.ff.de iure immunitat.l.1.in princip.l.3.§.1.& l.4. §.quanquam.3.ff.de censibus. Cum igitur ius primogenituræ siue maioratus ordini & loco filii natu maximi tributum sit: debetur certe nepoti, qui subducto de familia patre, in locum, ordinem, gradumque illius ita successit, quasi nunquam vacuus ille fuisset, argum l.filius 28.§.1.ff.de liber. & posthum hered. instituend.dict.l.2 in fin.ff de bonis libertor.l 1.§. liberos. 7 ff.de coniungend. cum emancipato liberis eius. l. filium. 20.§.videamus. in fin. ff.de bonor.possess. contra tab. Tum † 14
postremo quia iura magis subueniunt de damno vitando certanti, quam lucrum captanti. l.Proculus.26.ff.de damn. infect.l.2.§.item Varus.5.ff.de aqua, & aquæ pluu. arcend.l.si is, cui. 71.in fin.ff de furt.& l.vnic. C.pœnis fiscalib. creditores præferri. lib.10.

Sed nepos in nostra specie de damno vitando certat: quoniam spem succedendi in patre suo radicatam habet, quæ iam ad ipsum transmissa est. Patruus autem de lucro captando laborat: quia, quod petit, nunquam habuit: ita vt si id consequeretur, tanquam merum lucrum ipsi obtingeret. Atque his, aliisque pluribus argumentis hanc assertionem confirmant Tiraquellus in tractat.de iure primogenitor. quæst. 40.num.19.& aliquot seqq. Hotoman. illustr. quæstion.3. Mynsinger. cent. 3. obseru. 23. Arumæus Exercitat. Iustin.11.lib.6. Fachin. lib 6.controuers. cap.62. Ioan. Andreæ in additionib. ad Speculatorem super rubrica, de feud. vers. redeundo ad indignitatem circa finem. Oldrad. consil.224. Frideric. Schenck Baro ad tit.14.de feudo Marchia.

lib.1.F. num.14. Petr. Gregor. de Republ. *libr.7. capit.* 10.
Henning. Arnisæus *polit.lib.1.c.9.pag.* 210. Matthias Ste-
phani *cent.3.quæst.5.* D.Bocer. *in tract. de iure succed. in feud.
cap.3.quæst.48.* Henricus à Rosenthal. *in tract.iur.feud.cap.
7.conclus.16.num.13.* D.Besold. *d.lib.1.dissert.7.num.6. & 9.
aliique complures ab his laudati.* Tametsi (post multos a-
lios, quos cumulauit Tiraquellus *dict.quæst.40.num.15.* &
Rosenthal. *d.conclusio.16. in addit. sub lit. O.*) dissentiant
Cuiacius *ad tit.11.libr.2.F.* Ioannes Petrus Surdus *consil.
403.num.34. cum seqq. lib.3. &* Goldastus *in Discursu exoteri-
co, suffixo eiusdem tractatus de Maiorat.num.9. &c.* Quorum
argumenta potiora diligenter diluit Dn. Bocer. *& quæst.*
48., & de iis nonnihil etiam monuimus *ad dict. princi-
pium titul. Instit.de hereditatib.quæ ab intest. deferunt. num.82.
& seqq.*

QVÆSTIO LXXXII.

SVMMARIA.

1 *Filii naturales in feudu non succedunt.*
2 *Vtrum naturales filii, per subsequens matrimonium legitima-
ti, in feudu succedant.*
3 *Affirmantium opinio approbatur.*
4 *Quoties casus aliquis feudorum placitis non est expresse decisus
eius decisio ex iure communi petenda est.*
5 *Accurata explanatio c.1.§.naturales. si de feudo defuncti con-
tent. sit inter dom. & agnat. vas. tit 26. lib 2.F.*
6 *Impium est, de viuentis hereditate solicitum esse.*
7 *Qui legitimi fieri dicantur.*
8 *Responsio ad quorundam obiectionem.*
9 *Compilatores iuris feudistici haud dubie cognitionem iuris Ro-
mani habuerunt.*
10 *Iura canonica in vsum prodierunt post consuetudines feudo-
rum.*
11 *Qui eligendus Episcopus.*
12 *In dubio iuris sermone quæ admittenda interpretatio.*
13 *Statutum loquens de legitime natis, complectitur etiam per
subsequens matrimonium legitimatos.*
14 *Et quid, si feudum vasallo concedatur pro se, & filiis legitime
natis.*

1 F*Ilius naturalis non succedit in feudo.*] Filios † naturales,
etiam legitimatos, ad feudi successionem non admit-
ti, certi iuris est feudalis. *c.1.§.naturales. Si de feudo defun-
cti contentio sit inter dom. & agnat. vas. titul.26.lib.2.F.* Sed
2 grauissima quæstio est: Num † naturales filii, per subse-
quens matrimonium legitimati, vt in allodiis, ita & in
feudis, æque ac legitime nati, succedant? Et licet non-
nulli negatiuam, tanquam veritati theoricæ magis con-
sentaneam, sententiam defendere nitantur, Sonsbecc.
in Commentar. ad vsus feudor. part 9. num.72. Vultcius *lib.1.
de feud.c.9.num.94.pag.540.* Hotomannus *ad d.§. natura-
les. & consil.10.volum.1.* Rittershus. *libr.1. partition. feud. c.13.
num.3.* Niellius *disput.feud.5.th.7.sub lit.D.* Gothofred. An-
ton. *disput.feud.5.th.6. ad lit.C.versic.quid si per subsequens ma-
trimonium, &c. & nuperrime* Hunnius *in tract.feud. cap.10.
pag.209.* affirmatiuam † tamen, vt in praxi veram, ita &
3 in theoria verissimam, conspirantibus votis, præter Cla-
rum hic nostrum *num.4 & ab eo relatos*, tuentur Iacobus
de Beluiso, Bald. Præposit. Matth. de Afflict. Fridericus
Schenck, Laudens. Aluarott. *& alii in d.§. naturales.* Ho-
stiens. Ioan. Andr. & Anton. de Butr. *in c. later.5. extr. qui
filii sint legit.* Ripa *in l. si vnquam.8.num.88. Cod.de reuocand.
donat. & in l.ex facto.17. §.si quis rogatus.4. num.84. ff.ad S C.
Trebellian.* Schrader. *in tract.feud.part.7.cap 3.num.21.* Za-
sius *in Epit. feud. part.8.circa finem.* Borcholt. *in Comment.
ad consuetud. feudor.c.7.num.48.* Villalobos *in thes.aur. com-
mun.opin.lit.L.num.73.* Gail. *lib.2.obseru.141 num.2.* Soarez.
in thesaur recept. sentent. lit.L.num.125. Franciscus Viuius *lit.
F. verb. filiusfamilias. vers. filii nati ex legitimo, &c.* Rosenthal.
in tract.iuris feud.cap.7.conclus.18.num 1.& 2. Olemann. *ad lib.
3.disput.iur.ciu.* Giphanii, *disput.23.num.9.pag.7.* Duaren. *de
feud c.11.num.7.* Schneidevvin. *de feud.part.6 num.13.* We-
senbec. *de feud.cap.6.num.9.in fin.* Dn.Bocer. *in tract.de iure
succed.in feud.cap.3.quæstio.2.* Roberus *disput.3.ad Instit.th.4.*
Heigius *ad princip.tit. Instit.de hereditatib.quæ ab intest.defer.
c.5.num.158.* Andr. Gerhardi *Exercit.Instit.decad.11.in coro-
nid. &* Rudinger. *lib.1.var.lection.iur.feud.lib.1.cap.16.num.4.*
Atque secundum hanc communem sententiam quotidie
practicari, eamque confirmari sententiis iudicum, atte-
stantur Schurffius *cent.1.consil.1.num.16. &* Wesenbec. *d.c.
6.num.9.* Eaque in Camera Imperiali vnanimi Assesso-
rum suffragio recepta est, *tradente* Mynsingero, *cent.5. ob-
seru.42.* Quin & eandem in Consistoriis Ducum Saxo-
niæ obseruari scribunt Schneidevvinus *d.part.6.num.13.&*
Hartmannus Pistoris *lib.2.quæst.41.num.35.* Eiusque † ve- 4
ritas primo inde effloreseit: quod casus feudorum placi-
tis non expresse decisus, ex iure communi sit explicandus.
tit.1.in fine principii.lib.2.F. Sed iuris communis dispositio-
ne, legitimati per subsequens matrimonium æque ad-
mittuntur ad successionem, ac si legitime nati essent. *No-
uell.12.c.vltim. Nouell.89.cap.8. c.tanta.6.extr.qui filii sint le-
gitimi.*

Nec huic obstat quicquam, quod † *in d.§.naturales.* li- 5
beri naturales, licet postea fiant legitimi, ad feudi succes-
sionem admitti, generaliter negantur. *Feudista* enim il-
lic quæstionem hanc vtramque proponit ac decidit: an
naturales filii in feudum succedant? an item in feudum
succedant filii legitimati? Huic autem quæstioni tunc so-
lummodo locus est, quando successionis casus contingit,
hoc est, cum moritur vasallus, de cuius successione agitur.
*tit.8.in princ.ibi, si quis igitur decesserit.lib.1.F. & tit.11. in princ.
ibi, mortuo enim eo, &c. lib.2.F.* Eo † siquidem tempore de 6
successionis iure primum recte quæritur, non antea: cum
impium sit, de viuentis hereditate solicitum esse: & eo
maxime tempore ius heredis inspiciendum sit, quo here-
ditatem acquirit *l.si alienum.49 §.1.vers. nam ius heredis.ff.de
heredib. instit.* Proinde textus *in præallegato §. naturales.* in-
telligendus est de casu, quo pater vasallus decessit, & iam
locus est successioni in feudum: id quod arguit etiam ibi-
dem verbum præsentis temporis, *admittuntur.* Si Feu-
dista ibi loqueretur de futura in feudum successione,
adeoque de tempore, quo vasallus pater adhuc super-
stes est: vteretur certe verbo futuri temporis, *admitten-
tur.*

Quia vero eo in loco Feudista agit de feudo iam dela-
to, & de præsenti in feudum successione: exaudiendus
quoque est de filii legitimatione, post delatam feudi suc-
cessionem facta. Vnde caute addit hæc verba: *licet postea
fiant legitimi*: id est, licet fiant legitimi, posteaquam casus
extitit, quo successioni in feudum locus est, puta post obi-
tum patris vasalli. Cæterum cum mortuus pater vasal-
lus ducere amplius vxorem concubinam suam, matrem
liberorum naturalium, sicque eos per subsequens matri-
monium legitimare nequeat: omnino consequens est,
textum *dicti §.naturales.* non de naturalibus filiis, per sub-
sequens matrimonium legitimatis, sed de eiusmodi filiis,
alio modo post mortem patris sui vasalli legitimatis, es-
se accipiendum. Quam interpretationem suadent &
confirmant non parum illa verba: *fiant legitimi.* Fieri † 7
namque legitimi dicuntur, qui per rescriptum Principis,
aut Pontificis Romani (siquidem & huncius legitimandi
libe-

liberos naturales sibi arrogare, patet *ex c. per venerabilem. 13. extr. qui filii sint legit.* & largo stylo, *post alios,* docet Forsterus *lib. 6. de successionib. cap. 34.* & D. Bocer. *in tractat. de regalib. cap. 2. num. 100. & seq.* legitimantur: quia singulari illo legitimationis actu id saltem agitur, vt immediate naturales legitimi fiant. Qui autem per subsequens legitimantur matrimonium, illi non legitimi fiunt: sed ipso iure legitimi, ex alio quodam actu, nimirum contractu matrimonii, existunt. *d. Nouell. 12. cap. 4. circa finem. ibi, proprii existentes atque legitimi. & d. Nouell. 89. cap. 8. ibi, legitimos ei esse sancimus. & ibi, nihilominus prior soboles legitima consistit. cap. 1. ibi, eam legitimam iudicetu. & d. c. tanta. 6. ibi, legitimi habeantur. extr. qui filij sint legitimi.* Quibus ex locis cernere cuiuis promptum est: quod, sicuti legitime nati, ita & naturales liberi vi solius matrimonii per se existant legitimi, non quodam hominis facto: quod tamen causa est legitimationis eorum, qui per rescriptum, vel oblationem curiæ legitimantur. Quare necesse est, vt textus *in prædicto §. naturales.* non de legitimatis per subsequens matrimonium, sed de aliis legitimatis, puta per 8 aliquod rescriptum, aut † per oblationem curiæ, intelligatur.

Non euertit hanc interpretationem; quod in textu illo hæc verba ponantur; *nec soli, nec cum aliis:* & quod per rescriptum, aut motu uo patre per curiæ oblationem legitimatio fieri nequeat, existente legitima sobole. *d. Nouell. 89 cap. 2. §. 1. & cap. 9.* Isthæc enim verba ad præcedentem dictionem *naturales* commode referri possunt, & debent. Naturales quippe filii non succedunt in feudo, non solum cum alii legitimi filii adsint, sed & cum desint illi, sicque naturales soli sint: tametsi in allodiis communi iure in duas vncias liberi naturales succedant, sine legitima prole patre defuncto. *Nouell. 18. cap. 5. & d. Nouell. 89. cap. 12.* ad quod Ius Feudista *in d. §. naturales.* verisimiliter respexit.

9 Deinde † receptissimam assertionem nostram iuuat hæc quoque ratiocinatio: Conditores iuris feudistici proculdubio exploratum perspectumq; habuerunt, quid legibus Romanis dispositum fuerit de successione liberorum, per subsequens matrimonium legitimatorum, vt liquet *ex d. tit. 1. ibi, alia diriin utur iure Romano. & ibi, legis autem Romanorum item ibi, vti poterit lege scripta. libr. 2. F.* Si ergo ab hac communi legislatione de liberorum, per subsequens matrimonium legitimatorum, successione conditores placitorum feudalium abhorruissent: vtique nominatim ac diserte id alicubi testati fuissent: atque ita hisce liberis aditum ad feudorum successionem expresse præclusissent. Atqui vero nusquam hos liberos aditu ad feudorum successionem expresse prohibuerunt. Itaque plane verosimile est: quod ii, dispositionem iuris communis secuti, etiam liberos, per matrimonium subsequẽs legitimatos, ad feudi successionem admiserint.

10 Præterea † post feudorum iura, prodierunt in vsum iura canonica: id quod vel inde manifestum fit, quod libro tertio Decretalium integer *tit. de feudis videlicet. 24* est insertus. Cum ergo ius canonicum legitimatos per subsequens matrimonium liberos, in omnibus & per omnia comparet liberis legitime natis, iisque non minus, ac si ab initio legitimi fuissent, generaliter, nullaque adhibita distinctione inter res proprias & feudales, successionem deferat. *d. c. tanta. 6. ext. qui filii sint legitimi.* certe ex dispositione quoque iuris canonici liberi, per subsequens ma-11 trimonium legitimati, in feudum succedunt. Idque † ex eo etiam probabile redditur: quod licet idem ius canonicum requirat, vt Episcopus eligatur, qui ex legitimo matrimonio est natus. *c. cum in cunctis. 7. extr. de elect.* nihilominus tamen permittit, vt Episcopus, qui per subsequens matrimonium est legitimatus, eligi possit. *c. innotuit. 20. vbi gl. super verb. coniugata. ext. eodem tit.*

Adhæc † in dubio iuris sermone eam admittere interpretationem iubemur, quæ minimum iniquitatis habet. 12 *l. quotiens nihil 200. ff. de reg. iur. l. placuit. 8. Cod. de iudiciis.* & quæ benignior est, vitioque caret. *l. benignius 18. & l. in ambigua. 19. ff. de legib. & l. semper in dubiis. 56. ff. de reg. iur.* Cum ergo *in tit. 8. in princ. lib. 1. feudor. & tit. 11. in princ. libr. 2. Feud* filiis tribuatur ius succedendi in feudum: & dubium sit, an textus illi per filios intelligant etiam filios, per subsequens matrimonium legitimatos: benignius autem sit & æquius, vt interpretemur eos textus etiam de filiis hoc modo legitimatis; maxime cum ius feudale ex iure communi interpretationem capiat. *d. tit. 1 libr. 2. F.* quod commune ius hos legitimatos liberos legitime natis liberis plenissime comparat, *vt supra num. 4. & 10. ostensum*: hanc profecto interpretationem recipere amplectique debemus.

Denique † huc & illa confert ratio: quod statutum, 13 loquens de legitime natis, complectatur etiam per subsequens matrimonium legitimatos, *vt tradidere* Antonius de Butrio *in cap. per venerabilem. 13. colum. 18. vers. quod si dixerit. extr. qui filii sint legitimi. & in d. cap. innotuit. 20. vbi etiam* Ioan. de Imola *extr. de elect.* Ioan. Crotus *in l. Gallus. 29. §. & quid, si tantum, num. 169. ff. de liber. & posthum. heredib. instit.* Castr. *in l. fin. C. de his, qui ven. atat. impetran.* Campeg. *in tract. de dote. 1. parte 5. pat in princ. quæst. 59.* Decius *in d. c. cum in cunctis. 7. num. 29. extr. de elect. & consil. 155.* Parisius *cons. 11. num 40. volum. 2. eosque referens* Forsterus *d. libr. 6. de successionib. cap. 29. num. 4.* Ergo & ius feudale, de legitime natis liberis verba faciens, liberos quoque subsequenti matrimonio legitimatos comprehendit. Istas, similesque rationes pro affirmante sententia nostra diligenter annotauit D. Collega Bocer. *class. 5. disputat. 18. th. 7. ad lit. D. edit. 2. & prædllegato Tractat. de iure succed. in feud. cap. 3 quæstion. 2.* vbi ad contrariæ opinionis argumenta abunde respondit. Eadem & nos refutauimus *ad dict. principium titul. Institut. de hereditat. quæ ab intest. defer. num. 276. & seqq.*

Sed quid, si feudum sit receptum pro se, & filiis legitime natis.] Si † feudum vasallo concedatur *pro se & filiis ipsius ex legiti-* 14 *mo matrimonio procreatis*, vel quod idem est, *legitime natis*· succedunt etiam filii, per subsequens matrimonium legitimati. Ita, vltra Clarum nostrum, *& ab eo nominatos hic,* tenent Andreas de Isern. Laudens. Præposit. Matth. de Afflict. *& alii in d. cap. 1. § naturales. si de feudo defuncti content. sit int. dom. & agnat. vas. tit. 26 lib. 2. F.* Borcholt. *in Commentar. in consuetud. feudor. cap. 7. memb. 2. num. 51.* Schrader. *in tract. feud. part. 7. cap. 5. num. 51.* Hartman. Pistor. *lib. 2. quæstio. iur. part. 2. quæst. 41.* Henricus à Rosenthal. *in tracta. iuris feudal. cap. 7. conclus. 18. num. 4. aliique complures, per eum relati, sub lit. E.*

QVÆSTIO LXXXIII.

SVMMARIA.

1 *An feudum, inuestituræ pacto acquisitum alicui tertio, ad eius quoque heredes transeat.*

2 *Extranei heredes an & quatenus in feudis succedant, remissiue.*

A*N in feudo succedant extranei heredes.*] Addi hic poterit quæstio non inutilis: an † feudum, cuius succes- 1 sio inuestituræ pacto acquisita est alicui tertio, ad eius quoque filios siue heredes transeat? Et breuiter respondetur: quod si pactum illud ad certam tertii alicuius personam fuerit directum, puta vasalli paciscentis fratrem Caium, aut vasalli cognatum Iulianum; cum

pactum hoc personale sit, tertii istius filii in feudum non succedant. *L.idem in duobus. 25. §. 1. & l. si unus. 27. §. pacta quæ*
2 *turpem. 4. vers. ante omnia ff. de pactis.* Et † ita sentit D. Collega Bocerus *in tract. de iure succedendi in feudum. cap. 2. quæstio. 4. ubi contraria refellit.* Cæterum an & quatenus extranei heredes in feudis succedant, post Clarum nostrum, *& alios,* uberrim explicat Henricus à Rosenthal. *in tract. feud. cap. 7. conclus. 60.*

QVÆSTIO LXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *An & quatenus feuda, bonis vasalli publicatis, in fiscum transeant, remissive.*

1 **A**N *fiscus succedat in feudo.*] An † & quatenus feuda, bonis vasalli publicatis, in fiscum transeant, post Clarum hoc loco nostrum, *& ab eo recitatos, aliosque fere sexcentos,* plenissime declarat Henricus à Rosenth. *in tract. iuris feudal. c. 11. conclus. 31. & subseq.*

QVÆSTIO LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Num & quando feudum in fideicommissum veniat, remissive.*

1 **N**Vnquid *fideicommissarius succedat in feudo.*] Num † & quando feudum in fideicommissum veniat, præter Clarum nostrum, *& per eum relatos,* copiose explicant Michael Grassus *lib. 1. recept. sentent. §. fideicommissum. quæst. 50.* Herman. Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 9. num. 118.* Rosenthal. *in tractat. iuris feudal. cap. 7. conclusion. 11. aliique plurimi, ab his memorati.*

QVÆSTIO LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *An & quatenus vasallus de feudo testari queat, remissive.*

1 **A**N *vasallus possit de feudo testari.*] De † hac quæstione dictum est supra *ad quæst. 49. &* eam, *post alios,* explicatius persequitur D. Bocer. *in tract. de iure succedendi in feudum. cap. 1. quæst. 1. & aliquot subsequentibus.*

QVÆSTIO LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Nunquid dominus feudum ad se reversum, si iterum illud infeudare velit, consanguineis potius prioris vasalli, quam extraneis, concedere debeat.*

1 **N**Vnquid *poterunt filii, vel proximiores agnati vasalli, &c.*] Licet † frequentioribus Doctorum calculis recepta sit opinio: quod dominus, feudum ad se reversum, si in alium rursus conferre id velit, consanguineis potius prioris vasalli, intra annum re integra petentibus illud, quam extraneis, concedere debeat. Ioan. Baptista à Villalob. *in communib. opinionib. in verb. vasallo mortuo, &c.* Ludovicus Roman. *consil. 22. & ibi* Horat. Mandos. *in verb. communis opinio.* Ioan. Fichard. *consil. 15. num. 13. tom. 2.* Dec. *consil. 78. num. 13. & ibi in addit.* Carol. Molin. Tiraquell. *de retract. proxim. in præfat. numer. 40.* Vigel. *in method. iuris feud. cap. 5 quæstio. 7. reg. 4 pagin. 418.* Mynsinger. *cent. 5. observ. 16. & cent. 6. observ. 79.* Wurmbser. *sub titul. de feud. observ. 7.* Vult. *lib. 1. de feud. cap. 11. num. ultim. pag. 831.* Schoner. *lib. 1. disput. feudal. disp. ult. th. ultim.* illa tamen feudorum placitis minus consentanea videtur. *tit. 24. vers. si autem dominus. lib. 1. F. tit. 54. in fine. & tit. 55. § callidus. ibi, & ad dominum libere revertatur. lib. 2. F.* Andr. Gail. *libr. 2. observ. 148. num. 3. versic. sed verior opinio, &c.* D. Bocer. *class. 5. disput. 10. th. 164. ad lit. B. edit. 2.* Hucque referenda sunt, quæ annotavimus supra *in § emphyteusis quæst. 43.*

QVÆSTIO LXXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Feudo sine culpa vasalli finito, meliorationes pertinent ad heredes allodiales.*

2 *Meliorationes, feudo culpa vasalli amisso, pertinent ad dominum vel agnatum.*

3 *Incrementum in re feudali contingens, ad quem spectet, remissive.*

CVr *remanere debeant melioramenta.*] Feudo † absque 1
culpa vasalli finito, meliorationes in feudum factæ ad heredes allodiales transeunt: adeo, ut rem feudalem tamdiu retinere possint, quoad meliorationes receperint. Et tum in electione est domini vel agnati, ad quem feudum defertur, utrum meliorationes solvere velit, an vero pati, ut illæ auferantur. At † si feudum ob culpam 2
vel delictum vasalli ad dominum vel agnatos devolvitur: tum vasallus sicut feudo, ita etiam meliorationibus cadit. *cap. 1. § si vasallus. hic finit. lex. tit. 28. lib. 2. F.* Vivius *in thesaur. commun. opin. verb. melioramenta.* Bursat. *consil. 43. num. 19. & consil. 76. num. 36. & consil. 86. num. 34. volum. 1.* Molinus *in consuetud. Paris. de feud. § 1. gloss. 5. num. 69.* Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 11. num. 113. & seq.* Schrader. *in tractat. feud. part. partis 9. principal. sect. 2. num. 16. cum seqq.* Hunnius *in tract. feud. cap. 14. pagin. 395.* D. Bocerus *class. 5. disput. 10. th. 157. & 160. late* Rosenthal. *in tract. iuris feudal. cap. 10. conclus. 43. num. 2. & seqq.*

An incrementum contingens in re feudali sit ipsius feudatarii.] Incrementum † in re feudali contingens num ad ipsum 3
vasallum an vero dominum fundi pertineat, post Clarum nostrum, *& alios plures,* exquisite declarant Rosenthal. *d. c. 10. conclus. 44. &* Bocerus *in tract. de iure & commodo senioris, & c. lib. 2. c. 3.* Et repeti poterunt hic ea, quæ consignavimus supra *in § emphyteusis. ad quæst. 41.*

QVÆSTIO LXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Quæ actiones feudi nomine competant, remissive.*

QVæ *actio competat pro feudo.*] De † actionibus ob feudum competentibus, post Clarum nostrum, accurate 1
disserunt Ioannes Borcholt. *in Commentar. in consuetud. feudor. cap. 9.* Dn. Bocer. *class. 5. disput. 21. thes. 4. & seqq. edit. 2.* Hunnius *in tractat. feud cap. ultim.* Vulteius *libr. 2. de feud. cap. 1.* Henricus à Rosenthal. *in tractat. iuris feudal. cap. 12. conclusio. 11. & seqq. aliique plurimi, per hunc commemorati.*

* * *

QVÆ-

QVÆSTIO XC.

SVMMARIVM.

1 *In controuersiis feudalibus quis iudex sit competens, remissiue.*

1 Q*Vis sit iudex competens in causis feudalibus.*] In † controuersiis feudalibus quis iudex sit competens, post Clarum nostrum, *& ab eo recensitos*, abunde explicant Ludolphus Schrader. *in tract. feud. part.* 10. *sect.* 5. *&* 6. Borcholt. *in Comment. in consuetud. feud. cap.* 10. Vult. *lib.* 2. *de feud. c.* 2. Hunnius *in tract. feud. cap. vltim. pag.* 403. Rosenthal. *in tract. iuris feud. cap.* 12. *conclus.* 1. *& seqq.* Zasius *in Epit. feud. part.* 11. Bocer. *class* 5 *disput.* 21. *th.* 20. *cum seqq.* & Paulus Berens *disput. feudal. vlt. per tot.*

QVÆSTIO XCI.

SVMMARIA.

1 *Tempora appellationibus iure communi definita, obseruanda sunt etiam in controuersiis feudalibus.*

2 *Nullitatis iudex idem in feudalibus, qui in aliis.*

A*N tempora appellationum statuta à iure communi, sint etiam seruanda in causis feudalibus.*] Quoniam † iure feudali appellationibus alia tempora definita non sunt: ea, quæ iure communi sunt introducta, obseruanda veniunt. Ita, præter Clarum hoc loco nostrum, tradunt Andreas de Isern. Beluis. Aluarott. Laudens. Præposit. Rauenn. Afflict. Schenck Baro, Balzaran. *& alij in cap.* 25. *fin. Quo tempore miles inuestituram pet. deb. titu.* 22. *lib.* 1. *F.* Mozzius *de naturalib. feud. num.* 127. *versi. amplia, vt ordo iudiciarius, &c.* Mynsingerus *cent.* 5. *obseru.* 5. *num.* 5. Hartman. Hartmanni *obseru.* 25. *in fin. de appellat. titul.* 17. *lib.* 2. Atque ita in iudicio Cameræ Imperialis sæpe obtinuisse, testatur Fichardus *in addit. ad Vill. lob. lit. F. num.* 18. eumque referens Vulteius *lib.* 2. *de feud. cap.* 3. *num.* 5. 1

Sed † & nullitatis iudex idem hic erit, qui iure ciuili, nempe vel is, qui sententiam tulit, vel iudex appellationis. *docente* Henrico à Rosenthal. *in tractat. iuris feudal. cap.* 12. *conclusion.* 20. *num.* 15. 2

F I N I S.





INDEX.

MATERIARVM ET RERVM SINGVLARIVM, QVÆ IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR, COpiosus, ac Alphabetica serie priore numero cuiusuis summarij numerum, posteriore paginam denotante, compositus.

A.

vera

D.

Dominus

C.

F.

Feudum

N.

O.

P.

Pupillus



R.

S.

T.

V.

Vasallus

INDEX.

FINIS.